BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVIII
H
41
NAPOLI

~~Lauz. 100. [illegible]~~



P. Fidelis à Sigmaringa ordinis S. Francisci Capucin-
orum, primus Missionarius de propaganda, ab hæreticis
in odium fidei interfectus die 24. Aprilis Anno 1622.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

SAC. RITVVM

CONGREGATIONE

Eminentiſſimo, & Reuerendiſs. D. Card.

CASANATE

CONSTANTIEN., SEV CVRIEN.

Beatificationis, & Canonizationis, ſeù Declarationis Martyrij Ven. Serui Dei Fr. Fidelis à Sigmaringa Sacerdotis, & Religioſi Profeſsi Ordinis S. FRANCISCI Capuccinorum, ac primi ex Miſsionarijs Sac. Congregationis Propagandæ in odium Fidei ab Hæreticis interempti.

POSITIO

SVPER DVBIO

An conſtet de Martyrio, & Cauſa Martyrij in Caſu, & ad effectum, de quo agitur.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

ROMAE, Typis Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ. 1690.

SVPERIORVM PERMISSV.

Conſtantien. ſeù Curien.

Beatificationis, & Canonizationis, ſeù Declarationis Martyrij Ven. Serui Dei Fr. Fidelis à Sigmaringa, Sacerdotis, & Religioſi Profeſsi Ordinis S. Franciſci Capuccinorum, ac primi ex Miſſionarijs Sac. Congregationis Propagandæ, in odium Fidei ab Hæreticis interempti.

INFORMATIO SVPER DVBIO

An conſtet de Martyrio, & Cauſa Martyrij, in caſu, & ad effectum de quo agitur.

Beatiſsime Pater.

PRETIOSA IN CONSPECTV DOMINI MORS SANCTORVM EIVS. Dauid cecinit *Pſalm.* 115. quæ verba exponens S Cyprianus *Epiſt. 6. lib. 2. ad Martyr. & Confeſſ. Chriſt.* inquit: *pretioſa mors hæc eſt, quæ emit immortalitatem pretio ſui ſanguinis, quæ accepit coronam de conſumatione virtutis.* Hanc autèm pretioſam mortem oppetijt Ven. Dei Famulus Fr. Fidelis à Sigmaringa e D. Franciſci Capuccinorum Familia eximius Alumnus, qui, vt hæreſim Caluinianam, in Rhætia graſſantem, euelleret, & veram Euangelij lucem accenderet, in odium Catholicæ Religionis, quam prædicabat, trucidarī meruit. At quoniam D. Bernard. *epiſt. 98. in fin.* docet: *duas res mortem facere pretioſam, vitam, & cauſam, ſed amplius cauſam, quam vitam: illam in Martyribus: hanc in Confeſſoribus quoque: porrò illam eſſe pretioſiſſimam; quam & cauſa commendat, & vita.* & S. Cyprian. (aut quiſquis auctor eſt) *de dupl. Martyr.* admonet: *fruſtra ceruicem præbueris carnifici, niſi prius occideris membra, quæ ſunt ſupra terram, hoc eſt affectus, qui militant aduerſus ſpiritum, odium, inuidiam, ſuperbiam, libidinem &c.* quare Cornel. à Lapid. *in epiſt. ad Hebr. 12. 11. pag. 958. col. 1. litt. B.* egregiè infert: *videmus vix Martyres effici, niſi eos, qui ſe ante affecerint Martyrio, aut*

qui a Deo multis prius ærumnis ſunt exerciti, & quaſi præparati, atque eruditi ad Martyrium, illudque emeriti: Proindè antequam de illuſtri Martyrio Ven. Patris Fidelis agamus, opere pretium duximus illius vitam, atque Virtutes ſtrictim attingere, vt Sanctitati Veſtræ innoteſcat, quod noſter Chriſti Athleta, ſicuti D. Auguſtin. *Serm. de S. Cypriano* dicebat: *ad pretioſam mortem iuſtè viuendo venit, ad glorioſam verò vitam iniuſtè moriendo peruexit.*

De Ortu, & Vita Ven. Martyris.

SIgmaringæ, Ducatus Sueuiæ Vrbis, anno MDLXXVII natus eſt Ven. Dei Seruus ex non obſcura Roysorum Familia, Ioanne, & Genoueua, pijs, catholicisque Parentibus, coniugio legitimo copulatis, qui Infanti ſacro rore perluſtrato Marci nomen indiderunt, eumque opportunè Confirmationis chriſmate inunctum egregijs moribus informarunt, vt ex quampluribus Teſtibus *Summ. Num. 1. pag. 30. & ſeqq.* Adoleſcens factus, ad litteras ediſcendas mittitur, lapſuſque fugiens, Puerulis familiares, breui Condiſcipulorum exemplar illuxit *d. Num. 1. §. 3. 4. & 5. dd. pag. 30. & ſeqq.* ac ſtudijs facile emenſis, & peritia idiomatum acquiſita, Doctoratus lauream adeptus eſt *d. Num. 1. §. 1. 2. & 4. ibid.* Talenta, quæ illi Dominus dederat, ſpem ingerere poterant ſeculi honores adipiſcendi; at animo verſans, eos fugaces, & inanes eſſe, ac Fori ſemitam fallacijs, ac laqueis vndequaque obnoxiam *Summ. Num. 2. §. 3. & 6. pag. 33.* mundo valedicere ſtatuit, & ſacrum, æque ac paupertimum Capuccinorum Inſtitutum amplexus eſt *dicto Num. 2. pag. 32. & ſeqq.* quorum cœtu Probationis tempus tanta Virtutum exercitatione tranſegit, vt potius veteranus, quam tyro, cunctis obſtupentibus videretur *d. Num. 2. §. 1. 10. & 11. pag. 32. 34. & 35.* Emiſſis deindè ſolemniter religioſis votis, adeò litteris, præſertim ſacris, profecit, vt florente etiam ætate, Confeſſarij, Concionatoris, ac Præfecti Cœnobij munera obiuerit *d. Num. 2. §. 2. 4. 8. & 9. pag. 32. & ſeqq.* Quas autem Virtutes in religioſa palæſtra exercuerit, nunc breuiter adumbrabimus.

De Virtutibus Theologicis.

FIDES Ven. Martyris, cuius, & cæterarum habitum e fonte Baptiſmi acquiſiuerat, magna apparet, pluribus conſultò omiſſis, Virtutibus alijs communibus, ex perpetuo conatu euellendi prauorum errorum vepres, quæ in Rhetiæ agro altiſſimas radices egerant; cum præſertim nobilis quædam Fæmina ſibi contradixiſſet, ſacra in Æde VeldKirkij de Animabus purgatorio igne expiatis doctiſſimè concionanti; omnem enim mouit lapidem, vt Matronam á concepto errore amoueret; vtque vidit ſuaſiones irritas, tandiù feruidè apud Catholicum Magiſtratum egit, quandiu ab Vrbe, & Territorio Senatus conſulto depelleretur *Sum. Num. 3. ex Proceſſu Curienſi* Teſtis V. §. 1. *pag. 35.* Teſtis VI. de publico certo, & notorio §. 5. *pag. 36.* Teſtis XII. de viſu §. 25. *pag. 39.* Teſtis XIII. de viſu §. 33. *pag. 40. Et ex Proceſſu Conſtantienſi* Teſtis VIII. de viſu §. 44. *pag. 42.* Teſtis XV. de auditu plurium §. 49. *pag. 43.*

Sex Teſtes, nempe quatuor de viſu, vnus de auditu plurium, & alter de publico, & notorio.

Quantum verò profligandis hæreſibus, & Fidei Catholicæ propagandæ inſudauerit, tùm priuatis, tùm publicis per plura loca concionibus, ac diſputationibus, nullis vnquam laboribus, nec propriæ vitæ diſcrimini parcens, ex omnium Teſtium effatis perſpicuum eſt *Summ. d. Num. 3. ex*

Proceſſu Curienſi Teſtis V. de viſu §. 2. *pag.* 35. Teſtis VI. de publico, certo, & notorio §. 5. *&* 7. *pag.* 36. Teſtis IX. de viſu §. 14. *pag.* 37. Teſtis X. de publica voce, & fama §. 18. *pag.* 38. Teſtis XI. de auditu eorum, qui prædicta viderunt §. 24. *pag.* 39. Teſtis XII. de viſu § 26. *d. pag.* 39. & ex auditu ſuæ Vxoris præſentis §. 27. *&* 28. *d. pag.* 39. Teſtis XLIII. Socius Ven. Serui Dei de viſu §. 37. *pag.* 41. *Et ex Proc. Conſtantienſi d. Num.* 3. Teſtis XV. de viſu §. 47. *pag.* 43. Teſtis XXV. de viſu §. 58. 59. *&* 60. *pag.* 45. ex quorum Teſtium dictis plures caſus præcipui patent.

Nouem Teſtes, nempe ſex de viſu, vnus de auditu à videntibus, & duo de publica voce, & fama.

Neque inanes labores iſti euaſerunt; nam multos Hæreticos in Eccleſiæ Catholicæ ſinum inuexit *Summ. d. Num. 3. ex Proc. Curienſi* Teſtis VI. de publica voce, & fama § 7. *pag.* 36. Teſtis IX. de viſu §. 14. *pag.* 37. Teſtis XLIII. Socius Ven. Martyris de viſu §. 38. *pag.* 41. *& ex Conſtantienſi* Teſtis XV. de viſu §. 47. *pag.* 43. ac præ cæteris tres Viros nobiles, Teſtis XII. de auditu Coniugis §. 27. *pag.* 39. ac ijdem Teſtes XLIII. & XV. de viſu §. 38. *pag.* 41. *&* §. 47. *pag.* 43. quorum vnus ob mutatam Religionem dura à Sectarijs perpeſſus, conſtanter in Fide Orthodoxa vitam finiuit, idem Teſtis XV. *d.* §. 47. *pag.* 43. ſimileſque ærumnas fortiter ſuſtinuit Fœmina, quæ ſuaſionibus V. Martyris Caluinianam perfidiam eiurauerat, idem Teſtis XV. §. 48. *d. pag.* 43.

Quinque Teſtes, nempe tres de viſu, vnus de publica voce, & fama, & alter de auditu Coniugis.

Sic Chriſtianam Fidem plantarunt, & propagarunt Apoſtoli, vt eorum Acta teſtantur; itaque de Ven. Patre Fidele dicere poſſumus, ſicuti de illis dixit S. Hilarius *in Matth.* 5. 13. *Sunt rerum cæleſtium prædicatores, & æternitatis velut ſatores, immortalitatem omnibus corporibus, quibus eorum ſermo aſperſus fuerit, conferentes.*

SPES firma Ven. Martyris ſatis elucet, ex eo quod, cum, vt iam diximus, ob magnum profectum in ſtudijs conſequi poſſet, vitam ſecularem agens, honores, atque diuitias, nihilominus animo voluens, has eſſe breui perituras, arctiſſimam Capuccinorum diſciplinam amplexus eſt, vt Deum ſummum, & æternum aſſequeretur, vti referunt *Summar. d. Num. 3. ex Proc. Curienſi* Teſtes IX. X. XII. & XIII. de notorio §. 15. *pag.* 37. §. 20. *pag.* 38. §. 29. *&* 34. *pag.* 40. ſic à D. Auguſtinus edoctus, qui in *Pſalm.* 9. ait: *deſinant ſperare, & diligere temporalia, & ſe ad æternam Spem conferant, qui cognoſcunt nomen eius, qui dixit: Ego ſum, qui ſum.*

Quatuor Teſtes de notorio.

Quamobrem in omnibus, quæ ſibi contingebant, mentem ad Dominum eleuabat *cit. Num. 3. ex d. Proc. Curienſi* Teſtis XLIII. Socius de viſu §. 40. *pag.* 41. *& ſeq.* quaſi cum Dauide *Pſalm.* 30. aſſiduè diceret: *Deus meus in te confido non erubeſcam. In te Domine ſperaui non confundar in æternum.*

Vnus Teſtis de viſu.

Hinc tot labores, & ærumnas in excolenda vinea Domini tolerauit, quot ſuperius recenſuimus, ac inferius recenſemus, nullam vnquam difficultatem, etiam ſanguinis effuſionem ſecum ferentem, effugiens, vt aduertunt *Summ. d. Num.* 3. *ex Proc. Curienſi* Teſtis IX. de viſu *ſub* §. 15. *pag.* 37. *& ex Proc. Conſtantienſi ibidem* Teſtis VIII. de viſu §. 45. & Teſtis XV. de viſu §. 50. *pag.* 44. *& Num.* 8. *ex Proc. Conſtantienſi* Teſtis XV. de viſu §. 31. 32. 33. *&* 34. *pag.* 70. Etenim *tribulatio operatur patientiam, patientia probationem, probatio Spem,* inquit Apoſtol. *ad Roman.* 5. 3. qui inſuper 1. *ad Theſſalonic.* 1. 3. admonet: *memores operis fidei veſtræ, & laboris, et charitatis, & ſuſtinentiæ Spei Domini Noſtri Ieſu Chriſti, ante Deum, et Patrem noſtrum;* & S. Laurentius Iuſtinian. *in lign. Vit. cap. 2. de Virt. Sp.* exponens illud Sapient. 3. 4. quod de SS. Martyribus ſcriptum eſt: *Si coram hominibus tormenta paſſi ſunt, Spes illorum immortalitate plena eſt,* dicit: *ab illis enim dùm mortis tolerantia indubitan-*

Quatuor Teſtes de viſu.

 ter

ter excipitur, Spes immortalitatis euidenter aſſeritur, & ſuauiter deguſtatur.

Quatuor Teſtes, nempe tres de viſu, & vnus de publico, & notorio.

Atque in his omnibus miram exhibebat hilaritatem *Summar. d. Num. 3. ex Proc. Curienſi* Teſtis X. de publico, & notorio §. 18. 19. *&* 20. *pag.* 38. Teſtis XII. de viſu *ſub* §. 30. *pag.* 40. *et ex Conſtantienſi Ibidem* Teſtis XV. de viſu *ſub* §. 50. *pag.* 44. Teſtis XLVIII. de viſu §. 66. *pag.* 47. quæ hilaritas eſt ſignum euidens heroicæ Spei, de qua D. Paulus *ad Roman.* 12. 12. ſcribit: *Spe gaudentes, in tribulatione patientes*, & hæc verba exponens Ibidem D. Ambroſius ait: *quod de gaudio Spei tolerat tribulationem, ſciens multo maiora eſſe, quæ pro his promiſſa ſunt.* Dictumque gaudium eſſe munus cęleſtis gratiæ, Apoſtol. *ad Roman.* 15. 13. docet: *Deus autem Spei repleat vos omni gaudio.*

Sex Teſtes, nempe quinque de viſu, & vnus de publico, & notorio.

CHARITAS IN DEVM effulget ex obſeruatione exactiſſima arctiſſimi Capuccinorum Inſtituti *Sum. d. Num. 3. ex Proc. Curienſi* Teſtis XXV. de viſu §. 61. *in fine pag.* 46. *& Num.* 4. *ex d. Proc. Curienſi* Teſtis V. de viſu §. 2. *&* 6. *pag.* 48. VI. ex publico, & notorio §. 10. *pag. ead. & ex Conſtantienſi* Teſtis XIII. de viſu §. 62. *pag.* 55. Teſtis XIV. de viſu §. 66. *pag. eadem* Teſtis XXIII. de viſu § 83. *pag.* 57. Sanctus enim Dionyſ. *par. 1. cap. 6. de Hierarch. Eccleſiaſt. prope fin.* inquit: *eos, qui nominantur Dei Famuli, ex Dei puro ſeruitio, & famulatu vniri ad amabilem perfectionem*; Atque Angelic. Doctor. 2. 2. *q* 186. *art. 1. in corp.* ſubdit: *& ideo antonomaſticè Religioſi dicuntur illi, qui ſe totaliter mancipant diuino ſeruitio, quaſi holocauſtum Deo offerentes.*

Iſtaque Virtus ſplendidiùs emicat ex puritate conſcientiæ; nullum enim læthale crimen, immo nec veniale graue commiſit, & frequentiſſimè aures Confeſſarij expoſcebat *Sum. d. Num. 3. ex Proceſſu Curienſi*, Teſtis XLIII. Socius, & Confeſſarius Ven. Martyris ex certa ſcientia §. 41. *pag.* 42. *& ex Conſtantienſi Ibidem* Teſtis XXIII. pariter illius Confeſſarius ex certa ſcientia §. 54. *pag.* 45. Teſtis XXV. alter Confeſſarius eiuſdem, pariter ex certa ſcientia §. 57. *pag. eadem.* Quò circa S. Proſper *lib. 3. de vit. contemplat. cap.* 13. relatus a Gratian. *in can. charitas diſt. 2. de pœnit.* ait: *Charitas eſt inquinamenti omnis extranea, corruptionis neſcia &c. ſine quà nullus Deo placuit, cum qua aliquis peccare non potuit, nec poterit &c. ergo ſi Charitatem Deo exhibeamus, & Proximo de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta facile peccato reſiſtimus &c. ex ea enim parte quis peccat, ex qua minus diligit Deum, quem ſi ex toto corde diligimus, nihil erit in nobis vndè peccati deſiderijs ſeruiamus &c.*

Tres Teſtes Confeſſarij ex certa ſcientia.

Atque hinc profluebat, quod à ſenſibus alienatus in Deum ferebatur immobilis *Summ. Num. 7. ex Proceſſu Curienſi* Teſtis IX. de viſu *pag.* 46. *& ex Mediolanenſi* Teſtis I. de auditu plurium Militum *pag. eadem*; *Amor enim, & ſuccenſa hilaritas mentem eius a ſenſibilibus ad ſpiritualia tranſtulit, & a præſentibus ad futura, & a viſibilibus ad inuiſibilia*, vt de D. Paulo ſcripſit S. Io: Chryſoſt. *in Geneſ. cap. 31. homil.* 55.

Bini Teſtes, nempè vnus de viſu, & alter de auditu plurium Militum.

Eluxit ibidem flagrantiſſima in Deum Charitas ex voluntarijs corporis caſtigationibus; ne dum enim V. Dei Famulus rigidiſſima, & inuſitata ieiunia frequentabat, ſed diris flagellis, aſpero cilicio, & ligamine ferreo nudam carnem affligebat *Summ. d. Num. 3. ex Proc. Conſtantienſi* Teſtis XXV. de viſu §. 63. 64. *&* 65. *pag.* 46. *&* 47. *ac Num. 4. ex Proc. Curienſi* Teſtis IX. de viſu §. 19. 20. 21. *&* 22. *pag.* 50. *&* 51. Teſtis XLIII. Socius de viſu §. 44. *pag.* 53. *& ex Conſtantienſi* Teſtis VIII. de viſu *ſub* §. 58. *pag.* 55. Teſtis XIV. de viſu §. 68. *pag.* 56. Teſtis XV. de viſu §. 80. *pag.* 57. Teſtis XLVIII. de viſu §. 93. *pag.* 58. & ad hoc vt liberiùs in ſe ipſum ob Dei amorem inſænire poſſet, ſæueræ Capuccinorum diſciplinæ, poſtpoſitis alijs religioſis cætibus, ſe mancipauit *dicto*

Octo Teſtes de viſu.

Num. 3.

Num. 3. ex Proc. Curienſi, Teſtis XI. de auditu illius §. 22. *pag.* 38. ac præfato ferreo cingulo armatus compertus eſt in actu Martyrij ab Ædi. tuo hæretico, qui eius Cadauer ſepeliuit *Sum. Num.* 10. §. 7. *pag.* 103. Quibus cruciatibus vltro ſuſceptis ad culmen Charitatis pertexit, nam D. Thomas 2.2. *quæſt.*186. *art.* 1. ex Abbate Moſe de religioſis Viris loquente, ponderat: *ieiuniorum inediam, vigilias, labores corporis etc. debere nos ſuſcipere, vt ad perfectionem Charitatis iſtis gradibus poſſimus aſcendere*,

Vnus Teſtis de auditu ipſius Ven. Serui Dei.

Vnus Teſtis de viſu.

Eandem Virtutem manifeſtauit maximo zelo diuini honoris, & ſalutis animarum *Sum. d. Num. 3. ex Proc. Conſtantienſi* Teſtis XV. de viſu §. 51. *pag.* 44. *et Num.* 4. *ex Proceſſu Curienſi* Teſtis V. de viſu §. 9. *pag.* 48. Teſtis VI. de publico, & notorio §. 12. *pag.* 49. *et ex Conſtantienſi Ibidem* Teſtis VIII. de viſu §. 51. *pag.* 54 Teſtis XIII. de viſu §. 63. *pag.* 55. Teſtis XIV. de viſu §. 69. *pag.* 56. Teſtis XLVIII. de viſu §. 95. *pag.* 38. Sanctus enim Auguſtinus *lib.* 22; *contra Fauſtum cap.* 79. relatus à Gratian. *in c. quid crudele* 23. *quæſt.* 1. poſt narratum zelum Moyſis inquit: *eum nulla crudelitate, ſed magna dilectione feciſſe quod fecit*, plenè D. Tho. 1.2. *q.* 28. *art.* 3. *in corp.*

Sex Teſtes de viſu, & vnus de publico, & notorio.

Propterea Ven. Martyr continuos labores exantlauit, & vitæ periculum ſubijt ad vitia eradicanda, & Catholicam Religionem propagandam. *Sum. d. Num. 3. ex Proceſsu Curienſi* Teſtis V. de viſu §. 3. *et* 4. *pag.* 35. Teſtis VI. de viſu § 9. *pag.* 36. Teſtis X. ex publico, & notorio §. 21. *pag.* 38. Teſtis XI. de publico, & notorio, ac de auditu videntium §. 24. *pag.* 39. Teſtis XIII. ex aliorum auditu §. 32. *et* 35. *pag.* 40. & *ex Conſtantienſi Ibidem* Teſtis VIII. de auditu, & publica voce, & fama §. 45. *pag.* 42. Teſtis XV. ex certa ſcientia §. 50. *et* 51. *pag.* 44. Teſtis XXV. de viſu §. 58. 59. *et* 60. *pag.* 45. *et Num.* 4. *ex Proceſsu Curienſi* Teſtis IX. de viſu *ſub* §. 16. *pag.* 50. Hinc ſane heroica Charitas eluceſcit, vti Apoſtolus *ad Roman.* 8. ſcribit: *quis nos ſeparabit a Charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia, an fames, an nuditas, an perſecutio, an gladius?* & cum S. Ioanne Chryſoſt. *in Epiſt. ad Hebr. Epiſt.* 1. *homil.* 3. dicemus: *hoc eſt opus Angelicum omnia facere prò ſalute proximorum, magis autem hoc eſt opus Chriſti*.

Octo Teſtes, nēpè quatuor de viſu, vnus de auditu videntium, alter de auditu aliorum, & duo de publica voce, & fama.

Et Martyrij deſiderio æſtuans, ſæpe in id feruentiſſimas preces ad Sanctiſſimam Dei Genitricem fundebat *d. Num.* 4. Teſtis IX. ex certa ſcientia *ſub* §. 14. *pag.* 49. Quaſi diceret cum S. Ignatio Martyre 4. *lect. Offic. die* 1. *Februar.* -- *vtinam fruar beſtijs, quæ mihi ſunt præparata*; ità demonſtrans, quam verè dixerit D. Bernard. *Serm.* 43. *ſuper Cantic.* -- *Nec leuis paſſionis aſperitas, mortis amaritudo, ſed leuis tamen amanti*.

Vnus Teſtis ex certa ſcientia.

CHARITAS IN PROXIMVM perſpicua eſt, ex prædicto iugi ſtudio ſalutis Animarum *Summ. cit. Num. 3. ex Proc. Curienſi* Teſtis V. de viſu §. 3. *pag.* 35. Teſtis VI. de publico, & notorio §. 8. 10. 11. *et* 13. *pag.* 36. *et* 37. Teſtis IX. de viſu §. 17. *pag.* 38. Teſtis X. de publico, & notorio §. 21. *pag. eadem* Teſtis XI. de viſu §. 23. *pag.* 39. Teſtis XII. de viſu, & etiam de facto proprio §. 33. *pag.* 40. XLIII. de viſu §. 43. *pag.* 42. præter alios Teſtes ſupra proximè relatos; ex his enim liquet, Ven. Seruum Dei Concionibus publicis, priuatis colloquijs, cæteriſque modis, totum incubuiſſe, Rhætos, Catholicæ Fidei admodum ignaros, inſtruxiſſe, vt omnes ad bonam frugem redigerentur, idque potiſſimum præſtitit Militi ad ſupplicium damnato, quem cum à morte ſuis apud Magiſtratum conatibus liberare non potuiſſet, ad ſaluandam eius animam, peccatis obſtinatiſſimè illaqueatam, ſe totum poſuit, nec ſine vberrimo fructu; nam ſceleſtus homo ſuaſionibus Ven. Martyris mortem cunctis deſiderabilem obijt *Ibidem* Teſtis VI. qui videtur oculatus

Sex Teſtes, nempè quatuor de viſu, & eorum alter de facto proprio, ac reliqui duo de publico, & notorio.

Bini Teſtes de viſu.

§. 12.

§. 12. *pag.* 37. eique adſtipulatur *ex Proc. Conſtantienſi Ibid.* Teſtis XV. de eadem ſcientia §. 21. *in fin. pag.* 44. Hic autem eſt præcipuus dilectionis Proximi actus, vt innuit Spiritus Sanctus *Eccleſiaſt.* 18. 13.-- *animi miſericordiam qui habet, docet, & erudit, quaſi paſtor gregem ſuum*; & Apoſtolus *ad Coloſſ.* 1. 28. ait: *Quem* (Chriſtum) *annunciamus corripientes omnem hominem in omni ſapientia, vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu.*

Tres Teſtes de viſu.

Octo Teſtes de viſu, & eorum alter de facto proprio, & vnus de auditu aliorum.

Corporum etiam neceſſitatibus amantiſſimè ſuccurrebat, tùm Secularium, tùm Religioſorum *Sum. d. Num.* 3. *ex Proc. Conſtantienſi* Teſtis VIII. de viſo §. 46. *pag.* 42. Teſtis XV. de viſu §. 52. *pag.* 44. Teſtis XXV. de viſu §. 61. *pag.* 46. Nimirum erga Pauperes *dicto Num.* 3. *ex Proc. Curienſi* Teſtis LXIII. de viſu §. 43. *pag.* 41. erga Milites *Ibidem* Teſtis XII. de aliorum auditu § 31. *pag.* 40. Teſtis XIII. veriſimiliter ocularus §. 36. *pag. eadem ex Conſtantienſi Ibidem* Teſtis XV. de viſu §. 52. *pag.* 44. Teſtis XXV. de viſu §. 62. *pag.* 46. præſertim erga Infirmos *d. Num.* 3. *ex Proceſſu Curienſi* Teſtis XII. de viſu, & facto proprio, qui miram etiam ſanitatis proclamatæ prædictionem refert §. 31. *pag.* 40. Teſtis XIII. veriſimiliter de viſu *ſub* §. 35. *pag. eadem* Teſtis XLIII. de viſu §. 3. *pag.* 41. *ex Conſtantienſi Ibidem* Teſtis VIII. de viſu §. 46. *pag.* 42. & Teſtis XV. de viſu, & auditu §. 52. *pag.* 44. vbi recenſet, quod Pauperibus, & Ægris militibus, humi ex morbo iacentibus inſeruiebat, pedes lauabat, & ſuam ſibi portionem largiebatur, ac ab alijs eildem ſubminiſtrari ſatagebat, cæteraque miſericordiæ opera exercuerat erga Religioſos infirmos, idemque comprobant circa Milites *Num.* 8. *ex Proceſſu Curienſi* Teſtis XXX. de viſu §. 10. *pag.* 66. *& Num.* 11. *ex Proceſſu Curienſi* Teſtis LXII. de viſu §. 16. *pag.* 107. Teſtis LXIV. de viſu §. 19. *pag.* 107. Teſtis LXXI. de viſu §. 23. *pag.* 108. Teſtis LXXXI. de viſu §. 30. *pag.* 109. *& d. Num.* 3. *ex Proc. Conſtantienſi* citat. Teſtis XXV. de viſu §. 61. *pag.* 46. qui inſuper narrat, Religioſis ægrotis, & ſibi miniſteria quæque ſordidiſſima Ven. Martyrem, licet Guardianatus munere tunc fungentem, eximia Charitate obijſſe; ac præterea Orphanis, Viduis, & qualitercumque afflictis verbo, conſilio, & opere apud Viros graues, ac etiam Principes ſuppetias attuliſſe; & in aliquibus concordat *dicto Num.* 3. *ex Proc. Curienſi* Teſtis XII. veriſimiliter de viſu §. 31. *pag.* 40. Ac rurſus dictus Teſtis XXV. cit. §. 61. *ad fin. pag.* 46. refert Ven. Martyris ſtudium in conciliandis animis diſſidentibus, & tumultum periculo plenum ab eo mirè ſedatum fuiſſe; ac *Ibidem* concludit, Patrem Patriæ à VeldKirKienſibus ob tot, & tanta Charitatis facinora appellari conſueuiſſe. Ex his profectò Miſericordiæ operibus ſibi dici audiet in die nouiſſima à Chriſto Domino, vt ipſe *Matth.* 25. 34. agentibus hæc promiſit: *Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione Mundi: eſuriui, & dediſti mihi manducare &c. eram infirmus, & viſitaſtis me &c.*

Sex Teſtes de viſu.

Vnus Teſtis de viſu.

De Virtutibus Cardinalibus.

PRVDENTIA Ven. Martyris abundè patet, ex eo quod relicto ſeculo obſeruantiſſimum Capuccinorum Inſtitutum ſuſcepit, dicente S. Gregor. Nazianz. *in Oration. de laud. Baſil.* -- *Sapientiores habendi ſunt, quam reliquum Mortalium vulgus, qui ſe ipſos à Mundi conſortio ſegregarunt, & vitam ſuam Deo conſecrarunt.* Et ex hac Virtute omnes ſuas actiones ad Dei gloriam, & Animarum Salutem direxit, ex iàm dictis, & aduertunt,

Summar.Num.4. ex Proceſſu Curienſi Teſtis V. de viſu §.3. *pag.*48. Teſtis XLIII. de viſu §.38.*pag.*53. ac in verbis, & operibus eximiam circumſpectionem ſemper adhibuit *Ibidem* Teſtis XXIII.de viſu §.82.*pag.*57. inquit enim Sapiens *Prov.*18.19. -- *qui moderatur labia ſua prudentiſſimus eſt*; atque in omnibus rebus agendis dexteritatem, & iudicium maximè oſtendit *Ibidem* Teſtis XII. de viſu §.31.*pag.*52. Præſertim dum Cœnobia rexit, & cætera Religioſæ Familiæ munera exercuit *Ibidem* Teſtis X. de viſu, & auditu ſub §.23.*pag.*51. & *ex Proceſſu Conſtantienſi* Teſtis XLVIII. de viſu §.88.*pag.*58. Quare ad exquirendum eius conſilium multi, etiam è loci primoribus, per ſæpe confluebant, & cunctos, præcipuè pauperes, ore, & manu iuuabat ſumma proindè Prudentiæ exiſtimatione apud omnes euulgata, *d. Num.*4. Teſtis XLIII. de viſu §.38.*pag.*53. & *ex Proceſſu Conſtantienſi* Teſtis XV. de viſu §.74.*pag.*56.

Bini Teſtes de viſu.

Vnus Teſtis de viſu.

Vnus Teſtis de viſu.

Duo Teſtes de viſu.

Duo Teſtes de viſu.

At potiſſimè Prudentia illius enituit tractando Hæreticos, erga quos affabilis, & amantiſſimus erat, ac ſerio ſtudebat eorum Proceres ab erroribus reuocare, vt eorum exemplo faciliùs cæteri inferioris notæ reſipiſcerent, *Summ.Num.*8. *ex Proceſſu Conſtantienſi* Teſtis XV. de viſu §.29. *pag.*70. & *ex Mediolanenſi* Teſtis III. de viſu §. 54. *pag.*76. Teſtis VIII. ex fide dignis, & ex publica voce, & fama §.93. *pag.*87. & Teſtis XII. ſub §.96.*pag.*88. *&* *Num.*11. *ex eodem Mediolanenſi* Teſtis VI. Hæreticus ad Fidem conuerſus de auditu ab Hæreticis, & ab alijs §.52.*pag.*113. Ex quibus, & alijs inferius recenſendis, clarè apparet vera, & perfecta illius Prudentia, quæ ad bonum finem totius vitæ rectè conciliatur, iudicat, & præcipit, vt docet S.Thom.2.2.*q.*47.*art.*13.*in corp.*

Quatuor Teſtes, nempè duo de viſu, & vnus ex auditu fide dignorum, & ex publica voce, & fama, & alter de auditu ab Hæreticis, & ab alijs.

IVSTITIA adeò Ven. Martyrem tenuit, vt timens in ſeculo ſe eam derelicturum, religioſam domum ingreſſus fuerit, *Summ. d. Num.*4. *ex Proceſſu Curienſi* Teſtis XLIII. de auditu ipſius Ven.Serui Dei §.37. *pag.*52. *&* *Num* 2. *ex Proceſſu Curienſi* Teſtis XX. de eadem ſcientia §.7.*pag.*34. In religioſa dein Familia, quod attinet ad pauperem Capuccinum, hanc Virtutem maximè prætulit dum Cœnobijs præerat omnes Fratres æquo affectu iuſtiſſimè regens, ac Ordinis Conſtitutiones, vt ex amuſſim ſeruarentur ſatagens, *Summar.Num.*4. *ex Proceſſu Curienſi* Teſtis V. de viſu §.2.*pag* 48. Teſtis X. de viſu, & auditu §.23. *pag.*51. & *ex Conſtantienſi* Teſtis VIII. de viſu §.47.*pag.*54. Teſtis XI. de viſu §.53.*pag.eadem* Teſtis XV. de viſu §.73.*pag.*56. ſtudens etiam, vt delinquentes merita pœna coercerentur *Ibidem* Teſtis XXIII. ex aliorum auditu §.81. *pag.*57. Ex quibus eximia Iuſtitia elucet in Religioſo Viro, quia hæc Virtus in ſcrutandis actis Seruorum Dei ad ſtatum, & conditionem cuiuslibet expendenda eſt, ad tradita per Scacch. *de not. & ſign.Sanctit.ſect.*4. *cap.*2. *pag.*247. *in fine.*

Bini Teſtes de auditu ipſius V. Serui Dei.

Quinque Teſtes de viſu.

Vnus Teſtis de auditu aliorum.

RELIGIO, pars potentialis Iuſtitiæ, effulget ex ingenti pietate animi, qua rem diuinam faciebat, & Orationi vacabat, *Summar. Num.*4. *ex Proceſſu Curienſi* Teſtis V. de viſu §.1. *pag.*48. & *ex Conſtantienſi* Teſtis XIV. de viſu §.64.*pag.*55. Noctis tempore dum cæteri Religioſi ſomnum capiebant, ipſe Auguſtiſſimo Sacramento coram diu feruenter orabat *dicto Num.*4. *ex Proceſſu Curienſi* Teſtis IX. de viſu §. 13. *pag.* 49. & *ex Conſtantienſi* Teſtis VIII. de viſu §.46.*pag.* 54. & Teſtis XV. de viſu §. 71. *pag.*56. Primus omnium Choro laudibus Deo recitandis aderat, ac vltimus recedebat, *d.Nu.*4.*ex Conſtantienſi* Teſtis VIII. de viſu §.46.*pag.*54. Teſtis XI. de viſu §.53. *pag.eadem* Beatiſſimæ Virgini, & alijs Cœlitibus addictiſſimus erat, *d.Num.*4. *ex Curien* Teſtis X. de viſu §. 13. *in fine, &* *pag.*49. Teſtis XLIII. de viſu §.36. *pag.*52. *&* 45. *pag.*53. ac *ex Conſtantienſi* Teſtis VIII. de viſu §.46. *pag.*54. Teſtis XV. de viſu §.72. *pag.*56. At ſemper ſtrenuum propugnatorem Inuocationis Sanctorum ſe exhibuit,

Bini Teſtes de viſu.

Tres Teſtes de viſu.

Duo Teſtes de viſu.

Quatuor Teſtes de viſu.

Vnus Teſtis de viſu, & auditu proprio.

buit, *Summ.Nu.3.ex Curienſi.* Teſtis VI. de viſu, ſeù auditu proprio §.6. *pag* 36. Atque alia ab ijſdem & cæteris Teſtibus circa hanc Virtutem adducuntur, quæ breuitatis gratia reticemus. Ob has autem deuoti cordis exercitationes exul quodammodo videbatur Ven. Martyr à Mundo, & Dei familiaris, cum Lactant. Firmianus *lib.6.cap.vlt.* rectè dicat: *Quiſque ſecum habet Deum in corde ſuo conſecratum; quoniam ipſe eſt Dei templum*; atque ita agentes *appropinquantes ad Deum* nuncupat S. Gregor. Nazianz. *Orat.*28.

Duo Teſtes de viſu, & duo de publico, & notorio.

Ad Religionem pertinet obſeruatio Votorum ex D.Thoma 2.2.*q* 88.*art.5. in corp* circa quam Ven. Martyr exactiſſimus ſemper extitit, *Summ.Nu.4. ex Proceſſu Curienſi* Teſtis V. de viſu §.6.*pag.*48. Teſtis VI. de publico, & notorio §.10. *pag.eadem*, & *ex Conſtantienſi* Teſtis XIII. de viſu §.62. *pag.*55. & Teſtis XIV. §.66.*pag.eadem*.

Tres Teſtes de viſu.

Octo Teſtes de viſu.

PAVPERTATEM nanquè perpetuò adamauit, *Summar. Num.4. ex Proceſſu Curienſi* Teſtis X. de viſu §.26.*pag* 51. Teſtis XII. de viſu §.32.*pag.* 52. & *ex Conſtantienſi* Teſtis XXIII. de viſu §. 86. *pag.* 57. itaut dum Guardianatus munus obibat, oblatas eleemoſynas non admittebat ſupra quam vnius diei neceſſitas poſtulaſſet, atque ſuperflua, vel omninò reſ.rabat, vel Pauperibus largiebatur, *d.Num.4.ex Proceſſu Curienſi* Teſtis IX. de viſu §.15.*pag.*49. Teſtis XII. de viſu §.32.*pag.*52. & *ex Conſtantienſi* Teſtis VIII. de viſu §.48.*pag.*54. Teſtis XI. de viſu §. 54. *pag. eadem* Teſtis XIII. de viſu § 60. *pag.* 55. Teſtis XIV. de viſu §. 65. *pag. eadem* Teſtis XV. de viſu §.77.*pag.*57. & Teſtis XLVIII. de viſu, & auditu §. 90. *pag.* 58. Hoc ſiquidem Paupertatis amore Chriſto Domino obſecutus eſt. *Matth.* 6. 25. dicenti: *ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis*; nec ignorabat, quod S. Io: Chryſoſt. *Hom.*11.*in Act.Apoſt.* ſcripſerat: *in Monaſterijs quis mortuus eſt fame? quis non liberaliter educatus eſt?* immò ſciebat, quod *animæ theſaurus corporis egeſtas eſt*, vt inquit S.Baſil. *Orat.*22.*de Anim.*

Quatuor Teſtes de viſu.

Tres Teſtes de viſu.

Vnus Teſtis de viſu.

Vnus Teſtis de auditu proprio.

CASTITATEM ſemper coluit, nec quicquam contra hanc Virtutem alicui conijcere licuit, *Summ. d.Num.4 ex Proceſſu Curienſi* Teſtis XLIII. de viſu § 42.*pag.*53. *& ex Conſtantienſi* Teſtis XI. de viſu §.55. *pag.*54. Teſtis XXIII. de viſu §.84.*pag* 57. & Teſtis XLVIII. de viſu § 91.*pag.* 58. Sed ab omnibus compertus extitit caſtus, pudicus, modeſtus, & verecundus, tum ex verbis, tùm ex geſtibus, tùm ex alijs illius actionibus, *d.Num.4.ex Proceſſu Curienſi* Teſtis IX. de viſu §.16. *pag.*49. Teſtis X. de viſu §.27.*pag.*51. *& ex Conſtantienſi* Teſtis XXIII. de viſu §.85. *pag.* 57. itaut ſi quam fœminam ſibi occurrere, & alloqui contigiſſet, genæ rubore conſpergerentur, *d.Num.*4. Teſtis X. de viſu §.27.*pag* 51. & aduerſus luxuriæ vitium acerrimè in concionibus inuehebat, *dicto Num.*4. Teſtis IX. de auditu proprio §.16.*pag.*50. *in princ.* & ad Caſtitatis tutamen corpus ſuum in diram ſeruitutem redegit voluntarijs caſtigationibus, quas ſuperiùs retulimus *de Charitate in Deum* §. *eluxit ibidem*. De hac autem Virtute diſſerens S.Gregorius *lib.5.in 1.Reg.cap.*4. ac exponens illa verba *Cant.*8. *quæ habitas in hortis, fac me audire vocem tuam*, perbelle inquit: *Qui ſunt horti ſuperni Sponſi, niſi corda Sanctorum, per cuſtodiam munita, & per Caſtitatis odorem florida? nam dum nullos motus turpes recipiunt, albo pudoris flore decorantur.*

Quatuor Teſtes de viſu.

OBEDIENTIAM examuſſim Superioribus ſuis exhibuit, & vt cæteri exhiberent ſummopere ſtuduit, *Summ.d.Num.4.ex Proceſſu Curienſi* Teſtis IX. de viſu §.17.*pag.*50. Teſtis XLVIII. de viſu §.89.*pag.*58. vbi inquit, ſingulare quoddam totius obſeruantiæ religioſæ fuiſſe ſpeculum. Vndè liquet aptari Ven. Martyri, quod Caſſian. ſcripſit *lib.7.de Incarnat.cap.*1. nimirum: *verè liberum eſſe eum, qui Deo caperit eſſe captiuus; omni enim*

cura,

cura, & ſolicitudine liberatur is, qui propria voluntate depoſita, alteri ſe totum regendum tradit. Atqui heroicum Obedientiæ actum profectò edidit, quando ab Ordinis Moderatoribus ſibi iniunctum fuit, vt in Rhætiam prædicandi Euangelij cauſa proficiſceretur; tunc enim temporis cum Guardianatus munere fungeretur, excuſare à tali miſſione ſe poterat, cũ præſertim præcognouiſſet, ſe ibi ſanguinem effuſurum; at Ven. Dei Famulus, ne dùm promptè, ſed feſtiuè, & hilarirèr ſatis Obedientiæ fecit, *Summ. dicto Num.* 4. *ex Proceſſu Curienſi* Teſtis IX. de viſu ſub §.17.*pag.*50.Teſtis X.de auditu Ven.Serui Dei §.28.*pag.*51.Teſtis XII. §.34.*pag.*52.Teſtis XLIII. de viſu §.41.*pag.*53. *& ex Conſtantienſi* Teſtis XI. de viſu §.56.*pag.*54.Teſtis XIII. de viſu § 61.*pag.*55. Iſtaque fuit Obedientia ſublimis, quam commendat D.Auguſtin.*Serm.*61.*ad Fratr. in Erem.* his verbis: *debet Obedientia eſſe ſine mora, non cum murmure, neque cum triſtitia animi, ſed cum gaudio, & hilaritate, & debet eſſe vſque ad mortem*.

Quinque Teſtes, nempè quatuor de viſu, & vnus de auditu Ven. Serui Dei.

FORTITVDO Ven.Martyris patuit, ex eo quod difficillima ille aggreſſus, ingens animi robur oſtendit, præcipuè acceptando promptè, & hilariter munus Apoſtolicæ Miſſionis in Regionibus Caluiniſtarum, vbi aduerſus vitia, & hæreſes publicè concionabatur, quamuis mortem ſibi indè imminere præſciuiſſet, vt ſuperiùs de Fide, & Charitate in Deum, & Proximum dictum eſt; ac ſtrenuè Milites, atque Duces coarguere, ac obiurgare non deſiſtebat, ne innocuis damnum inferrent, & tactum ſpeciale referunt *Summ Num.* 3.*ex Proceſſu Curienſi* Teſtis XIII.veriſimiliter de viſu §.36.*pag.*40.*& Num* 4.*ex eodem Proceſſu* Teſtis X.de publico, & notorio § 24 *pag.*51.Teſtes XLIII.de viſu §.39 *pag.*53.*& ex Proceſſu Conſtantienſi* Teſtis XV.de publico, & notorio § 75.*pag.*56.atque alia fortitèr aggreſſus eſt, vt infra de Martyrio agentes demonſtrabimus; ex quibus ſublimis patet in Ven.Martyre hæc Virtus; nam vt Ariſtotel. *lib.*7.*Ethicor.cap.*6. docet: *ille proprie Vir fortis dicetur, qui circa præclaram mortem impauidus fuerit, & circa ea, quæ mortem afferunt, cum ſunt proxima*, latè Scacch. *de not.& ſign.Sanctitat. ſect.*4.*cap.*3 *pag.*261.

Duo Teſtes de viſu, & totidem de publico, & notorio

Ex eadem Virtute aſpera, & dura patientèr ſuſtinuit. Sciebat humani generis hoſtis quot Animas e ſuis laqueis Ven. Dei Famulus eripuiſſet; quarè moleſtiſſimè eum inſtigabat, vt ſeueram Capuccinorum diſciplinam deſereret, quam Cacodæmonis tentationem virilitèr ſuperauit, *Summ. d.Num.*4. *ex Proceſſu Curienſi* Teſtis XLIII. de auditu ipſius Ven. Martyris § 39.*pag.*53. Inſuper plures iniurias, atque conuicia à Ciuibus Veldkirkienſibus tolerauit, *Summ.d.Num.*4.*ex Proceſſu Curienſi* Teſtis V. de viſu §. 4.*pag.* 48. Quot autem contumelijs affectus fuerit ab Hæreticis, quos forti pectore a Caluinianis erroribus reuocare ſtuduit, & quanta frontis hilaritate hæc paſſus fuerit, vbi de Martyrio ſermo erit, manifeſtum fiet, & ſic ipſum inuictum fuiſſe *in omni patientia, & longanimitate cum gaudio*, vt exigit Apoſt.*ad Coloſſ.*1.11. Et hinc præclaram elucere Fortitudinem plenè demonſtrat Cornel. à Lapid. *ibid. pag.* 611.*col.*1.

Vnus Teſtis de auditu Ven. Martyris.

Vnus Teſtis de viſu.

TEMPERANTIA Ven.Martyri eximia fuit, ob miram Abſtinentiam, & Sobrietatem. Semel enim in die cibum ſumebat, vno edulio contentus, & ad veſpertinam refectiunculam nunquam accedebat, niſi quando ſequenti feſto concionaturus eſſet ad Populum. Vino ſatis modicè vtebatur; ſingulis ſextis ferijs rigidius ieiunium ſeruabat, peruigilijs Beatiſſimæ Virginis pane, & aqua ſolummodo reficiebatur; tempore Aduentus, & Quadrageſimæ ab omni calido cibo abſtinebat; & hunc

 aſpe-

Septem Teſtes de viſu.

aſperum vitæ rigorem nunquam remiſit, tametſi prædicandi Euangelij cauſa laborioſa itinera per montes, & niues aſſiduè faceret, pareiſſimè ſemper ſomnum capiens, vt hæc, & alia affirmant, *Summ. d. Num. 4. ex Proceſſu Curienſi* Teſtis V. de viſu §. 5. *pag.* 48. Teſtis IX. de viſu §. 19. *pag.* 50. Teſtis X. de viſu §. 25. *pag.* 51. Teſtis XLIII. de viſu § 40. *&* 44. *pag.* 53. *& ex Conſtantienſi* Teſtis VIII. de viſu §. 50. *pag.* 54. Teſtis XI. de viſu §. 58. *pag.* 55. Teſtis XV. de viſu §. 80. *pag.* 57. & §. 76. *pag.* 56. ſubdit ſæpe ſuam exiguam prandij portionem ad Milites in Caſtris ægrotantes miſiſſe. Qua auſteritate monitum S. Bernardi *de mod. ben. viuend. ad Soror. cap.* 24. expleuit: *non debemus comedere, vt venter impleatur, ſed, vt corpus ſuſtentetur*; & ex ſupradictis actibus à Ven. Martyre exercitis excellens Temperantia colligitur, ad tradita per Scacch. *de not. & ſign. Sanctit. ſect. 2. cap. 2. pag.* 120.

Quatuor Teſtes de viſu.

Vnus Teſtis de auditu proprio.

Tres Teſtes de viſu, & eorum alter etiam de auditu Ven. Martyris.

Tres Teſtes de viſu.

Vnus Teſtis de viſu, & auditu proprio.

Epiſtola V. Martyris.

HVMILITATIS Virtus, vt cæteras Temperantiæ partes breuitatis amore mittamus, ſplendidè effulſit in Ven. Martyre, qui totus erat in ſui contemptu, *Summar. dicto Num.* 4. *ex Proceſſu Curienſi* Teſtis XII. de viſu §. 35. *pag.* 52. *& ex Proceſſu Conſtantienſi* Teſtis XI. de viſu §. 57. *pag.* 54. Teſtis XIII. de viſu §. 59. *pag.* 55. Teſtis XIV. de viſu §. 67. *pag. eadem*. Idcirco ſubeſſe, & obedire cuicumque Religioſo, & Nouitio deſiderabat, *dicto Num. 4. ex Proceſſu Curienſi* Teſtis IX. de auditu proprio §. 18. *pag.* 50. & libentèr cum infimæ ſortæ hominibus verſabatur, *Ibidem* Teſtis X. de viſu, & auditu Ven. Serui Dei §. 29. *pag.* 52. & Teſtes XLIII. de viſu §. 43. *pag.* 53. *ex Proceſſu Conſtantienſi* Teſtis XLVIII. de viſu §. 92. *pag.* 58. & viliſſima quæque religioſæ Domus miniſteria, ex Inſtituto minimè præſcripta, quando etiam Cœnobio præerat, lætus exercebat, *dicto Num.* 4. *ex Proceſſu Conſtantienſi* Teſtis VIII. de viſu §. 49. *pag.* 54. Teſtis XIV. de viſu §. 67. *pag.* 55. Teſtis XV. de viſu §. 79. *pag.* 57. Et ad maiorem ſui contemptum humillimè de ſe loquebatur, *d. Num.* 4. *ex Proceſſu Curienſi* Teſtis X. de viſu, & auditu proprio §. 29. *pag.* 52. atque in Epiſtolis ſubſcribebatur *breui Vermiũ eſca, vt ex Nu.* 5. §. 12. *pag.* 60. Ex hac autem excellenti Virtute cæteræ perfectionem recipiunt, vt S. Doroth. *Serm.* 14. *de adific. Virt. Anim.* inquit: *Humilitas Virtutes omnes & coronat, & conſeruat, & vt omnis Virtus ex Humilitate gignitur, & cum Humilitate producitur, & exercetur: ita Virtutum omnium abſoluta perfectio Humilitate completur.*

Teſtes 14. partim de auditu proprio, & partim de auditu audientiũ

HIS quoque Virtutibus Altiſſimus fulgorem addidit ſupernaturali Prophetiæ dono, qua præcognouit rebellionem Hæreticorum, ſuum Martyrium, amiſſionem, & deinde recuperationem Regionis, & res alias occultas, de quibus loquuntur 14. Teſtes, partim de proprio auditu, partim de auditu audientium, & ex alia ſufficienti notitia, *Summario Num.* 5. *&* 6. *per tot. pag.* 58. *& ſeqq. ad* 64.

DE MARTYRIO, eiuſque Cauſa.

ANnus erat vigeſimus primus ſupra milleſimum ſexcenteſimum, cum in Rhætia, Europæ Prouincia, quæ alpes Germaniam inter, & Italiam occupat, hæreſi Zuingliana, & Caluiniana graſſante, ſeditio, & rebellio ardebat, deficientibus Vallis Prætigouienſis, Engadinæ inferioris, alijſque Regionis Communitatibus, quæ Auſtriacæ Domui

par-

parebant. Dum autem eo temporis Archidux Leopoldus arma ad rebelles compeſcendos parabat, egit apud Summum Pontificem Paulum Quintum, vt pro firmando ſtatu Catholicorum, qui adhùc ſupererant, & cæteris in Eccleſiæ Romanæ ouile reducendis, è Sacra Capuccinorum Familia diuini verbi Præcones illuc mitterentur, & ad illud munus explendum deſignatus extitit Pater Ignatius Bergomenſis. At non multo poſt Paulo V. è viuis ſublato, Gregorius XV. Succeſſor ad Heluetos, Rhætoſque Nuncij Apoſtolici cum dignitate amandauit Alexandrum Scappium, Campaniæ Antiſtitem, à quo dein certior de rebus ad Religionem pertinentibus factus, Congregationem Fidei in omnes Orbis terræ Nationes propagandæ inſtituit, & hæc miſſionem Rhæticam ratam habuit, ac præmemoratum Patrem Ignatium gratijs, & facultatibus ad eam exercendam liberalitèr cumulauit. Interea noſter Ven. Pater Fidelis Cœnobij Veldkirkienſis Præfectus, ſeù, vt vocant Guardianus, ſtrenuè ſaluti Animarum incumbens, ob eximiam doctrinam, egregiam linguarum peritiam, & maximam Sanctitatis famam, à Nuntio Apoſtolico, & Capuccinorum Cætu, eiuſdem Miſſionis caput electus eſt, ingenti eiuſdem hilaritate, diuinitùs præcognoſcens, ſe Martyrium aſſecuturum, *Summario Num.* 8. *ex Proceſſu Conſtantienſi* Teſtis X. de viſu, & publico, & notorio §. 17. 18. 19. 21. 22. *pag.* 68. *&* 69. Teſtis XV. de viſu, & auditu proprio §. 32. 33. *&* 34. *pag.* 70. Teſtis XLVIII. de viſu §. 35. 36. 38. *&* 39. *& ex Proceſſu Mediolanenſi* Teſtis de viſu, de facto proprio, & in aliquibus de auditu §. 40. 41. 42. *pag.* 73. Teſtis IV. de viſu §. 68. *pag.* 78.

Quinque Teſtes de viſu. & eorum alter de facto proprio.

Non eſt dictu facile quantum Euangelicus Operarius in vinea Domini laborauerit ad pernicioſarum hæreſum ſpinas euellendas, quas Zuuingliani, & Caluiniani eo in agro conſeruerant; totum namque ſe dedit pietatis, cęterarumque Virtutum operibus, & pręſertim ſacris Confeſſionibus, & Concionibus, quibus vnam, & veram catholicam Fidem eſſe, & ad ſalutem æternam prorſus neceſſariam, pari doctrina, ac feruore demonſtrabat, & ne vllam Regionis partem verbo Dei vacuam relinqueret, per aſpera quæque, & niuoſa montium iuga pedibus accedebat ad orthodoxam Fidem amplificandam, & vitiorum turpitudinem extinguendam; idipſumque obtinere nitebatur priuatis ſermonibus, atque colloquijs, cum hominibus doctis, ac rudibus, iugiter, & feruidiſſimè habitis, vt fusè narrant *Summar. Num.* 8. *ex Proceſſu Curienſi* Teſtis VIII. Socius V. Martyris de viſu, & facto proprio §. 1. 2. 3. 5. 6. *&* 7. *pag.* 65. *&* 66. *ex Proceſſu Conſtantienſi* Teſtis X. de viſu §. 19. *pag.* 68. *& ex Proceſſu Mediolanenſi* Teſtis II. de auditu §. 41. *&* 42. *pag.* 73. & de viſu §. 56. 50. 53. 56. 57. 61. 66. 67. *pag.* 74. *& ſeqq.* Teſtis IV. de auditu, & fama publica §. 68. *pag.* 78. Teſtis VI. ex eadem ſcientia §. 71. *pag.* 80. & de auditu Catholicorum, & Hæreticorum §. 74. *pag.* 81. Teſtis VII. de auditu §. 89. *pag* 86. Teſtis VIII. de auditu Catholicorum, & Hæreticorum §. 93. 95. *pag.* 88. Teſtis XII. de eadem ſcientia §. 96. *pag.* 88. *&* §. 99. *pag.* 90. & *Num.* 9. *ex Proceſſu Curienſi* Teſtis XXXIII. de viſu §. 1. 2. 4. *&* 5. *pag.* 90. *&* 91. Teſtis XLIII. de viſu §. 12. *pag.* 91. Teſtis L. de viſu §. 23. *pag.* 93. *& ex Proceſſu Mediolanenſi* Teſtis V. de auditu, & publica voce, & fama §. 47. *pag.* 98. *& Num.* 11. *ex Proceſſu Curienſi* Teſtis LXXX. de viſu §. 38. *pag.* 109. Hoſce labores ſplendidiores reddebat vitæ ſuæ Sanctimonia, vt præter ſuperiùs recenſita, tradunt *Summar. Num.* 8. *ex Proceſſu Conſtantienſi* Teſtis XLVIII. de viſu §. 38. *pag.* 72. & ex Mediolanenſi Teſtis III. de viſu §. 52. 57. 58. *pag.* 75.

Treſdecim Teſtes, nempè ſeptem de viſu. & eorum alter de facto proprio, tres de auditu Hæreticorum, & vnus ex eis de auditu etiam Catholicorum, & tres alij de auditu & publica voce, & fama.

Octo Teſtes, nempè tres de viſu, duo de auditu Catholicorum, & Hæreticorum reſpectiuè, duo de auditu à fide dignis, & vnus de publica voce, & fama.

Quatuor Teſtes de aditu proprio.

pag. 75. *&* 76. Teſtis IV. ex publica fama, ac de viſu ſub §. 67. *pag.* 78. *&* §. 72. *pag.* 80. Teſtis VII. de auditu fide dignorum §. 89. *pag.* 86. *&* §. 92. *pag.* 87. *et ſub.* 93. *pag.* 88. Teſtis XII. de auditu Catholicorum, & Hæreticorum §. 97. *et* 98. *pag.* 89. ac *Num.* 9. *ex eadem Proceſſu Mediolanenſi* Teſtis III. de viſu §. 36 *pag.* 96. Teſtis V. de publica voce, & fama §. 46. *pag.* 98. Teſtis VIII. ex fide dignis, & publica voce, & fama *ſub* §. 55. *et* 56. *pag.* 100. *Num.* 11. *ex Proceſſu Mediolanenſi* Teſtis VI. Hæreticus ad Fidem conuerſus ex auditu Hæreticorum, & aliorum §. 52, *pag.* 113. adeout ipſi Hæretici virum ſanctum, & irreprehenſibilem exiſtimarent *Summar. Num.* 8. *ex d. Proceſſu Mediolanenſi* Teſtis III. de auditu proprio §. 50. 51. *et ſub* §. 58. *pag.* 76. Teſtis VI. de eadem ſcientia §. 71. *verſiculo di più vn Miniſtrale cum verſ ſequenti pag.* 80. Teſtis XII. de eadem ſcientia *ſub* §. 97. *et* 98. *pag.* 89. Teſtis XIII. de eadem ſcientia §. 100. *pag.* 90. ſic opere, & ſermone munus Apoſtolicum explens Ven. Dei Famulus ingentem Animarum fructum collegit, & quamplures peruerſos Hæreticos, ac etiam aliquot ex illorum primoribus, catholicæ Religioni reſtituit *Summar. Num.* 8. *ex Proceſſu Curienſi* Teſtis VIII. de viſu §. 3. *et* 4. *pag.* 65. Teſtis XXX. de viſu §. 9. *pag.* 66. *& ex Proceſſu Conſtantienſi* Teſtis XV. de viſu §. 23. 24. 25. 27. *et* 28. *pag.* 69. *et* 70. *& ex Proceſſu Mediolanenſi* Teſtis II. de certo auditu §. 42. *pag.* 73. Teſtis IV. de ſimili auditu §. 67. *pag.* 78. Teſtis IV. de facto proprio §. 84. *pag.* 85. Teſtis VIII. de auditu §. 92. *pag.* 87. præter alios Teſtes, ſuperius ad Virtutem Fidei relatos §. *neque inanes*.

Septem Teſtes, nempè tres de viſu, vnus de facto proprio, & tres de certo auditu.

Præterea ad radicitus extirpandas hæreſes, quædam, & præcipua capita Religionis conſcripſit, ad Prætigòuicenſes Communitates proponenda, quorum tenor exhibetur *Summar. Num.* 8. §. 10. *pag.* 67. ac de iiſdem loquuntur *Ibidem ex Proceſſu Curienſi* Teſtis XLIII. de viſu §. 11. *et* 12. *& ex Proceſſu Mediolanenſi* Teſtis II. de facto proprio, ac de viſu §. 43. *pag.* 73. & Æditus Hæreticus de certa ſcientia *Num.* 10. §. 8. *pag.* 103. Huic ſancto conſilio manus adiutrices porrexit generoſus militiæ Præfectus Aloyſius Baldiron Tridentinus, Archiducis Auſtriaci tunc in Rhætia vices gerens; is enim conuocatis Cruſcam vicinioribus Prætigouiæ Valliculis, antedicta Religionis capita publico in conuentu propoſuit, iiſque palam à V. Dei Seruo perlectis, eorundem ſeriam obſeruationem graui ſermone inculcauit; id quod etiam peractum fuit Luccynæ, alij eiuſdem Regionis loci, vt fusè narrant *d. Num.* 8. *ex Proceſſu Mediolanenſi* idem Baldironus Teſtis II. de facto proprio §. 43. 44. 45. *et* 46. *pag.* 73. *et* 74. & Ioachimus Columna Baro Felſij, Teſtis III. Cætibus memoratis præſens §. 63. *et* 64. *pag.* 77.

Tenor capitum Religionis.

Tres Teſtes, nempè duo de viſu, & horum alter de facto proprio, & vnus ex certa ſcientia.

Vnus Teſtes de facto proprio, & alter facto præſens.

E conuerſo Hæretici ſedulò cogitantes, quam ingens detrimentum inferrent Caluinianæ ſectæ propoſita Religionis capita, & aſſidua Ven. Serui Dei prædicatio, ex quà multi eorum aſſeclæ, iam, vt oſtendimus, prauos errores depoſuerant, veluti Iudæi *Act. Apoſt.* 7. 54. in S. Protomartyrem Stephanum — *audientes autem hæc diſſecabantur cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus in eum*, ideo conciliabula plura inierunt, ac inter ſeſe coeuntes tumultuari deliberarunt, & Capuccinos catholicæ Religionis Præcones, ac præ cæteris Ven. Dei Famulum, trucidare *Summar. d. Num.* 8. *ex Proceſſu Mediolanenſi* Teſtis III. de viſu §. 61. 62. *et* 63. *pag.* 76. *et* 77. Teſtis VI. facto præſens §. 7. *pag.* 80. *et* §. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. *pag.* 8. *et ſeqq.* Teſtis VIII. de auditu videntium *ſub* §. 93. *et* 94. *pag.* 88. *et Num.* 11. *ex Proceſſu Curienſi*, Teſtis LXIV. de auditu proprio ab Hæreticis §. 20. *pag.* 107. Teſtis LXXI. de eadem ſcientia §. 24. *pag.* 108.

Octo Teſtes, nempe tres de viſu, vnus de auditu videntium, & quatuor de auditu ab ipſis Hæreticis.

Teſtis

Teſtis LXXX. de eadem ſcientia §.29. *et pag.*109. *ex Proceſſu Mediolanenſi* de eadem ſcientia §. 48. *et ſeq. pag.* 113. *& Num.*10. Æditiuus Hæreticus de viſu §.8.*pag.* 103.

Hæc agebantur ſub menſem Aprilis, anni MDCXXII.quo temporis cum Ven. Pater GuſcæConcionem feruentiſſimam ad Populum habuiſſet,& Sacrum celebraſſet,Hæretici , vt immane conſilium exſequerentur,ad bonam frugem redeundi animum ſimulantes, illum inuitarunt eorum Pago, Seuiſio nuncupato, vt ibidem ſequenti die 24. eiuſdem menſis, qua recurrebat quarta Dominica poſt Paſcha Reſurrectionis, vt de rebus diuinis ad loci Incolas diceret *Summar.d.Num.* 8. *ex Proceſſu Mediolanenſi* Teſtis III. de viſu , & auditu proprio §.64.*pag.* 77. Tunc autem Ven. Dei Seruus, licèt aliam , & iniquam mentem prauorum hominum præſagiuiſſet, nihilominus vt Deo animas lucraretur, poſtquam mane inſequenti ſingulari pietatis ſenſu ſacram Hoſtiam immolauit,& è ſuggeſto verba ad Indigenas flagrantiſſimè fecit, Seuiſium verſus perrexit, idem Teſtis III.de viſu §.65.*et* 66.*d.pag.*77.& pluta notatu digna refert *Num.*9.*ex Proceſſu Curienſi* Teſtis XXXIII. de viſu §.1.2. 3. *et* 4.*pag.*90. *et* 91.

Vnus Teſtis de viſu , & auditu proprio.

Bini Teſtes de viſu.

Illucque peruentus ſtatim in ſacram Ædem ſe contulit , & poſt preces ad Dominum fuſas, pulpitum de more conſcendit , & in vitiorum , ac præſertim ſuperbiæ,deteſtationem, verba Spiritu Dei plena , miru in modum intonuit . Dum autem Apoſtolico ore differeret, extra Templi fores ſtrepitus armatorum reſonat,ſubitoque denſus coniuratorum manipulus bombardis, rompheis, haſtis, bipennibus, fuſtibus, furcis, ſudibus clauatis, & omni armorum genere inſtructus, fremens, ſpumanſque irruit , ac incertis clamoribus omnia replet , igneuſque globus in Ven. Concionatorem , Cathedra etiamnum inſiſtentem , è ferreo tormento immittitur,ſed diuina virtute aliò delatus, in murum impegit innocuus; tantoque tumultu excitato, ſeditioſi vndique turmatim aduolant, & Catholici fœda laniæna alii vinculis alligantur, alij occiduntur, reliquis hùc illùc fugam arripientibus *Summar. d. Num.*9.*ex Proceſſu Mediolanenſi* Teſtis II.de certo auditu §.49.*pag.*75. Teſtis IV. de eodem auditu §.68.*et* 69. *pag.*78.*et* 79. Teſtis VI. de auditu principalium Hæreticorum §.82.*pag.*85. Teſtis VIII. ex certo auditu §. 94. *et* 95. *pag.* 88. & magis diſtinctè hoc aſſerunt *Summar.Num.*9.*ex Proceſſu Curienſi* Teſtis XXXIII. de viſu , & facto proprio §.4.5.6.*et* 7.*pag.*91. Teſtis XLIII. de aliorum auditu §.13.*et* 14. *pag.*92. Teſtis L. de viſu §.23.*et* 24.*pag.*93. *et ex Proceſſu Conſtantienſi* Teſtis LIII. ex certo auditu §.28. *pag.* 95. *et ex Proceſſu Mediolanenſi* Teſtis I. de auditu §.35.*pag.*96. Teſtis III. de viſu , & facto proprio §.36.*et* 37. *d.pag.*96. Teſtis V. de certo auditu plurium §.48. *pag.*99. & *ibidem* de auditu Militis præſentis §.49. Teſtis VII. de auditu §.50. *et* 51.*pag.*99.*et* 100.Teſtis VIII. de auditu nobiliſſimorum Virorum §.54 *pag.*100. Teſtis IX. de auditu fide digni §.59.*et* 60.*pag.*101. Teſtis VI. de auditu Catholicorum, & Hæreticorum *ibidem* §. 62. Teſtis XV. de auditu Militis præſentis §.64. *d.pag.*101,*et Num.*10. Æditiuus Hæreticus facto præſens *ſub* §.2.*pag.*102.

Quatuordecim Teſtes, nempè ſex de viſu,& tres horum de facto proprio, duo de auditu videntis duo de auditu Hæreticorum , & quatuor de auditu plurium, & fide dignorum.

Dum hæc à Prætigouienſibus perpetrabantur Ven. Pater Fidelis è ſuggeſto deſcendit, & rectà ad Ara m ſe contulit, vbi in genua prouolutus,ardentibus precibus agonem ſuum Crucifixo Saluatori, Matrique Virgini commendauit, & ſubindè tumultum declinans , ne ſacrilego ſui parricidio ſacra Ædes dehoneſtaretur:ex ea per portam ſec-

ceſ-

ceſſit, ac vbi in apertum agrum peruenit, feroces homines aut veriùs leones dixeriſm obuios habuit, qui cum pluribus conuicijs ex prædicatione catholicæ Religionis exprobrantes, gladijs, fuſtibus, fureis, & ſudibus, non vno, ſed multis vulneribus dirè pereutiunt; at ille quaſi agnus manſuetus, primo ictu percuſſus genibus procumbens, quo dirius feriebatur, eo hilariorem ſe præferebat, donec cruore vndequaque perfuſo, & oculis in Cœlum intentis, dulciſſima nomina IESVS MARIA pronuncians, Animam purpuratam feliciter Deo reddidit *Summar. Num. 8. ex Proceſſu Mediolanenſi* Teſtis VI. alter ex Hæreticis conuerſis de auditu ipſorum Interficientium SS. 83. 84. 85. 86. 87. *et* 88. *pag.* 85. *et* 86. *Num. 9. ex Proceſſu Curienſi* Teſtis XXXIII. de viſu recentis Cadaueris, & circa Martyrium de auditu alterius ex Interfectoribus §. 8. 9. *et* 11. *pag.* 91. Teſtis XLIII. de auditu Æditui Hæretici, Martyrio præſentis, & duarum Mulierum videntium §. 15. 16. 17. 18. *et* 20. *pag.* 92. Teſtis L. qui vidit extremos anhelitus V. Martyris, eiuſque vulnera §. 25. *et* 26. *pag.* 94. *ex Proceſſu Conſtantienſi* Teſtis X. de auditu §. 27. *pag. eadem* Teſtis LIII. circa illationem Martyrij de auditu Hæreticorum interficientium, ac de viſu Cadaueris, & vulnerum §. 30. 31. 32. 33. *et* 34. *pag* 95. *et* 96. *ac ex Proceſſu Mediolanenſi* Teſtis I. de auditu, & publica voce, & fama §. 35. Teſtis III. de viſu actorum proximè præcedentium Martyrium §. 38. *pag.* 97. & circa idem Martyrium de auditu Hæreticorum interficientium §. 39. 40. *et* 41. *pag. eadem* Teſtis IV. de auditu, & publica voce, & fama §. 44. *et* 45. *pag.* 98. Teſtis V. de auditu plurium, & præſertim Militis Catholici Martyrio præſentis §. 48. *&* 49. *pag.* 99. Teſtis VII. de auditu §. 51. 52. *&* 53. *pag.* 100. Teſtis VIII. de auditu nobiliſſimorum Virorum §. 55. *&* 56. *pag.* 100. Teſtis IX. de auditu fide digni, & aliorum §. 57. 58. 59. *&* 60. *pag.* 101. Teſtis XI. de auditu Catholicorum, & Hæreticorum, & ex publica voce, & fama §. 62. *&* 63. *pag. eadem* Teſtis XV. de auditu videntis §. 64. 65. *&* 66. *d. pag.* 101. *& Num.* 10. Æditmus Hæreticus, alter ex eis, qui tumultum excitarunt, & vidit Martyrium, & Cadauer ſepeliuit §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. *&* 7. *pag.* 102. *&* 103. *& Num.* 11. *ex Proceſſu Curienſi* Teſtis LII. de auditu Sororis alterius ex Interfectoribus §. 10. *pag.* 106. Teſtis LIV. de auditu Æditui Hæretici §. 14. *pag. eadem* Teſtis LX. de auditu Hæreticorum §. 15. *d. pag.* 106. Teſtis LXII. de auditu Interfectorum §. 17. *&* 18 *pag.* 107. Teſtis LXVI. Hæreticus ad Catholicam Fidem conuerſus de auditu Interfectorum §. 21 *pag.* 108. Teſtis LXVII. de eadem ſcientia §. 21. *pag. eadem* Teſtis LXXI. de auditu Hæreticorum §. 24. 25. *&* 26. *d. pag.* 108. Teſtis LXXXI. de eadem ſcientia §. 31. *pag.* 109. Teſtis LXXXIII. de eadem ſcientia §. 33. *&* 34 *pag.* 109. *&* 110. *& ex Proceſſu Conſtantienſi* Teſtis XV. de auditu Hæreticorum, ac aliorum, & de viſu Cadaueris, & vulnerum §. 36. 37. 38. *et* 39. *pag.* 110.

Viginti quatuor Teſtes, nempe de viſu Martyrij æditumus Hereticus, de viſu V. Martyris animam exhalantis vnus, de viſu Cadaueris, & vulnerum tres, de auditu præſentiũ Martyrio quatuor, de auditu Interficientium quatuor, & reliqui de auditu ab Hereticis, & ab alijs, ac de publica voce, & fama.

EX HIS patet, probationem Martyrij emergere ex innumeris Teſtibus; quorum alter, nempè Æditmus Hæreticus eſt de viſu, alter vidit poſtremos anhelitus V. Martyris, tres ſunt de viſu Cadaueris cruore conſperſi, & vulnerum, vnus de viſu actorum proximè præcedentium Martyrium, ſex de auditu Interfectorum, quinque de auditu præſentium, tres de auditu Hæreticorum, ſex de auditu à fide dignis. Probationem Martyrij auget publicum teſtimonium Senatus Veldkirkienſis, *Summar. Num.* 13. *pag.* 117. Quibus accedit antiqua, continuata, & publica exiſtimatio Martyrij, & maxima Populi deuotio erga Ven.

Summa probationis Martyrii.

Pa-

Patrem Fidelem tamquam verum Dei Martyrem, ex quampluribus ocularis Teſtibus, partim datis, & partim indicatis, *Summar. Num.* 12. *pag.* 115. *et d. Num.* 13. §. 2. & 9. *pag.* 118. adeout ex omnibus ſimul iunctis Martyrium huiuſmodi pleniſſimè probatum ſit, ex fusè traditis ab Auditoribus Rotæ in Relatione Canonizationis B. Ioſaphat Polocenſis *par.* 3. *ſub* §. *igitur de perfecto*.

Cauſa Martyrij ex parte Hæreticorum.

CAVSA verò Martyrij ex parte Hæreticorũ vna omninò fuit, nempè Catholicæ Religionis odium, quam Ven. Martyr in Caluinianæ Sectæ perniciem prædicabat, & plures prauis illius erroribus imbutos, quotidiè in ſinum Romanæ Eccleſiæ redigebat; atque huiuſmodi odium auxerunt capita Religionis, Prætigouienſibus obſeruatu proposita à Ven. Dei Famulo, ſicuti vno ore aſſeuerant, *Summar. Num.* 8. *ex Proceſſu Curienſi* Teſtis XXX. de auditu proprio Ven. Serui Dei, & publica voce, & fama §. 8. *pag.* 66. *et ex Proceſſu Conſtantienſi* XV. Teſtis ex Epiſtola cuiuſdam Hæretici §. 26. *pag.* 70. *et ex Proceſſu Mediolanenſi* Teſtis VI. de viſu, & auditu proprio §. 71. *pag.* 80. §. 75. *pag.* 81. §§. 78. 79. 80. 81. 82. *et* 85. *pag.* 82. *et ſeqq.* VIII. de auditu Hæreticorum §. 94. *et* 95. *pag.* 89. *et* 90. *et Num.* 9. *ex Proceſſu Curienſi* Teſtis XLIII. de viſu, & auditu proprio ab Hæreticis §. 22. *pag.* 93. *& ex Proceſſu Conſtantienſi* Teſtis LIII. de proprio auditu ab Hæreticis §. 34. *pag.* 96. *& ex Proceſſu Mediolanenſi* Teſtis I de auditu, & publica voce, & fama §. 35. *pag. eadem.* Teſtis III. de auditu proprio ab Hæreticis §. 40. 41. 42. *et* 43. *pag.* 97. *et* 98. V. Teſtis de auditu præſentis §. 49. *pag.* 99. IX. ex auditu Militum, & publica voce, & fama §. 59. *et* 61. *pag.* 101. *et Num.* 11. *ex Proceſſu Curienſi* Teſtis VXXIII. de auditu ab Hæreticis Interfectoribus §. 1. *et* 3. *pag.* 104. Teſtis XLIII. de auditu audientis ab altero ex Interfectoribus §. 4. *et* 5. *pag. eadem* Teſtis LII. ex auditu Sororis alterius ex Interfectoribus §. 10. *pag.* 105. *in fin. et* 106. Teſtis LIII. de auditu proprio ab Hæreticis Interfectoribus §. 12. *et* 13. *d. pag.* 106. Teſtis LIV. de auditu proprio ab Æditu Hæretico de viſu §. 14. *pag. eadem.* Teſtis LX. de auditu Hæreticorum, & alterius ex Interfectoribus §. 15. *ibidem.* Teſtis LXII. de auditu Interfectorum, & aliorum Hæreticorum §. 17. *et* 18. *pag.* 107. Teſtis LXV. de auditu Hæreticorum §. 20. *pag. eadem.* Teſtis LXVI. de auditu Interfectorum §. 21. *pag.* 108. Teſtis LXVII. de eadem ſcientia § 22. *ibidem.* Teſtis LXXI. de auditu Hæreticorum §. 24. 25. *et* 26. *d. pag* 108. Teſtis LXXIX. de auditu eorundem §. 27. *ibidem.* Teſtis LXXX. de eadem ſcientia §. 29. *pag.* 109. Teſtis LXXXI. de eadem ſcientia §. 41. *pag. eadem* Teſtis LXXXIII. de eadem ſcientia §. 33. *et* 34. *pag.* 109. *et* 110. *et ex Proceſſu Conſtantienſi* Teſtis XV. de eadem ſcientia §. 37. *et* 39. *pag.* 110. *et ex Proceſſu Mediolanenſi* Teſtis V. de auditu Hæretici præſentis Martyrio §. 41. *et* 42. *pag.* 112. Teſtis VI. de auditu Hæreticorum, & alterius ex Interfectoribus §. 43. *pag.* 112. 45. 46. 53 *pag.* 113. 54. 55. 56. 57. *pag.* 113. & præſertim §. 58. & ex publica voce, & fama vniuerſali §. 59. *ibidem.* Teſtis XV. de viſu, & auditu Hæreticorum §. 61. *pag.* 115.

Teſtis 31. nempe vnus de auditu V. Martyris vnus ex Epiſtola cuiuſdã Hęretici, duo de viſu, & auditu proprio, viginti duo de auditu proprio Hęreticorum, & pręterea ſeptem de auditu ipſorum Interficientium, & quinque de auditu aliorum, & de publica voce, & fama.

CAVSA quoque Martyrij ex parte Ven. Patris Fidelis eadem fuit, nimirũ ſtudium, & labores exantlati in extirpandis Hæreſibus, & in propaganda Fide catholica, vt prædicti omnes Teſtes vnanimiter affirmant, & abundè liquet ex ſuperius dictis; & notatu digniſſimum eſt, quod ipſi Hæretici vitæ illius Sanctitatem pluries, ac pluries confeſſi ſunt, *Summar. Num.* 8. *ex Proceſſu Mediolanenſi* Teſtis III. de auditu proprio

Cauſa Martyrij ex parte V. S. D.

Septem Teſtes de auditu proprio ab ipſis Hęreticis.

ab

ab Hæreticis §. 51.*pag.*75.*et* 59.*pag.*76. Teſtis VI. Hæreticus ad Fidem conuerſus de eadem ſcientia §.72.*et* 73.*pag.* 86. Teſtis XII. de eadem ſcientia §.97.*et* 98.*pag.*89 *et Num.*9.*ex Proceſſu Carienſi* de eadem ſcientia §.21.*pag.* 93.*et ex Proceſſu Mediolanenſi* de eadem ſcientia §.42.*pag.*97.*et Num.*11.*ex Proceſſu Nediolanenſi* Teſtis VI. Hæreticus ad Fidem conuerſus de eadem ſcientia §.48.*et* 53.*pag.*113. Teſtis VII. de eadem ſcientia §.60.*pag.*115. Vndè nullus dubitationi locus dandus eſt, quin pro ſolo Chriſti nomine illuſtre ſubierit Martyrium.

Perſeuerantia finalis V.S.D.

FINALIS autē perſeuerantia in Fide, Fortitudine, & Charitate vſque ad extremum vitæ ſpiritum, euidenter comperitur, ex eo quod ad euitandum ferueſcentem tumultum, è Templo diſcedens, vbi pedem in apertum intulit, obuios habuit ex Hæreticis ferociſſimos, qui de rebus, ad Religionem pertinentibus, eum interrogarunt, audienteſque nil, diræ mortis minis perterritum, conſtantiſſimè Fidem catholicam propugnare, rabie perciti impetum in eundem fecerunt *Summ. Num.* 9.*ex Proceſſu Carienſi* Teſtis XLIII. de auditu duarum Mulierum facto præſentium §.17.*pag.* 92. *et ex Mediolanenſi* Teſtis V. de auditu Militis Catholici, pariter præſentis ſub §.48.*et* 49.*pag.*99. *et Num.* 11. *ex Proceſſu Carienſi* Teſtis LXII. de auditu Catholicorum, & Hæreticorum ſub §.18.*pag.* 107. Et quo ſæuius barbari Homines eum percutiebant, ipſe hilarius proximam mortem deſiderare conſpiciebatur *Summar. Num.* 11.*ex Proceſſu Mediolanenſi* Teſtis VI. Hæreticus ad Fidem conuerſus de auditu Hæreticorum, & alterius ex Interfectoribus §.44.45.46.*et* 47.*pag.*112. *et* 113. ac idem *Num.*8.§.86 *pag.*85. & iam ſanguine circumfuſus, eleuatis in Cœlum oculis Deum precabatur, & ſuauiſſimis nominibus ſæpius inuocatis IESVS MARIA, ſpiritum exhalauit *Summar.d.Num.*9.*ex Proceſſu Carienſi* Teſtis XXXIII. de auditu alterius ex Interfectoribus §.11.*pag.*91. Teſtis XLIII. de auditu duarum Mulierum Martyrio præſentium §.17.*et* 18.*pag.*92. Teſtis L. de viſu, & auditu proprio §.26.*et ex Proceſſu Mediolanenſi* Teſtis VIII. de auditu plurium Militum §.56.*pag.*94. Quibus poſtremis actibus rectè perpenſis, iunctis geſtis in miſſione Apoſtolica, immo cæteris toto vitæ curſu peractis, vt ſuperius enucleauimus, & obſeruat Teſtis XII. *Summar. Num.* 8. *ex Proceſſu Mediolanenſi* de publica omnium exiſtimatione §.97.*pag.*89. ambigendum non eſt de finali perſeuerantia in Fide, Fortitudine, & Charitate, & quin Dei gratia in extremo conflictu abundauerit, cum D. Auguſtin. *lib:* 13.*de Ciuit. Dei cap.*7. egregiè dixerit -- *tam nobiliſſimam mortem Martyres ſuſtinere non potuiſſent, niſi gratia Dei in eis abundaſſet.*

Teſtes duo de auditu præſentium, & vnus de auditu Catholicorum, & Hæreticorum.

Vnus Teſtis Hæreticus ad Fidem conuerſus de auditu Hæreticorū, & alterius ex Interfectoribus.

Teſtes quatuor, nempe vnus de viſu, & auditu proprio, vnus de auditu alterius ex Interfectoribus, vnus de auditu duarum Mulierū præſentium, & vnus de auditu plurium Militum.

DE SIGNIS, SIVE MIRACVLIS.

TAmetſi pro Martyrum Canonizatione, quoties Martyrium ſatis probatum appareat, & Martyrij Cauſa ex parte tam inferentis, quam patientis, ſolam Fidem catholicam, aliamue Virtutem reſpiciat, vt de Ven. Patri Fidele aſſerendum eſt, non requirantur Signa, ſiue Miracula, ſecundum opinionem, à Theologis, & Canoniſtis magis receptam, pluribus ex rationibus, quas adduxi in Hiſpalen. ſeu Marochitana pro Ven. Ioanne de Prado in Memoriali, ſeparatim impreſſo, cui initium eſt: *Ex adductis in Poſitione*, cum alijs recentiùs exaratis per DD. Aduocatos in celebri Iapponen. præſertim ex auctori-

ƈtoritate D. Hieronymi *in Pſalm.* 115. qui ait -- *Quicumque Sanctus moritur ſua morte, licet ſancta, qui miſericordias operatus ſit, fecerit ſigna, Dæmones eiecerit, non vadit ad Dominum ſecurus, horreſcit eius conſcientia, quando videt Dominum, Martyr autem, etſi poſt Baptiſmum peccauerit, tamen ſecundo Martyrij Baptiſmate ablutus, ſecurus vadit ad Dominum*. Nihilominus quoniam ex Signis, ſiuè Miraculis illuſtrius Martyrium redditur, vt tradunt Auditores Rotæ in Relatione Canonizationis B. Ioſaphat Polocenſis *par.4.in princip.* & his quampluribus placuit Altiſſimo fulgorem addere Martyrio Serui ſui Fidelis, opportuum duximus non pauca ex ijſdem adducere, vt ſacrum illius triumphum Cœleſti plauſu condecoretur.

PRIMVM SIGNVM, SIVE MIRACVLVM. Eadem die 24. Aprilis anni MDCXXII. qua Ven. Pater Fidelis Martyrium pro Chriſti nomine patiebatur, Pater Apollinaris à Sigmaringa è Capuccinorum Familia, ac illius germanus Frater à Ieſuitis inuitatus Conſtantiam, vt in eorum ſacra Æde ad honorem Sanctorum Ignatij, & Xauerij concionem haberet, cum in ſuggeſtum aſcendiſſet, inſtante hora, qua prædictus Pater Fidelis Martyrio Seuiſij afficiebatur: repente adeò ingenti dolore capitis, internisque lancinationibus ſeaſſlictatum ſenſit, vt quaſi mortis agonem pati ſibi videretur, & Populus, ſacrum panegiricum auditurus, inſolitum id accidens prænotauit; ac ſymptoma, quod tunc nemo apprehendere potuit, breui admiratores pleroſque habuit, vt reſcitum eſt, eo temporis momento Ven. Patrem Fidelem tot ictibus contuſum Martyrium fortitèr exantlaſſe. Hoc mirum factum referunt *Summario Num.* 14. *ex Proceſſu Conſtantienſi* Teſtis XXIV. *pag.* 119. veriſimiliter de viſu, ac idem Pater Apollinaris Teſtis XLV. *pag.* 120. de facto proprio, cui propterea plena fides habenda eſt, tùm ob qualitatem perſonæ, tum ob naturam rei internæ, quæ ab alijs probari nequit, vt latè docent Auditores Rotæ in Relatione Canonizationis B. Pij V. *par.3.tit.de Charitat.S.primo, quod*, vbi plura in id adducuntur.

Bini Teſtes, alter de facto proprio, & alter veriſimiliter de viſu.

SECVNDVM SIGNVM, SIVE MIRACVLVM. E Sepulchro Seuienſi, quo primùm Ven. Martyris Corpus humatum extitit, flos pulcherrimus, ſanguineo colore conſperſus, nec antea vnquam viſus, excreuit, de quo loquuntur *Summario Num.* 15. *ex Proceſſu Curienſi* Teſtis I. de aliorum relatione *pag.* 120. *ex Proceſſu Conſtantienſi*. Teſtis V. de viſu *pag.* 121. *ex Proceſſu Mediolanenſi* Teſtis I. de auditu plurium Militum *pag.* 121. Teſtis III. de auditu plurium *ibidem*, Teſtis VI. *ibidem* de publica voce, & fama. Teſtis VII. de auditu videntis, & de publica voce, & fama *ibidem* Teſtis VIII. *ibidem* de auditu plurium Militum, & de publica voce, & fama, Teſtis IX. *pag.* 122. de auditu pluries, Teſtis XI. *pag. eadem* de auditu, & de publica voce, & fama, & Teſtis XIII. *ibidem* de viſu, & de auditu Militis, qui particulam dicti miri floris collegit. Similibus autem floribus ad Martyrum ſarcophagos mirè exortis, conſueuiſſe Altiſſimum veritatem Martyrij manifeſtare, pluribus exemplis comprobat P. Bonifac. Bagatta *de Admirand. Orb. Chriſtian. tom.* 1. *lib.* 6. *cap.* 2. *§.* 3. *per tot. pag.* 405: *& ſequen. & in appendic. pag.* 410. *et tom.* 2. *lib.* 6. *pag.* 458. *num.* 64. vndè meritò Sancta Eccleſia *in reſponſ.* 2. *lection. de commun. vnius Martyr.* canit: *Iuſtus germinabit ſicut lilium, et florebit in æternum ante Dominum*.

Teſtes decem, nēpè duo de viſu, vnus de auditu videntis, & ſeptē de auditu aliorū, & de publica voce, & fama.

TERTIVM SIGNVM, SIVE MIRACVLVM. Cadauer Vener. Martyris, poſt aliquod etiam tempus ab obitu, nullum inſuauem odorem efflabat *Summario Num. 16. ex Proceſſu Mediolanenſi* Teſtes V. & XII. *pag.* 122. de ſenſu proprio, Quinimo eiuſdem Officulum ſuauiſſimam exhalare fragrantiam affirmat *Ibidem ex Proceſſu Curienſi* Teſtis XXVI. *pag.* 123. pariter de proprio ſenſu, & *Num.* 23. Teſtis XLIX. de auditu Vxoris, talem odorem percipientis §. 7. *pag* 145. Id quod mirandum Signum æſtimandum eſt, Cardan. *lib.* 13. *de ſubtilit.* §. *proximus* dicente: *Corpora Sanctorum cum cætera fœteant, bene ob id olere creditum eſt vi Diuinitatis aduerſus Naturæ decreta pugnante.*

Duo Teſtes de ſenſu proprio.

Duo Teſtes, vnus de ſenſu proprio, & alter de auditu odorem percipientis.

QVARTVM SIGNVM, SIVE MIRACVLVM. Cum Maiæfeldam Corpus Ven. Martyris translatum eſſet, incuria Militum, ea in Vrbe impetuoſiſſimum exarſit incendium, ventoq; vehementi efflante ignei fluuij, hùc illùc per area decurrentes, proxima quæque conflagrabant, & iam propinquam Arcem penetrauerant, qua pro ea temporis neceſſitate puluis tormentarius, ac militaris annona, omniſque bellicus apparatus recondebatur, ac ligneum portæ munimentum, quod Riuellinum vocant, indomitum elementum combuſſerat, & fornicem ædis cremabat, vbi plurimæ exiſtebant lagenæ nitrati pulueris, qui etiam non rarus erat in loci area diſſeminatus, ac ignis fauillæ, & globuli ſuper eodem puluere è laqueari decidebant; adeout nil tertiùs timeretur, quam quod puluis ſuccenſus totam Arcem horrendo cum fragore diſijceret. In tanto rerum diſcrimine pijſſimus militiæ Tribunus Alu.cus, ex antiquiſſima Sulzenſium Comitum Cleggouiæ Landgrauiorum proſapia genitus, quibus, vt quam potuit, conſilijs, & auxilijs prodeſſe ſtuduit; ſed vbi induſtriam, viresque humanas fruſtratas cerneret, ad cæleſte præſidium conuerſus Deum orauit, vt ad verum Martyrium Serui ſui Fidelis manifeſtandum, exitiale periculum auertere dignaretur. Mirum dictu? vix ope implorata Ven. Martyris, flammarum flumina retroceſſerunt, & Caſtrum à iam incepta conflagratione illæſum emerſit; quod non niſi euidenti, ſtupendoque Miraculo Ven. Dei Famuli ab omnibus adſcriptum fuit *Sum. Num.* 17. *pag.* 123. *& ſeqq.*

Primum Extremum inſignis huius Admirandi, nimirùm ſuccenſum incendium, & à vento in Arcem delatum, & ſuper diſperſo humi puluere ignem prolapſum, cum cæteris circumſtantijs enucleatis, probant *dicto Num.* 17. *ex Proceſſu Curienſi* Teſtis XXV. de viſu §. 2. *pag.* 123. Teſtis XLIV. de auditu videntium §. 8. *pag.* 124. Teſtis LIV. de auditu Militum §. 9. *ibidem*, *& ex Proceſſu Conſtantienſi* Teſtis V. de viſu §. 14. 15. *dicta pag.* 124. *&* §. 18. *pag.* 125. *& ex Proceſſu Mediolanenſi* Teſtis II. partim de viſu, & partim de auditu videntis §. 22. 23. *&* 25. *d. pag.* 125. Teſtis V. de viſu §. 26. 27. 30. 34. *pag.* 126. & de auditu videntis § 32. *&* 36. *ibidem*, Teſtis VII. Comes Sulzenſis de viſu, & facto proprio §. 37. 39. *pag.* 127. & de auditu Militum ab eo in Arcem intromiſſorum §. 40. 43. 44. *&* 45. *pag. eadem* Teſtis IX. de viſu §. 47. 48. *&* 49. *pag.* 128. Teſtis X. de viſu §. 53. 54. *dicta pag.* 128. §. 55. *&* 56. *pag.* 129. Teſtis XII. de auditu dicti Comitis Sulzenſis §. 61. 62. 63. *ibidem*, & de auditu Militis, qui viderat, ignem ſuper puluere tormentario § 65. *pag.* 130. XIII. de viſu §. 67. & 68. *dicta pag.* 130. & de ſimili auditu §. 71. *pag.* 131. Ac refert Teſtis XVIII. præſens in Arce tempore Incendij.

Teſtes vndecim, nempè octo de viſu, duo de auditu videntium, & vnus de auditu Militum.

§.73. & rem aliam mirabilem narrat *§.74.d.pag.*131.

Inuocationem Ven. Martyris referunt *dicto Num.* 17. *ex Proceſsu Curienſi* Teſtis XXV. de viſu §. 3. *pag.* 123. Teſtis XLIV. de auditu Inuocantis §. 6. *pag.* 124. Teſtis LIX. de auditu Militum §. 11. *ibidem* Teſtis LXII. de eadem ſcientia §. 13. *ibidem*, *& ex Proceſsu Mediolanenſi* Teſtis II. de auditu Inuocantis §. 20. *pag.* 125. Teſtis V. de auditu proprio §. 28. *&* 34. *pag.* 126. Teſtis VII. Comes Sulzenſis, qui præ alijs opem Ven. Martyris inuocauit §. 41. *pag.* 127. Teſtis IX. de auditu §. 51. *pag.* 128. Teſtis X. de publico auditu §. 58. *pag.* 129. Teſtis XII. de auditu Inuocantis §. 62. *ibidem* Teſtis XIII. de viſu §. 69. *pag.* 130.

Teſtes decem, nempè vnus de facto proprio, tres de viſu, totidem de auditu Inuocantis, duo de auditu Militum, & vnus de auditu publico.

Secundum Extremum Miraculi, nempè quod illicò poſt expetitum Ven. Patris Fidelis auxilium, flammæ retroceſſerint, & Arx immunis ab igne remanſerit, probant *dicto Num.* 17. *ex Proceſſu Curienſi* Teſtis XXV. de viſu §. 4. *pag.* 123. Teſtis XLIV. de auditu videntis §. 7. *pag.* 124. Teſtis LIV. de auditu Militum *ſub* §. 11. *ibidem* Teſtis LXII. de eodem auditu §. 13. *pag. eadem*, *& ex Proceſſu Conſtantienſi* Teſtis V. de viſu §. 16. *ibidem*, *&* §. 19. *pag.* 125. *ac ex Proceſsu Mediolanſi* Teſtis II. de auditu videntis §. 21. *d. pag.* 125. Teſtis V. de auditu videntis §. 29. *&* 35. *pag.* 126. Teſtis VII. Comes Sulzenſis de viſu §. 42. *pag.* 127. Teſtis IX. de viſu §. 50. *&* 51. *pag.* 128. Teſtis X. de viſu §. 57. *&* 59. *pag.* 129. Teſtis XII. de auditu videntis §. 63. *Ibid.* Teſtis XIII. de viſu §. 70. *pag.* 131.

Teſtes duodecim, nempè ſex de viſu, quatuor de auditu videntium, & duo de auditu Militum.

Quapropter omnes tribuerunt ingenti Miraculo Ven. Martyris, quod tam imminens conflagrationis periculum Arx euaſerit *dicto Num.* 17. *ex Proceſſu Curienſi* Teſtis VI. §. 1. *pag.* 123. Teſtis XXV. §. 5. *ibidem* Teſtis XLIV. *ſub* §. 7. *pag.* 124. Teſtis LIV. §. 12. *ibidem*, *& ex Proceſsu Conſtantienſi* §. 17. *ibidem*, *& ex Proceſsu Mediolanenſi* Teſtis II. §. 24. *pag.* 125. Teſtis V. §. 33. *pag.* 126. Teſtis VII. §. 46. *pag.* 127. Teſtis 10. §. 60. *pag.* 129. Teſtis XII. §. 64. *ibidem*, *&* §. 66. *pag.* 130. Teſtis XIII. §. 27. *pag.* 131. Nec aliter ſuadere quiſpiam ſibi poteſt, ſi ad calculos ducat immanitatem incendij, ædes ligno conſtructas, ignem penetratum in Arcem, nitrati pulueris ædem in fornice, ſeu laqueari, iam concrematam, ignem ſuper pulueris cadis, & ſuper ipſo puluere humi diſſeminato diſperſum, vt aſſerunt præcitati Teſtes; quibus vrgentiſſimis circumſtantijs per neceſſe dicere cogimur *Digitus Dei eſt hic*.

Teſtes decem.

QVINTVM SIGNVM, SIVE MIRACVLVM: Aliud incendium mirabiliter extinctũ fuit, inuocato præſidio Ven. Martyris, & particula Cinguli illius in medias flammas proiecta, vti bini Teſtes de viſu affirmant *Summario Num.* 18. *pag.* 131. *&* 132. *ex Proceſsu Curienſi*; ſicque renouatum extitit Miraculum B. Pij V. prò eiuſdem Beatificatione approbatum, quod ſimile incendium extinctum fuit, ex recenſitis ab Auditoribus Rotæ in Relatione Canonizationis illius *part.* 4. *Mirac.* 1. *poſt mort.*

Bini Teſtes de viſu.

SEXTVM SIGNVM, SIVE MIRACVLVM. Philippinam ſeptennem filiam habebat Ioannes Schultheis, e Conſtantia Vir nobilis, quæ ſiniſtra obruta valetudine ambobus pedibus ità ægrè laborabat, vt ijs neque conſiſtere, neque deambulare valeret, ac pedes corpore ſuo trahere cogebatur; magnos inſuper ſentiebat dolores, moleſtaque tuſſi, & vehementibus ſingultibus iam per menſem ità excru-

ciabatur, vt continui eiulatus longè procul perſonarent. Inſignes Medici morbum curarunt, ſed nullis ſuffragantibus artis auxilijs, Puellulam veneficio aff-ctam, atque omninò incurabilem pronunciarunt. Mæſti Parentes ad cæleſtia remedia conuerſi, Patrem Apollinarem, Ven. Martyris germanum Fratrem, exorarunt, vt Filiolam inuiſeret. Is autem ad eam acceſſit, ac fuſis Deo precibus, Officulum Ven. Patris Fidelis Ægræ applicuit, quæ illicò liberum pedum vſum recuperauit, & tridui ſpatio perfectam valetudinem acquiſiuit, abſque vlla morbi reincidentia *Summ. Num.* 19. *pag.* 133. *& ſeqq.*

Quinque Teſtes de viſu.

Primum Extremum huius Miraculi, videlicet grauitas morbi, cum circumſtantijs ſupra recenſitis, refertur à Patre Sanatæ Teſte XLVI. de viſu *dicto Num.* 19. §. 1.2.3. *&* 7. *pag.* 133. à Matre Teſte XLVII. pariter de viſu §. 5.9.10. *&* 11. *pag.* 134. à Patre Apollinari Teſte LI. de auditu Parentis §. 15. *pag. eadem, & de viſu* §. 16. *pag.* 135. à Medico Teſte LII. de viſu §. 18. *&* 19. *d. pag.* 135. à Religioſo Socio dicti Patris Apollinaris Teſte LIII. de viſu §. 23. *ibidem*.

Quinque Teſtes de viſu, quorum alter eſt Medicus

Inuocatio Ven. Martyris cum applicatione Reliquiæ illius narratur ab ijſdem Teſtibus ex eadem ſcientia §§. 4. 12. 17. 20. *&* 21. *pag.* 133. *& ſeqq.*

Tres Teſtes de viſu.

Secundum Extremum, nempè ſubitam, & perfectam ſanationem, affirmant tres ex dictis quinque Teſtibus ocularis §§. 5. 6. *d. pag.* 133. §. 13. 14. *pag.* 134. *&* §. 20. *pag.* 135. Quamobrem hoc Miraculum tam circa Probationem, quam Releuantiam clariſſimè effulget.

SEPTIMVM SIGNVM, SIVE MIRACVLVM. Anna Clara, filia nouennis Nobilis Nicolai Hammerer, oculorum alterum ex humore, qui præter naturam inter chriſtallinum, & tunicam corneam effluxerat, iamdiu viſionem amiſerat, cui morbo perſanando fruſtra Medici nauarunt operam. At vbi præmemoratus Pater Apollinaris idem Officulum Ven. Martyris occluſo ocello ſuperimpoſuit, paulo poſt Puella perfectè videns euaſit, ſanationem cunctis, & præſertim Medico, miraculoſam exiſtimantibus *Summario Num.* 20. *pag.* 135. *& ſeqq.*

Teſtes quatuor, nempè tres de viſu, inter quos eſt Medicus, & vnus de auditu.

Primum Extremum huius Miraculi, hoc eſt qualitatem morbi, probant *dicto Num.* 20. Pater, & Mater Sanatæ Teſtes XXXV. & XXXVI de viſu §. 1. 5. *&* 6. *pag.* 136. *et* 137. Pater Apollinaris Teſtis LI. de auditu §. 11. *dicta pag.* 137. & Medicus Teſtis LII. de viſu §. 15. *pag.* 138.

Teſtes quatuor, nempè vnus de facto proprio, duo de auditu Sanatæ, & vnus de auditu fide digno rum.

Inuocatio Ven. Martyris, per eius Officuli applicationem, refertur à Patre Sanatæ ex auditu ipſius §. 2. *pag.* 136 à Matre de auditu eiuſdem Filiæ §. 7. *pag.* 137. à Patre Apollinari de facto proprio §. 13. *pag.* 138. & à Medico de auditu fide dignorum §. 16. *ibidem*.

Teſtes quatuor, nempè duo de viſu, & totidem de auditu.

Secundum Extremum, in ſubita ſanatione conſiſtens, recenſent Parentes Sanatæ de viſu §. 3. *et* 8. *d. pag.* 136. *et* 137. Pater Apollinaris, & Medicus de auditu §. 12. *d. pag.* 137. *&* 17. *pag.* 138.

Tres Teſtes, quorum alter eſt Medicus.

Et quod hæc Sanatio Miraculo Ven. Martyris adſcripta fuerit, tradunt Parentes Sanatæ §. 8. *&* 9. & rationibus ſecundum artem adductis Medicus §. 18. *vbi ſupra*.

Teſtes duo de viſu.

Mirumque auxilium Ven. Patris Fidelis experta fuit eadem Puella in altero oculo poſt elapſum annum, vt Mater illius, & Pater Apollinaris de viſu referunt §. 10. *pag.* 137. *&* §. 14. *pag. ſeq.* id quod, ad maiorem prioris Admirandi robur adducimus.

OCTAVVM SIGNVM, SIVE MIRACVLVM. Anna Egenderin tantam mentis væſaniam poſt quatuor hebdomadarum infirmitatem incurrerat, vt ſuæ, Mariti, Liberorumque vitæ inſidiaretur, & conſortia hominum fugiens, ac nullibi conſiſtere valens, nemora, & ſyluas petere deſiderabat, ac in ſummo frigore, & rigore hyemis integra quandoque die permaneb t, cibos proijciebat, & iam fune parato ſe ſuſpendio necaſſet, niſi à Marito, id aduertente, impedita eſſet. Non prætermittuntur remedia, ſed, quia prorſus inſana erat, omnia in irritum cedunt. Tandem eius collo appenduntur Reliquiæ Ven. Martyris, atque illicò fit mentis compos, & triduo perfectè ſanatur *Sum. Num.21.pag.138.& ſeqq.*

Primum Extremum iſtius M raculi, nempè Phrænitidem, eiuſque effectus, fusè exponunt *dicto Num.* 21. ipſa Sanata Teſtis XXXVIII. de facto proprio § 1.*pag.*138. Maritus Teſtis XXXIX. de viſu § 7. & 8. *pag.* 140. duo Vicini Teſtes XL. & XLI. de viſu §. 11. 12.15. & 16. *d.pag.* 140. & 141. Teſtes quatuor, nempè vnus de facto proprio, & tres de viſu.

Innocatio, peracta ex appoſitione Reliquiarum Ven. Martyris, narratur à Sanata de facto proprio §. 3.*pag.* 139. à Marito eiuſdem, pariter de facto proprio §. 8.*pag.*140. à duobus Vicinis de auditu §. 13. & 17.*pag.*140. & 141. Teſtes quatuor, nempè bini de facto proprio, & totidem de auditu.

Secundum Extremum, nimirùm ſubitam mentis recuperationem, & plenam infra triduum valetudinem, probant ipſa Sanata de facto proprio §.4. Maritus de viſu §.9. & ambo Vicini pariter de viſu §.14. & 18. *vbi ſupra*. Teſtes quatuor, nempè vnus de facto proprio, & tres de viſu.

Hoc quoque Miraculum maius robur recipit, ex eo quod Mulier caſu deperditis Reliquijs, quas pendulas collo habebat, in morbum eundem reincidit, & ſtatim ac alias eiuſdem Ven. Martyris ſibi admouit, ſana iterum perfectè euaſit, vt ſubdunt ipſa Sanata de facto proprio §. 5.*pag.* 139. eiuſque Maritus de viſu §. 10.*pag.*140. Teſtes duo, vnus de facto proprio, & alter de viſu.

NONVM SIGNVM, SIVE MIRACVLVM. Soror Cecilia Muſingerin, Ordinis Ciſtercienſis Sanctimonialis, dierum quatuordecim ſpatio acerbiſſimos in mamilla patiebatur dolores, & diu, noctuque ob acutas, atque continuas lancinationes, nullum ſomnum capere poterat. Mamilla inſuper horrendè rubicunda valdè intumuerat, & exulcerationem proximam minabatur. Virginali tamen modeſtia diù morbum occuluit; iure tandem formidans, Cancerum ſublatere, Præfectæ Cœnobij ægritudinem ſuam aperuit, ſimul deprecans, vt ſibi remedijs opportunis ſuccurreretur. Præfecta audito, viſoque morbo, Sororem monuit, vt cæleſtia terrenis auxilia præferret, eique particulam Veſtis Ven. Martyris dedit, qua vt tumorem tangeret deuota fide ſuaſit. Conſilium Infirma amplectitur, ideoque ſub veſperam peruigilij Sanctæ Mariæ Magdalenæ, quo grauius excruciabatur, particulam dictæ Veſtis turgido vberi pijſſimè admouit, atque illicò omnis dolor receſſit, nocte Ægra dormiuit, & manè expergefacta mamillam ſine tumore, & rubore conſpexit, & deinceps perfecta valetudine gauiſa fuit *Summar. Num.* 22. *pag.* 141. & *ſeqq.*

Primum Extremum, hoc eſt qualitatem, & effectus morbi, recenſent ipſa Sanata Teſtis LVI. *dicto Num.*22. de facto proprio §. 1.*pag.*141. Præfecta Cœnobij Teſtis LVII. de viſu §. 4.*pag.* 142. & altera Monialis Teſtis LVIII. pariter de viſu §. 7. & 9.*pag.*143. et 144. Teſtes tres, nempè vnus de facto proprio, & duo de viſu.

 In-

Teſtes tres, nempè duo de facto proprio, & vnus de auditu eorundem.

Inuocatio Ven. Martyris cum applicatione particulæ Veſtis illius, refertur ab ipſa Sanata de facto proprio §. 2. *pag.* 142. à Præfecta Cœnobij, quæ dictam particulam illi tradidit §. 5. *pag.* 143. & ab altera Moniali de auditu Præfectæ, & Sanatæ § 8. *&* 11. *pag.* 144.

Teſtes tres, nēpè vnus de facto proprio, & duo de viſu.

Secundum Extremum, ſcilicet ſubita dolorum exinanitio, & ſomni requies, & quod poſt paucas horas tumor, & rubor prorſus euanuerint, narratur ab ipſa Sanata de facto proprio §. 3. *dicta pag.* 142. à Præfecta Cœnobij, & ab altera Moniali, ambabus de viſu §. 6. 10. 12. *pag.* 143. *&* 144.

DECIMVM SIGNVM, SIVE MIRACVLVM. Gertrudes Keloferin, nouem integros annos, ob ignotum capitis affectum, continuo tremore, ac horrore corripiebatur, ſudore per totum corpus proſiliente, & iuxta cor, perindè ac ſi ponderoſus nodus ex eo penderet, dolore maximo premebatur, adeòut neque filum e colo ducere, neque alia munia domeſtica exſequi poſſet, nullibi inſuper conſiſtere valens. Vouit, & expleuit nonnullas ad ſacra loca viſitationes, recuperandæ valetudinis cauſa, ſed omninò nihil eidem profuit. Tandem ad Cœnobium Augiæ propè Brigantiam perrexit, vt ab illius Præfecta Reliquias Vener. Martyris conſequeretur; & ſtatim ac illas acceptas è collo ſuſpendit, ſubitò patrocinium Vener. Martyris ſenſit, & paulò poſt quaſi potentiſſimam medicinam ſumpſiſſet, aluum euacuauit, & exinde totus morbus receſſit, & domi miniſteria cum perfecta valetudine exercuit *Summario Num.* 23. *pag.* 144. *& ſeqq.*

Teſtes tres, nēpè vnus de facto proprio, & duo de viſu.

Primum Extremum probant Parochus *dicto Num.* 23. Teſtis XLII. de viſu §. 1. *pag.* 144. Maritus Sanatæ Teſtis XLIV. de viſu §. 4. *pag.* 145. ipſa Sanata Teſtis L. de facto proprio. §. 8. *pag. eadem*.

Teſtes tres, nēpè vnus de facto proprio, & duo de viſu.

Inuocatio, & applicatiò Reliquiarum Ven. Martyris referuntur ab iiſdem tribus Teſtibus de viſu, & facto proprio reſpectiuè. §. 2. 5. *&* 9. *ibidem*.

Iidem tres Teſtes de dicta ſcientia.

Secundum Extremum patet ex dictis tribus Teſtibus, ex eadem ſcientia, *vbi ſupra*.

VNDECIMVM SIGNVM, SIVE MIRACVLVM. Franciſcus Heer Roſchacenſis, immani capitis dolore excruciabatur, qui cū eſſet continuus, quietem ei auferebat, ac inſomniam conciliabat, poſt verò tres hebdomadas inſomnia Phræneſin peperit; nulliſque ex remedijs adhibitis leuamen afferentibus, ſtatimac Reliquiæ Vener. Martyris Ægroto admouentur: is repente ſomnum cępit, atque inſolito ſudore perfuſus, è lecto ſanus ab omni morbo ſurrexit *Summario Num.* 24. *pag.* 146. *&* 147.

Teſtes tres, nēpè vnus de facto proprio, & duo de viſu.

Primum Extremum huius Miraculi patet ex ipſo Sanato *dicto Num.* 24. Teſte XVIII. de facto proprio §. 1. *&* 2. *pag.* 146. ex Ancilla eiuſdem Teſte XIX. de viſu §. 5. 6. *pag. ead. et* §. 10. *pag.* 147. ex Vicino Teſte XX. de viſu §. 11. *et* 12. *dicta pag.* 147.

Teſtes quatuor, nempè duo de facto proprio, & totidem de viſu.

Inuocatio Vener. Martyris, & applicatio Reliquiarum illius liquent ex dictis tribus Teſtibus de eadem ſcientia §. 3. 7. *pag.* 146. *et* §. 13. *pag.* 147. & ex Teſte XXVII. quæ dictas Reliquias ad Ægrotum tranſmiſit §. 16. *et* 17. *dicta pag.* 147.

Teſtes quatuor, nempè vnus de facto proprio, duo de viſu, & vnus de auditu.

Secundum Extremum habetur ex prædictis tribus Teſtibus ex eadem ſcientia §. 4. 8. 9. *et* 14. & ex Teſte XXVII. de auditu §. 16. *ibidem*.

DVO-

DVODECIMVM SIGNVM, SIVE MIRACVLVM. Non diù poſt Vener. Martyris obitum Rhæti ex inchoata ſeditione ferociores, ad libertatem pertinaciter raptam ſæuè retinendam, aliquot millibus armatorum vicinis Pagis timorem, terroremque incutiebant, & præ omnibus Vrbi Veldkirchij, vbi Capuccini morabantur, quæ idcirco maiori metu furentium hominum afficiebatur; quamobrem Religioſi illi Viri ſacram ſupellectilem, & libros aliò transferre ſtudebant. Hæc rerum facies admodum præ alijs terrebat Fratrem Meinradum Rapperſuillanum, Veldkirchij Capuccinum Laicum, qui pro ea, qua in Vener. Martyrem deuotione tenebatur, ad Cellam ſe conferens, Crucifixo coram proſtratus, Deo, & Vener. Patris Fidelis patrocinio Cœnobium, Vrbem, ac rem totam demiſſiſſimè commendauit. Dum verò in Oratione ſic defixus hæret, en ianua ſemel, iterùmque pulſatur; Ratus iſte, aliquem è Familiæ Fratribus eſſe, qui id ageret, intrare iubet; hoc dicto fores reſerantur, & Vener. Martyrem eadem prorsùs ſpecie, & figura, quam olim inter Mortales præſetulit, clarè conſpexit; cumque eo viſo exterritus eſſet, Vener. Martyr ad eum dixit: *Vos Fratres non curate Rhaticas res, neque ijſdem vos immiſceatis; ſitis autem obedientes; Dilectus Deus vos, & Ciuitatem proteget, Rhæti vero ſuo tempore luent pœnas*; hiſque dictis ab oculis eius euanuit, & id, quod præſagiuit, euentus comprobauit; nam Comes Sulzenſis, ſuperiùs memoratus, Rhætia iterùm occupata, multos trucidauit, ac ferro, & igne Regionem deuaſtauit, atque conſumpſit.

Hanc miram Vener. Martyris apparitionem narrat idem Fr. Meinradus Teſtis XV. de facto proprio, & ex ore eiuſdem Teſtis XXV. *Summario Num.* 25. *pag.* 148. Et cum agatur de re ipſi ſoli Fratri Meinrado ſucceſſa, probatio vberior exigi nequit, Contelor. *de Canonizat. Sanctor. cap.* 18. *numer.* 19. *&* 27: Caſtellin. *de certit. glor. Sanctor. pag.* 405. 3. 1. *ad med.* & plenè Eminentiſs. Laurea *in 3. ſentent. tom.* 4. *diſput.* 20. *de Mirac. artic.* 25. *pag.* 639. 3. 7. *per tot.*

Bini Teſtes, vnu de facto proprio, & alter de auditu eiuſdem.

DECIMVM TERTIVM SIGNVM, SIVE MIRACVLVM. Nicolaus Hamerer ex nimio artuum dolore, ſeu Arthritide, octiduum decubuerat, vt neque omninò ſtare, ſeu incedere, immo neque in lecto pedes quicquàm mouere potuerit. Ægrotantem inuiſit ſæpè memoratus Fr. Apollinaris Germanus Vener. Martyris, eiuſque pallio pedes ſic affectos vix tetigit, vt paucorum momentorum ſpatio Nicolaus è lecto ſurrexerit, & ſolo ſcipionis adminiculo incedens deambulauerit, pauloque poſt validum, & expeditum prorsùs ſe habuerit *Summario Num.* 26. *pag.* 148. *& ſeqq.*

Primum Extremum huius Miraculi probant *dicto Num.* 26. ipſe Sanatus Teſtis XXXII. de facto proprio §. 1. *pag.* 149. Vxor eiuſdem Teſtis XXXIII. de viſu §. 4. *pag. eadem.* I.V.D. Teſtis XXXIV. de viſu §. 8. *ibidem.* Pater Apollinaris Teſtis LI. de viſu §. 10. *pag.* 150. & Medicus Teſtis LII. de auditu Sanati §. 13. *ibidem.*

Teſtes quinque, nempè vnus de facto proprio, tres de viſu, & vnus de auditu Sanati.

Inuocatio cum applicatione Pallij Vener. Martyris refertur à dicto Teſte XXXIV. de viſu §. 9. *pag.* 149. à dicto Teſte LI. de facto proprio §. 11. *pag.* 150. & à Socio Patris Apollinaris de viſu §. 17. *pag. eadem.*

Teſtes tres, nempè vnus de facto proprio, & duo de viſu.

Teſtes ſex, nempè vnus de facto proprio, quatuor de viſu, & vnus de auditu Sanati.

Secundum Extremum, nimirum ſubita morbi exinanitio, affirmatur à dicto Teſte XXXII. de facto proprio §.2. *pag*.149. à dicto Teſte XXXIII. de viſu §.6. *pag. eadem*. à dicto Teſte XXXIV. de viſu §.9. *ibidem*, à dicto Teſte LI. de viſu §.12. *pag*.150. à Teſte LII. de auditu Sanati §.15. & 16. *pag. eadem*, & à dicto Teſte LIII. de viſu §.18. *pag*.151.

DECIMVM QVARTVM SIGNVM, SIVE MIRACVLVM. Soror Anna Neſtlerin tres hebdomadas grauiſſima febri correpta extitit, & inter cætera morbi ſymptomata, ſanitatem mentis amiſerat, fruſtratis Medicæ artis remedijs. At vbi collo ſuſpendit Reliquias Vener. Martyris, illicò febris euanuit, & Ægra integram valetudinem acquiſiuit *Summario Num*.27 *pag* 151. & 152.

Teſtes tres, nēpè vnus de facto proprio, vnus de viſu, & vnus de auditu Medici.

Primum Extremum patet *dicto Num*.27. ex ipſa Sanata Teſte XXI. de facto proprio § 1 & 2. *pag*.151. ex Præfecta Cœnobij Teſte XXVI. de viſu §.5.6. & 8. *pag. eadem*, & ex altera Muliere Teſte XXVIII. de auditu Medici §.10.11. & 12. *ibidem*.

Teſtes tres, nēpè duo de facto proprio, & vnus de auditu Medici.

Inuocatio, ex applicatione Reliquiarum Vener. Martyris, narratur à dicto Teſte XXI de facto proprio §.3. *pag*.151. à dicto Teſte XXVI. pariter de facto proprio §.7. *ibidem*, & à dicto Teſte XXVIII. de viſu §.13. *pag*.152.

Teſtes tres, nēpè vnus de facto proprio, & duo de viſu.

Secundum Extremum conſtat ex dictis tribus Teſtibus, nempè XXI. de facto proprio §.4. XXVI. de viſu §.9. XXVIII. de viſu §.11. & 13. *vbi ſupra*.

DECIMVM QVINTVM SIGNVM, SIVE MIRACVLVM. Paulus Franciſcus Infantulus, vix in lucem editus à Nobili Euphroſina Pappuſin, dexterum oculum, primo fluentem, mox denſa ſuffuſione obnubilatum, habuit; foramen quoque in medio ocelli conſpectum humoris chriſtallini omninò profluentis ſuſpicionem ingeſſit, vt Medicus tamquàm in re deſperata, opem ſuam protſus Infantulo denegauerit, cum præſertim defectum huiuſmodi hæreditarium agnouerit; nam illius Pater, & Auus coclites fuerant. Deſperatam itaque rem Mater audiens, ad Vener. Martyris opem confugit, & diem 24. Aprilis, qua Vener. Pater Fidelis Martyrium ſuſtinuit, ſolemnem habituram, quot annis vouit; & vt primum exſoluit votum, Puerulus perfectè viſum recuperauit, vt vnus oculus ab altero nec ſpecie, nec virtute viſiua differret *Summario Num*.28. *pag*.152. & 153.

Teſtes quatuor, de viſu, inter quos adeſt Medicus.

Primum Extremum recenſent *dicto Num*.28. Medicus Teſtis XLVI. de viſu §.1. *pag*.152: Mater Infantis Teſtis LXV. de viſu §.3. & 4. *pag. eadem*, Auia eiuſdem Teſtis LXXII. de viſu §.7. *ibidem*, & §.8. *pag*. 153: & Teſtis LXXIII. de viſu, §. 11: *dicta pag*.153.

Teſtes tres, nēpè vnus de facto proprio, vnus de viſu, & alter de auditu Matris Sanati.

Inuocatio Vener: Martyris, & votum prædictum narrantur à Teſte LXV: de facto proprio §. 5. *pag*. 152. Teſtis LXXII: de viſu §.9. *pag*.153. & Teſtis LXXIII: de auditu Matris §.12. *ibidem*.

Teſtes quatuor, de viſu, inter quos adeſt Medicus.

Secundum Extremum probant Medicus Teſtis XLVI. §. 2: *dicta pag*. 152: Mater, Teſtis LXV: de viſu §. 6: *ibidem*, Auia Teſtis LXXII: de viſu §:10: *pag*:153: & Teſtis LXXIII: de viſu §:13: *pag*: *eadem*.

DECIMVM SEXTVM SIGNVM, SIVE MIRACVLVM: Anna Reuſcherin, graui, & diuturna febri excruciata, & pluribus Medicis fruſtra adhibitis, vt è teſtaceo vaſculo Vener: Martyris

bibit,

bibit, protinus ceſſauit febris, & ipſa ſana remanſit *Summario Num:29:pap:153:& ſeqq.*

Primum Extremum recenſetur *dicto Num.* 29. ab ipſa Sanata Teſte XXXV. de facto proprio §.1.*&* 4.*pag* 153.*&* 154. ab Ancilla eiuſdem Teſte XXXVII. de viſu §.6.*pag*.154.& à Medico Teſte XLVI. de viſu §.10.*&* 11.*pag*.155.

Inuocatio Vener. Martyris narratur à dicto Teſte XXXV. de facto proprio §.2.*pag*.154.à dicto Teſte XXXVII. de viſu, §.7.*pag. eadem*, à dicto Teſte XLVI. de auditu §.12.*pag*.155.

Secundum Extremum liquet ex iiſdem tribus Teſtibus de ſupradicta ſcientia §§.3.5.7.8.9.*&* 11.*vbi ſupra*.

Teſtes tres, nēpè vnus de facto proprio, & duo de viſu, quorum alter eſt Medicus.

Teſtes tres, nēpè vnus de facto proprio, vnus de viſu, & alter de auditu.

Teſtes tres, nēpè vnus de facto proprio duo de viſu, quorum alter eſt Medicus.

DECIMVM SEPTIMVM SIGNVM, SIVE MIRACVLVM. Veſpaſianus Zoller, decem annorum Puer, ob morbum, pernicioſiſſimè tunc Velſikirkij graſſantem, luem Hungaricam nuncupatum, iam per menſem ferè immobilis lecto iacebat, atque aſſidua, grauique febri correptus, mentis poteſtatem amiſerat, & amens euidenter omnibus videbatur, atque ad interitum feſtinabat. Anna mater expoſtulat Vener. Martyris patrocinium, ac particulam Veſtis illius Filio, animam agenti, admouens, illico ſanum è lecto ſurgentem, & corpore vndequaque validum, & incolumem mirabunda conſpexit *Summario Num.30.pag.*155.*&* 156.

Primum Extremum probant *dicto Num.* 30. Mater Sanati Teſtis XXXVI. de viſu, §.1.3.*&* *ſub* §.5.*pag*.155. Ancilla eiuſdem Teſtis XXXVII. de viſu *ſub* §.6.*pag*.156. Religioſus, qui Reliquias applicuit, Teſtis XL. de auditu Matris §.7.*pag. eadem*. Medicus Teſtis XLVI. de auditu, §.10.*ibidem*.

Inuocatio Vener. Martyris cum applicatione Reliquiarum refertur à dicto Teſte XXXVI. de viſu, §.2.4.*&* *ſub* §.5.*pag*.155. à dicto Teſte XXXVII. de viſu, §.6.*pag*.156.à dicto Teſte XL. de facto proprio, §.8.*pag. eadem*, à dicto Teſte XLVI. de auditu, §.11.*ibidem*.

Secundum Extremum recenſent dicti quatuor Teſtes ex eadem ſcientia §.5.6.9.*&* 12.*vbi ſupra*.

Teſtes quatuor, nempè duo de viſu, vnus de auditu Matris, & alter Medicus de auditu.

Teſtes quatuor, nempè vnus de facto proprio, duo de viſu, & alter de auditu.

Teſtes quatuor, ex ſupradicta ſcientia.

DECIMVM OCTAVVM SIGNVM, SIVE MIRACVLVM. Nobilis Matrona Sophia Pappuſin, graui ex catharro in vtrumque brachium deſcenſo, Arthritiden diram contraxerat, ad quam abigendam nec ſumptibus, nec medicinis pepercit; at quoniam ſemper in peius morbus ruebat, ad Ven. Martyrem exorandū adduxit animum; & cum illius Vener. Caput monſtraretur, ſimul ac eo tangi obtinuit, certumque votum in eiuſdem honorem emiſit, ſtatim morbus receſſit *Summario Num.* 31. *pag.* 156. *&* 157.

Primum Extremum recenſent *dicto Num.*31. Maritus Sanatæ Teſtis XIII. de viſu §.1.*&* 2.*pag*.156.ipſa Sanata Teſtis XVI. de facto proprio §.5.*&* 6.*pag*.157. Medicus Teſtis XLVI. de auditu, §.9 *&* 10. *pag. eadem*. Ancilla Sanatæ Teſtis XLIX. de viſu, §.13.*&* 14. *ibidem*.

Inuocatio modo prænarrato refertur à prædictis quatuor Teſtibus de eadem ſcientia, §.3.7.11.*&* 14.*ibidem*.

Teſtes quatuor, nempè vnus de facto proprio, duo de viſu, & vnus de auditu.

Iidem quatuor Teſtes ex prædicta ſcientia.

Dicti quatuor Teſtes ex eadem ſcientia.

Secundum Extremum patet ex ijſdem quatuor Teſtibus de dicta ſcientia, §.4.8.12.*&* 16.*vbi ſupra*.

DECIMVM NONVM SIGNVM, SIVE MIRACVLVM. Barbara Vvaldnerin cum filius ſuus Ioannes Lucas prolapſus ex arbore ſibi crus fregiſſet, adeò perterrita caſu fuit, vt in amentiam inciderit, abſque eo quod minimum leuamen ex humanis auxilijs receperit. Verùm Reliquiæ Vener. Martyris collo illius appenduntur, & protinus ipſa quieſcit, & breui vnius diei, ac dimidij interuallo integræ ſanitati capitis reſtituitur *Summario Nu*. 32. *pag*. 158 *&* 159.

Teſtes quatuor, nempè vnus de facto proprio, & tres de viſu, inter quos adeſt Chirurgus.

Primum Extremum narratur *dicto Num*. 32. ab ipſa Sanata Teſte LV. de facto proprio §.1.*&* 2.*pag*.158. à Marito eiuſdem Teſte LVI. de viſu §.4.*pag. eadem*, à Chirurgo Teſte LVII. de viſu §.7. 8.9.10. 11. 12. *ibidem*, à Patrino Filij Sanatæ Teſte LVIII. de viſu §.16. *pag*.159.

Dicti quatuor Teſtes ex eadẽ ſcientia.

Inuocatio, & applicatio Reliquiarum Ven. Martyris exponuntur à dictis Teſtibus LV. de facto proprio, §.2.*pag*.158. LVI. de viſu §.5.*pag. eadem*, LVII. de viſu §.13 *pag*.159. LVIII. de viſu §.17. *ibidem*.

Dicti quatuor Teſtes ex eadẽ ſcientia.

Secundum Extremum patet ex ijſdem quatuor Teſtibus, de prædicta ſcientia loquentibus §. 3. 6. 14. 15. 18. *&* 19. *vbi ſupra*.

VIGESIMVM SIGNVM, SIVE MIRACVLVM. Catharina Knijſterin Annam filiolam peperit, quam Obſtetricis loco procurauerat Muliercula, Menra nuncupata, occulto veneficio, & conſuetudine Dæmonum irretita, quæ quinquennio poſt carceribus mancipata, liberè faſſa eſt, ſe dictam filiolam Catharinam vt primum in lucem exijt, tenebrarum Principi deuouiſſe. Cumque exinde Dæmon in pulte deuoratus eam affligeret, nec ſacrorum carminum vi expelleretur: Mater aliquandiu rem ſilentio obtegit. Obſeſſa verò in ætate decem annorum conſtituta, vt primò ad Chriſti Corporis eſcam acceſſit, ſe malignis Spiritibus diuexatam aduertit, propterea quod diuinam Euchariſtiam, omni etiam conatu adhibito, deglutire, & non ſine ſumma ſtomachi recuſantis nauſea, traijcere poſſet, eandemque difficultatem toties experiretur, quoties ſacram Communionem perciperet. Anno ætatis ſuæ ſexto, & decimo peregrè ad Templum Deiparæ famoſiſſimum Einſidlenſe perrexit, vbi interno quodam ligamine impedita confiteri nequiuit; ideo Aſcetarum nonnulli preces, & ſacras Reliquias pro ea adhibent, tandemque abſque Sacramentis dimittere ægrè coguntur. Intereà nequiſſimi Spiritus aſſiduè Puellam inſtigant, vt ſibi, Matrique violentas manus inijciat. Frequenter ipſa ad dictam Eremum Beatiſſimæ Virginis fruſtrà proficiſcitur, adhibitiſque varijs naturalibus auxilijs, manifeſtè Energumena deprehenditur, quam ſtygij hoſpites dirè exagitantes, nunc ore, nunc gutture quaſi obſtructo, aliquot diebus nec quicquam cibi ſumere, ſolamque calcem, & arenam deglutire ſinebant, alijſque euidentibus inuaſionis indicijs Catharinam afflictabant.

Poſtquam verò hæc agnouit, & ſupradictas, & alias peregrinationes

ſibi

ſibi nihil proficere, audita fama Miraculorum Ven. Patris Fidelis, Veldkirkium, Cacodæmone fortiter reluctante, adducta fuit, atque vbi ad locum deſtinatum pertracta extitit, ibi Dæmones mæſtiſſime, & horrende vlulabant; fuſiſque ad Ven. Martyrem ab Obſeſſa feruidè precibus, illico Dæmones ab eo Corpore fugam arripuerunt, *Summ. Num. 33. pag. 159. & ſeqq.*

Primum Extremum, quod ſcilicet Virgo à Dæmone obſeſſa eſſet, probatur ex pluribus ſignis, & circumſtantijs, *dicto Num. 33.* ab ipſa Sanata Teſte LXXXVIII. de facto proprio §. 1. 2. 3. 4. *&* 5. *pag.* 159. *&* 160. à Viro Nobili Teſte LXXXIX. de viſu §. 10. *&* 12. *pag.* 161. *&* 162. à Conſanguineo Sanatæ Teſte XC. de viſu §. 14. 15. *&* 17. *pag.* 162. *&* 163. & à Teſte XCI. de viſu §. 21. 23. *&* 24. *pag.* 164. *&* 165. — Teſtes quatuor, nempè vnus de facto proprio, & tres de viſu.

Inuocatio Ven. Martyris habetur ex dictis quatuor Teſtibus oculatis §§. 6. 8. 16. 18. 22. *&* 25. *vbi ſupra.* — Dicti quatuor Teſtes ex præfata ſcientia.

Secundum Extremum liquet ex iiſdem quatuor Teſtibus de dicta ſcientia §. 7. 9. 11. 13. 19. 20. & 26. — Iidem quatuor Teſtes ex prædicta ſcientia.

VIGESIMVM PRIMVM SIGNVM, SIVE MIRACVLVM. Vt infandum rebellionis facinus Archidux Leopoldus vlciſceretur, denuo militem ſub prælaudati Sulzenſis Comitis ductu in Rhætiam miſit; iam ſigna cum hoſte conferuntur, & militare certamen inſtruitur; ac dum hoſtes ferociſſimo conatu in noſtros irrumpunt, ex improuiſo terga vertunt, atque inſignem Auſtriaco exercitui victoriam relinquunt, non aliam ob cauſam, quam quod Bellatores hæretici Ven. Martyrem in aera gladium vibrantem conſpexerunt, veluti affirmant, *Summario Num. 34. ex Proceſſu Curienſi* Teſtis XXX. ex auditu Hæreticorum videntium *pag.* 165. Teſtis XLIV. ex eadem ſcientia *pag.* 166. Teſtis LXI. ex auditu pariter Hæreticorum, & ex publica voce, & fama, *pag. eadem, & ex Proceſſu Mediolanenſi* Teſtis V. de certo, & notorio *dicta pag.* 166. Teſtis VII. de auditu Ducis hoſtium, qui viderat, & ab alijs ex eoidem referentibus *pag.* 167. ac Teſtis VIII. de auditu boni Viri videntis *pag. eadem.* — Teſtes ſex, nempè tres de auditu Hæreticorum videntium, vnus de auditu Ducis hoſtiũ videntis, & aliorũ vnus de auditu alterius videntis, & vnus de certo, & notorio.

VIGESIMVM SECVNDVM SIGNVM, SIVE MIRACVLVM. Prædixerat Ven. Pater Fidelis, dùm viueret, Engadinam Rhætiæ partem, ab Hæreticis occupandam forè, & deinde à Catholicis recuperandam, vt ſuperiùs innuimus §. *his quoque Virtutibus.* Hæc autem recuperatio, ſucceſſit non vna, ſed pluribus circumſtantijs vere mirabilis, quas oculatus Teſtis V. recenſet, *Summario Num.* 35. §. 1. *cum ſex ſequen. pag.* 167. *&* 168. & præ cæteris, ea mirabilior æſtimanda eſt; quod cum Auſtriacus exercitus per aſperrimos, & altiſſimos montes, vbi Rebelles multis cum vexillis inuigilabant, tranſiturus eſſet, Cælum vndequaque ſerenum erat, adeout ob maiorem loci commoditatem, & Militum copiam, in aperto diſcrimine verſaretur. Alter ex noſtris Militibus ſæpè ſæpiùs auxilium Ven. Martyris implorauit, *dicto Num.* 35. §. 10. *pag.* 171. & ecce repente Nubes apparuit, quæ paulatim aſcendens, ac creſcens, ante Bellatores hæreticos conſtitit, in iugis montium caſtrametatos, & ſubindè in pluuiam reſoluta, vehemens ventus efflare cæpit, quæ omnia noſtris adiumento fuere: hos cogitantibus Inimicis intra tabernacula, — Vnus Teſtis de viſu.

ea

ea temporis inclementia, commorantes. Interea Milites Auſtriaci pedibus, manibuſque reptantes, ad verticem montis peruenerunt, miræ Nebulæ beneficio contecti, atque ex improuiſo Rhætos aggredientes, loci potiti ſunt, & nobilem, mirandamque victoriam meritis Ven. Martyris acquiſiuerunt, atque illico Nubes euanuit, *dicto Num.* 35. Teſtis V. de viſu §. 5. *pag.* 168. Teſtis VIII. de viſu §.8.9.10.*pag.*170.*&* 171.Teſtis XVII. de viſu § 11.*&* 12.*pag.*172.

Teſtes tres de viſu.

ALIA quamplura Signa, & Miracula patent ex tribus memoratis Proceſſibus, quæ breuitatis gratia non referuntur, ſolumque Teſtes ea recenſentes indigitantur, *Summario dicto Num.* 35. *ad fin.* cum præſertim ex duo, & viginti Admirandis allatis Martyrium Ven. Patris Fidelis illuſtre, & glorioſum ſatis appareat.

Quare &c.

Frigdianus Caſtagnorius
E Colleg. Patron. Cauſ. S. P. A.

REVISA

Bernardinus Peregrinus Subpromotor Fidei.

INDEX

Numerorum Summarij.

*Num.*1.

ORtus, Educatio, Pueritia, & Studia. pag.29.

*Num.*2.

Ingreſſus in Religionem. pag.32.

*Num.*3.

Virtutes Theologales. pag.35.

*Num.*4.

Virtutes Cardinales. pag.48.

*Num.*5.

Donum Prophetiæ, ex Prædictione ſui Martyrij, & tumultus Hæreticorum. pag.58.

*Num.*6.

Aliæ Prædictiones. pag.61.

*Num.*7.

Extaſes. pag.164.

*Num.*8.

De Geſtis in Miſſione V. Martyris, & Machinationes hæreticorum in eundem. pag.65.

*Num.*9.

Perpeſſio Martyrij. pag.90.

*Num.*10.

Examen Æditui Hæretici ſuper eodem Martyrio. pag.102.

*Num.*11.

Cauſa Martyrij. pag.104.

*Num.*12.

Publica exiſtimatio Martyrij. pag.115.

*Num.*13.

Publica atteſtatio Senatus Veldkirchij ſuper Sanctitate, & Martyrio Vener. Serui Dei, & alijs. pag.117.

*Num.*14.

Primum Signum, ſiue Miraculum manifeſtationis Martyrij Fratri Germano abſenti. pag.119.

*Num.*15.

Secundum Signum, ſiuè Miraculum Floris enati ſuper Sepulchro V. Martyris. pag.120.

*Num.*16.

Tertium Signum Odoris potiùs, quàm fœtoris efflantis è Cadauere Ven. Martyris. pag.122.

*Num.*17.

Quartum Signum, ſiuè Miraculũ extinctionis incendij. pag.123.

*Num.*18.

Quintum Signum, ſiuè Miraculum extinctionis alterius incendij. pag.131.

*Num.*19.

Sextum Signum, ſiuè Miraculum ſubitæ Sanationis Puellæ attractæ. pag.133.

*Num.*20.

Septimum Signum, ſiuè Miraculum ſubitæ ſanationis Puellæ, cui fermè deperditus erat oculus. pag.135.

*Num.*21.

Octauum Signum, ſiuè Miraculum ſubitæ Sanationis Phrænecticæ. pag.138.

*Num.*22.

Nonum Signum, ſiuè Miraculum ſubitæ Sanationis occulti cancri. pag.141.

Deci-

*Num.*23.
Decimum Signum, ſiue Miraculum Sanationis Morbi nouennalis, cum tremore. pag.144.
*Num.*24.
Vndecimum Signum, ſiuè Miraculum Sanationis Phrænetici. pag.145.
*Num.*25.
Duodecimum Signum, ſiuè Miraculum Apparitionis Ven. Martyris. pag.148.
*Num.*26.
Decimum tertium Signum, ſiuè Miraculum Sanationis dolorum in pedibus, & Arthritidis. pag.148.
*Num.*27.
Decimum quartum Signum, ſiue Miraculum ſubitæ Sanationis grauiſſimæ febris. pag.151.
*Num.*28.
Decimum quintum Signum, ſiue Miraculum reſtituti oculi ferè omninò deperditi. pag.152.
*Num.*29.
Decimum ſextum Signum, ſiue Miraculum ſubitæ Sanationis grauiſſimæ febris. pag.153.
*Num.*30.
Decimum ſeptimum Signum, ſiue Miraculum ſubitæ Sanationis grauis morbi. pag.155.
*Num.*31.
Decimum octauum Signum, ſiue Miraculum Sanationis Arthritidis. pag.156.
*Num.*32.
Decimum nonum Signum, ſiue Miraculum Sanationis Amentis. pag.157.
*Num.*33.
Vigeſimum Signum, ſiue Miraculum Liberationis Energumenæ. pag.159.
*Num.*34.
Vigeſimum primum Signum, ſiue Miraculum Apparitionis in Militari conflictu. pag.165.
*Num.*35.
Vigeſimum ſecundum Signum, ſiue Miraculum recuperationis Engadinæ, cum pluribus miris circumſtantijs. pag.167.

Conſtantien. ſeù Curien.

Beatificationis, & Canonizationis, ſeù Declarationis Martyrij Ven. Serui Dei Fr. Fidelis à Sigmaringa Sacerdotis, & Religioſi Profeſsi Ordinis S. Franciſci Capuccinorum, ac primi ex Miſſionarijs Sac. Congregationis Propagandæ in odium Fidei ab Hæreticis interempti.

SVMMARIVM
SVPER DVBIO

An conſtet de Martyrio, & Cauſa Martyrij in Caſu, & ad effectum, de quo agitur.

De Vita, & Virtutibus Ven. Martyris.

Ex Proceſſu Curien. auctoritate Apoſtolica fabricato.

Num. 1. Ortus, Educatio, Pueritia, & Studia?

V. *Teſtis Admodum Reuerendus Nobilis, & Clariſſimus Dominus Leonardus Butzenreiner Prothonotarius Apoſtolicus, Sacræ Theologiæ Doctor, & Canonicus Curienſis ætatis annorum 42. ſuper Articulis generalibus Proceſſ. pag. 156. dixit* — De auditu, & publica voce, & fama.

QVOD Seruus Dei Pater Fidelis in Oppido Sueuiæ Sigmarigen. dicto, ex honeſta Familia, & Catholicis Parentibus ſit procreatus, & laudabiliter educatus; & quod poſt abſoluta ſua ſtudia Doctoratus Laurea in Iuris pruden: facultate fuerit condecoratus, & qualiter relicto ſeculo, Capuccinorum Religionem Friburgi, Ibidem poſt celebratas primitias fuerit profeſſus; hæc non niſi ex aliorum relatione, & communi voce, ac fama habeo, quibus facile fidem adhibeo.

Quod linguam non ſolùm Germanicam, ſed Latinam etiam, & Gallicam, ac Italicam probè calluerit, ſcio, nàm omnibus illis eum perfectè loquentem ſæpè audiui, Gallicam maximè, quando militares ad nos Veldkirchi — Ex certa ſcientia §. 1. *Peritia linguarum.*

copiæ, inter quas non pauci Galli erant, permanſerunt, nempè Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimò primo, quo eodem tempore ego noui illum Monaſterii Capuccinorum Guardianum fuiſſe, & hoc ipſum in tota hac Ciuitate publicum eſt, & notorium, palam, & manifeſtum.

De auditu Ven. Serui Dei, & aliorum.

IX. *Teſtis Admodum Reuerendus Pater Frater Syneſius, Sacerdos, & Religioſus Profeſſus Capucinorum ætatis annorum 30. ſuper 1. & 2. Articulis Proceſſu pag. 172. tergo dixit.*

Quo ad natiuitatem Patris Fidelis à Sigmaringa piæ memoriæ Capuccini, aliter edicère non poſſum; niſi quod ab aliis, ac fortè ab ipſo met Patre Fidele audiuerim ipſum, Sigmaringæ natum: ſimiliter ab aliis percepi eundem Patrem Fidelem in iuuentute educatum eſſe à Parentibus Catholicis, & legittimis Coniugibus, & quod abſolutis in ſeculo Iuridicis Studiis, Doctoratus laurea fuerit inſignitus. Quod verò præter latinum, & Germanicum idioma linguas item Gallicam, & Italicam probè calluerit, certò ſcio, nam his omnibus eum loquentem aliquotiès audiui, & eſt publicum, & notorium.

Ex certa ſcientia. §. 2. *Doctoratus laurea inſignitum.*

De auditu, & ex certa ſcientia reſpectiuè.

X. *Teſtis Prænobilis Dominus Ioannes Gaſpar KleKler de Veldegg ætatis annorum 42. ſuper 1. & 2. Articulis Proceſſu pag 180. tergo dixit.*

Ego piæ memoriæ Patrem Fidelem facietenùs probè noui, cum ipſo tres circitèr annos Iuris prudentiæ in Accademia Friburgenſi Briſgoiæ operam dedi, eademque menſa, tectoque vſus fui, & eundem Sigmaringæ ex honeſtis, & Catholicis Parentibus natum eſſe ſemper audiui, eundemque in ſuſcepto ibidem Baptiſmate Marcum Rey fuiſſe appellatum credo, quia hoc nomine ſemper illum vocaui, taliterquè in litteris ſeſe ſubſcripſit. Quò ad mores fateor, & teſtor, quod toto ſupradicto tempore quoſvis alios ſtudioſos facilè vitæ optimæ exemplo, & pietate antecelluerit.

Ex certa ſcientia. §. 3. *Sobrietas.*

Temperantiæ verò, & ſobrietati ita fuit deditus, & amans, vt toto prædicto triennio nunquam illum in potu (quod apud Studioſos cæteroquì rarum eſt) exceſſiſſe aduertere potuerim. Quo ad ſtudiorum profectum teſtor paritèr, quod omnibus ſuis Condiſcipulis eruditione, & doctrina præfulſerit, & ob id merito Doctoratus laurea poſtmodùm eſt inſignitus; Noui etiam, quod linguam tàm Italicam, quàm Gallicam probè calluerit, & vtraque eum loquentem non ſemel audiui.

§. 4. *Profectus in Studijs*

Ex Proceſſu Conſtantien. auct. Apoſt. fabricato.

Ex publico, & notorio, & ex certa ſcientia reſpectiuè.

I. *Teſtis Illuſtriſſimus Dominus Vuilhelmus Kandermann Sigmaringa Senator, ætatis annorum 49. ſuper 1. Articulo Proceſſu pag. 141. tergo dixit.*

In Ducatu Sueuiæ Ciuitatem quandam Illuſtriſſimis Dominis Comitibus de Hohenzollern immediatè ſubiectam exiſtere, quæ Sigmaringa nuncupatur, palam eſt, ac omnibus notum: Similitèr etiam in illa Ciuitate Sigmaringæ familiam aliquam eſſe cognomento Rey vocatam, indè probo, quia Mater mea, piæ memoriæ ex dicta familia fuit, ab Auia autem fœlicis recordationis, quæ ad annos nonaginta vſque vitam duxit, audiui familiam hanc (ſcilicèt Rey) Catholicæ ſemper Fidei addictiſſimam fuiſſe, quod omnibus, ac ſingulis Sigmaringæ exiſtentibus palam, ac notorium eſt.

De viſu.

Et ſuper 2. Articulo pag. 142.

Partìm mihi notum extitit, partìm ab aliis audiui, Patrem Fidelem Rey, antequàm Religionem Fratrum Capuccinorum ingreſſus eſſet, Marcum vocatum fuiſſe, multùm cum eodem in adoleſcentia egi, ac conuerſatus ſum: vidi inſuper eundem tempeſtiuè admodum Sigmaringæ ad Scholas miſſum eſſe.

Et

Et cum præfati eius Parentes boni fuerint Catholici, & Sigmaringæ habitauerint, quę Ciuitas nullum omninò tolerat hæreticum habitatorem, non ambigo, quin dictus Seruus Dei Sacro Baptiſmate fuerit initiatus, & Confirmationis quoque Sacroſancto Sacramento roboratus, ac piè ſimul, & catholicè educatus. Pater eius vocabatur Ioannes, qui antè triginta annos piè, & catholicè obiit. Mater eius vocabatur Genoueua, quam ego in dicta Vrbe Sigmaringæ optimè noui, illamque ibidèm Catholicam omninò vitam vixiſſe, ſæpiùſque, ac ſedulo Templa adiiſſe, Sacroque tempore Paſcharis, pio Catholicorum more, præuia Confeſſione Sacramentali communicaſſe multotiès ipſemet ſpectaui, cunctiſque Ciuibus Sigmaringæ publicum, ac notum exiſtit, vti eſt hoc, quod ſæpè repetitus Marcus cum pluribus aliis liberis durante legitimo Matrimonio progenitus, & ita tum a me, tum à cunctis etiam pariter prò legitimo ſemper fuerit habitus.

II. *Teſtis Dominus Bartholomæus Bannvuarth Ciuis Sigmaringanus ætatis annorum 56. ſuper 1. Articulo Proceſſu pag. 144. dixit.* — Ex certa ſcientia.

Quod in Ciuitate Sigmaringana Catholica, in qua inquilinus exiſto, familia quędam Catholica ſit cognomento Rey, indè mihi ſpecialitèr cognitum eſt, quod Ioanni Rey, eiuſque Vxori duobus ferè annis inſeruiuerim, ab aliis ante quandòque intellexi, Auum P. Fidelis Antuerpia Sigmaringam migraſſe, ibique domicilium ſuum collocaſſe, & Vxore ibidem ducta, præter plures alios liberos, etiam Ioannem Rey ex legitimo thoro progenuiſſe, qui præfatus Ioannes Rey Mulierem quandam in Vxorem duxit Genoueuam nomine, ex qua dictum Patrem Fidelem procreauit. Eandem ipſemet vidi, quod non ſolùm tempore Paſchatis, ac primariis quibuſque Feſtis diebus occurrentibus more aliorum bonorum Catholicorum in Parrochiali ſuo Templo confeſſa eſt, atquè publicè communicauit; Verùm etiam quod omnibus, & ſingulis diebus Solis, & Feſtiuis conſuetis Diuinis Officiis, atque Sacroſanctis Myſteriis diligens interfuit, imò etiam quandocumque per domeſtica licuit negotia etiam diebus non feriatis ad audiendum Sacrum, ſeù Diuinum Officium Templa ſæpiùs frequentauit, ſicuti ſæpiùs meis vidi oculis, aliud etiam non ſcio, niſi ipſam liberos ſuos in omni pietate, ac timore Domini optimè, & catholicè educaſſe.

Et ſuper ſecundo Articulo ibidèm tergo. — De viſu.

Benè etiam, ac probè mihi conſtat, Patrem Fidelem à ſupra inſinuatis parentibus, durante legitimo Matrimonio, cum pluribus alijs liberis prognatum, dumquè Sacro Fonte tinctus extitit, Marci nomen ſortitum fuiſſe, ſicut enim ſuperiùs dictum, ad duos ferè annos illius Parentibus inſeruiui, eiuſdemque è Matre intellexi in partu illius (Patris Fidelis ſcilicèt) adeò magis ſe conflictatam doloribus fuiſſe, grauitèrque parturijſſe, vt nil aliud petierit, quàm vt ventre ſuo diſſecto, ſaltem infans ſaluus remaneret. Aliud etiam non vidi, niſi ſæpè dictum Patrem Fidelem Parentibus ſuis in Religione Catholica honeſtè, admodum piè, ac deuotè enutritum, tempeſtiuaque inſuper ætate ſcholis mancipatum fuiſſe.

III. *Teſtis Dominus Nicolaus Saruuay Ciuis Sigmaringanus ætatis annorum 40. ſuper 1. Articulo Proceſſu pag. 146. dixit.* — Ex publico, & notorio, & ex certa ſcientia reſpectiuè.

Quod primum ſat, ſufficientèrque mihi in germanicum Idioma tranſlatum Articulum ſpectat, in primis palàm, omnibuſque notum eſt, Ciuitatem, & Comitatum Sigmaringanum ab immemorabili hominum memoria, pluſimoque tempore Illuſtriſſimis Dominis Comitibus de Hohenzollen ſubiectum fuiſſe. Secundò, Familiam Rey, quod attinet, hanc Sigmaringæ repetiri, eamque àb antiquo fuiſſe, & eſſe Ca-

tholicam, indè ſpecialiter ſcio, quia Patris Fidelis parentes, & Auiam etiam eiuſdem benè noui, ſæpiùſque cum ipſis familiaritèr egi, conuerſatuſque fui, Mater dicti Patris Fidelis Genoueua Roſenbergeria vocabatur; quæ vbi cum ſuo Marito Ioanne Rey Coniugium inijt Sigmaringæ, tunc durante Matrimonio, filium ſuum Marcum pepetit: hæc ipſa conſuetis, ac debitis Diuinis Officijs, non tantùm diebus Solis, ac feſtis interfuit, verùm etiam ego ipſe adoleſcens tunc temporis adhuc, & Scholas frequentans, multòties etiam diebus non feſtis eandem Miſſæ Sacroſanctum Sacrificium, Diuinumque Officium audientem conſpexi, itaut de vera illius Catholica Fide nullum omninò moueretur dubium.

De viſu. *Et ſuper ſecundo Articulo ibidem tergo.*

Alitèr non ſcio, quàm Marcum Rey, qui poſtmodùm Pater Fidelis nuncupatus eſt, ſemper pro legitimo filio præfatorum Parentum, ac Coniugum habitum fuiſſe, Sigmaringæ quoque in Parochiali, & Catholica Eccleſia è Sacro Baptiſmatis Fonte leuatum fuiſſe; benè inſuper recordor adhuc ipſum Marcum, dum Sigmaringæ mecum particulares adiret, ſeu inferiores Scholas, admodùm morigerum ſemper, honeſtaque vita conſpicuum, ſedulum prætereà, diligentemque in ſtudendo extitiſſe, ſicuti ipſe met poſtmodùm Anno milleſimo ſexcenteſimo vndecimo Villingæ (quem in locum Studium Academicum ob miſerè graſſantem Friburgi Briſgoiæ peſtilentem morbum tranſlatum fuit) dum gradum Doctoratus ſuſcepiſſet, præſens adfui, neque alterius opinionis ſum, quàm dictum Marcum breui poſt in Sacerdotem conſecratum, celebratoque Friburgi Briſgoiæ primo Miſſæ Sacrificio, Ordinem Fratrum minorum Capuccinorum ingreſſum eſſe. Cæterùm vbi ſæpius repetitus Marcus Sacrum Confirmationis Sacramentum (de quo non ambigo) ſuſceperit, certò mihi nihil conſtat.

§. 5. *Laudabilis Ven. Serui Dei Adoleſcentia.*

Concordant ex Proceſſu Curienſi Teſtes XI. pag. 186. tergo. XII. pag. 190. XX. pag. 212. Et ex Proceſſu Conſtantienſi. IV. pag. 148. tergo, & ex Proceſſu Mediolanenſi. XI. pag. 206 XIII. pag. 221.

Num. 2. Ingreſſus in Religionem.

Ex Proceſſu Curienſi auctoritate Apoſt. fabricato.

IX. *Teſtis Admodum Reuerendus Pater Frater Syneſius Sacerdos, & Religioſus profeſſus Capuccinorum ætatis annorum 30. ſuper tertio Articulo Proceſſu pag. 173. dixit.*

Ex auditu, & publico, & notorio, & ſufficienti notitia.

Quod anno milleſimo ſexcenteſimo duodecimo poſt celebratas Friburgi Briſgoiæ Primitias, Sacrum Ordinem Capuccinorum fuerit ingreſſus, & cum antea Marcus Rey vocaretur, tunc nomen Fidelis acceperit, ver um eſt, & talitèr Capuccinus exiſtens ſemper fuit nuncupatus, & quod Friburgi primum Sacrum Deo libarit, ſpretoque Mundo, Capuccinorum Ordinem ingreſſus fuerit, ab alijs etiam Superioribus audiui, quod & publicum eſt, & notorium.

Et ſuper quarto Articulo ibidem.

Quod completo Nouitiatu, tria conſueta Ordinis vota alacer emiſerit, & in dicto Nouitiatu ita omnibus Virtutibus ſe tradiderit, vt omnium animos in ſe conuerterit, & ſe alijs Magiſtrum potiùs, & exemplar, quàm Nouitium, & Diſcipulum præbuerit, à multis Ordinis noſtri Fratribus, & præcipuè Superioribus ipſis, ac illis, qui in eodem cum ipſo Nouitiatu fuerunt, audiui; Qualitèr porrò in S. Theologico Studio profecerit, ex eo concludo, quod non multò poſt, eo abſoluto, ad Confeſſarij, & Concionatoris munus, & ad Guardiani Officium à Superioribus fuerit deputatus, quod nempè publicum eſt, & notorium.

§. 1. *Virtutes Ven. Serui Dei in Nouitiatu.*

§. 2. *Studia, & munera Ven. Serui Dei.*

rium, fuit enim Concionator, & Guardianus Friburgi Heluetiorum, & Veldkirchij, ipſumque concionantem, & Confeſſiones excipientem multòties vidi.

X. *Teſtis Pranobilis Dominus Gaſpar Klekler de Veldegg, ætatis annorum 42. ſuper 3. Articulo Proceſſu pag. 181. dixit.*

Ex ſufficienti notitia.

Licèt præfatus Pater Fidelis optimas in Seculo propter ſingularia talenta, doctrinam, & linguarum peritiam procul dubio potuiſſet nanciſci, occaſiones, & commoditates, omnibus tamen ſpretis, maluit vitam pauperem Capuccinorum ſectari, quod indè verum credo, quia Capuccinum exiſtentem, ſua ſorte optimè contentum eſſe vidi.

§. 3. *Singularibus talentis ditatus, omnia ſpreuit, quæ in ſæculo obtinere potuiſſet.*

Et ſuper quarto Articulo ibidèm in fine.

Quod quidem poſt Religioſorum votorum emiſſionem grauitèr Theologię Studio incubuerit, hinc conijcio, quod eundem hic Velckirchij optimum Confeſſarium, & Concionatorem ſim expertus, & vniuerſaliter taliter vtrumque munus obiuit, vti maximus populi ad illius conciones affluxus fuerit, & applauſus &c.

§. 4. *Breui euaſit Confeſſarius, & Concionator.*

XX. *Teſtis Admodum Reuerendus Pater Frater Simplicianus Sacerdos, & Religioſus profeſſus Capuccinorum ætatis annorum 39. ſuper 1. Articulo Proceſſu pag. 212. in fine dixit.*

Ex certa ſcientia

Cum quo etiam in Nouitiatu per ſpatium dimidij anni ſum commoratus, & probè ſcio, quod Friburgi ab omnibus Doctor fuerit intitulatus, & quidèm tantæ fuit doctrinæ, vt eximius Vir Dominus Andreas Zimmermann Sacræ Theologiæ Doctor, & Academicus Profeſſor Reuerendo Patri Angelo Guardiano, & Magiſtro Nouitiorum (vndè nempe hoc accepi) dixerit Religionem noſtram in Patre Fidele (qui tunc in Nouitiatu Friburgi erat) talem habere virum, vt quo ad Iuris prudentiam ſimilis illi in tota Friburgenſi Ciuitate, & Academia fortè non exiſtat: Quod verò idem linguas etiam Gallicam, & Italicam calluerit, ſcio, & eſt notorium.

§. 5. *Vir fuit eximia doctrina.*

Et ſuper tertio Articulo ibidem tergo.

De viſu, & de auditu proprio reſpectiuè.

Quod dictus Pater Fidelis poſt celebratas Friburgi Briſgoiæ in ipſo feſto Sancti Franciſci, ac in Eccleſia ibidem Patrum Capuccinorum anno milleſimo ſexcenteſimo decimo ſecundo primitias, Sacrum Capuccinorum Ordinem ſit ingreſſus, ſeu habitum aſſumpſerit, verum eſt, & ſcio, nam vnà cum magna, tam Eccleſiaſticorum, quàm Secularium perſonarum multitudine ipſe etiam ego interfui, & Reuerendum Patrem Angelum Guardianum, & Magiſtrum Nouitiorum in impoſitione, ac commutatione nominis ei dicentem audiui; Et tù *eſto Fidelis vſque ad mortem, & accipies Coronam vitæ.* Eadem illa vice Reuerendus etiam Pater Raphael Capuccinus egregiam ad Populum præſentem de vanitate Mundi habuit Concionem, cui paritèr interfui. Memini etiam, quod dictus Pater Fidelis mihi aliquandò confidenter retulit, præter alias Cauſas, & motiua, quod Seculum reliquerit, & Religionem ingreſſus fuerit, hanc etiam eſſe, quod expeditus ſit, ac viderit homines in Iudicijs nimis fallaciter, & iniquè procedere. Idem quoque mihi retulit, quod quandò ſtatum ſuum in melius commutare propoſuit, ſibi tres potiſſimùm Ordines, ſeu Religiones ante oculos ſtatuerit, nempè Carthuſianorum, Ieſuitarum, & Capuccinorum, atque vt omnium ſibi, ac ſaluti ſuæ procurandæ commodiorem, & opportuniorem eligere queat, librum Hieronymi Plati de bono Status Religioſi ſibi comparaſſe, & quia, eo perlecto, piæ reliquis Ordinibus Capuccinorum Inſtitutum (Deo vtique inſpirante) magis arridebat, eandemque ad ſtatum perfectionis conuenientiora media habere cenſuit; idcircò nihil cunctatus, vt in illam Religionem reciperetur, adlaborauit,

§. 6. *Vna ex rationibus, ob quas V. Seruus Dei Religionẽ amplexus fuit.*

bprauit, nec deſtitit, donec de facto, prout ſupra, fuerit receptus; Et hæc habeo ex eiuſdem Patris Fidelis proprio ore.

Quod idem Pater Fidelis, completo Nouitiatus Anno, in manibus Reuerendi Patris Matthiæ Augienſis pro tempore Guardiani, ac Nouitiorum Magiſtri, tria Ordinis conſueta vota hilari vultu, ac ſumma deuotione in Eccleſia Patrum Capuccinorum Friburgi ſolemniter emiſerit, habeo ex relatione aliorum. Quod verò abſoluto cum magna laude curſu Theologico ob eximiam doctrinam, prudentiam, diſcretionem, humilitatem, charitatem, pietatem, & reliquas ſucceſſiuè in ipſo animaduerſas, & cognitas virtutes, ad Confeſſarij, & Concionatoris Officium fuerit aſſumptus, imo non multò poſt eidem etiam regimen aliorum Ordinis Fratrum tamquàm Guardiano fuerit commiſſum, probè ſcio, ac de ſe notorium eſt, fuit Guardianus, Confeſſarius, & Concionator Friburgi Heluetiorum, & Velckirchij, & alibi.

§. 7. Virtutes Ven. Serui Dei poſt Nouitiatū.

§. 8. Breui euadit Confeſſarius, & Concionator.

Ex Proceſsu Conſtantienſi auct. Apoſt. fabricato.

Ex ſufficienti notitia.

VI. *Teſtis Admodum Reuerendus Pater Frater Valerius Burgi, Sacerdos, & Religioſus Profeſſus Capuccinorum ætatis annorum 38. ſuper 3. Articulo Proceſſu pag. 154. tergo dixit.*

Sacræ Theologiæ Studio vnà cum Patre Fidele à Sigmaringa Capuccino, noſtro per totum Quadriennium, Profeſſore Reuerendo, & Religioſo Patre Fratre Ioanne Baptiſta Polono pariter Capuccino, operam dedi, tum Conſtantiæ, tum Frauuenfeldæ in Monaſterijs noſtri Ordinis, in quo quidem Studio tantùm Pater Fidelis profecit, vt ſtatim tam ad munus Confeſſarij, quàm Concionatoris, ac tandem etiam Guardiani fuerit à Superioribus noſtris aſſumptus, & deſtinatus. Ipſe etiam ego Sermonem vnum egregium à dicto Patre Fidele experimenti ergo iniunctum, & factum audiui. Dubium itaque apud me nullum eſt, quin ob ſpecialia à Superioribus in ipſo obſeruata talenta doctrinæ, & zeli, ad ſupradicta officia tam tempeſtiuè fuerit promotus. Et quia hic Teſtis non niſi ad hunc tertium Articulum de Theologico Studio fuit adſcitus, & à Procuratore inductus, id circò ſuper nullo alio fuit examinatus, ſed ſui facta ſubſcriptione dimiſſus.

§. 9. Munia Religioſa breui tempore obtenta.

Ex ſufficienti notitia.

VII. *Teſtis Reuerendus Pater Frater Rubertus ex Fulgenſtat Religioſus profeſſus Capuccinorum ætatis annorum 49. ſuper 3. Articulo Proceſſu pag. 157. tergo dixit.*

Patrem Fidelem Friburgi Briſgoiæ prima ſua ſolemnia Miſſarum, quibus etiam interfui, in Eccleſia Monaſterij noſtri ibidem, & quidem in ipſo Feſto S. Patris noſtri Franciſci celebraſſe, benè adhuc memini, anni verò non ampliùs recordor. Non minus recenti adhuc memoria teneo breui poſt, ipſum Patrem Fidelem Sacrum Ordinis Capuccinorum habitum accepiſſe; Neque etiam adhuc mihi excidit, Patrem Fidelem tempore ſui Nouitiatus, ſeù probationis anno, quà Virtutibus, quà doctrina adeò iam excelluiſſe, perfectumque extitiſſe, & ipſum non ſolùm Nouitij demirati ſint, ſed & Profeſſi Ordinis hanc ob Cauſam obſtupuerint, eique ſingulari, & magno cum guſto de rebus Spiritualibus diſcurrenti auſcultauerint.

§. 10. Virtutes Ven. Serui Dei in Nouitiatu.

De viſu.

De viſu.

XII. *Teſtis Admodum Reuerendus Pater Frater Candidus ex Zug Sacerdos, & Religioſus Profeſſus Capuccinorum ætatis annorum 34. ſuper 3. Articulo Proceſſu pag. 173. dixit.*

Ego primis Miſſarum ſolemniis à dicto Patre Fideli Friburgi Briſgoiæ in Eccleſia Monaſterii noſtri Ordinis ibidem celebratis in Feſto Sancti Patris Franciſci, interfui, eundemque Sacri Ordinis habitu indui vidi,

quia tunc, & ego ibidem Nouitius fui. Porrò eundem in Nouitiatu adeò perfectum vidi, vt quaſi Magiſtrum egerit, cohortando cæteros ad perſeuerantiam, & Virtutes, quibus ipſe ſpecialitèr eluxit, tandem quoque eundem Patrem Fidelem conſueta Religionis noſtræ Vota ſolemniter emittentem vidi &c. §. 11. *Virtutes Ven. Serui Dei in Nouitiatu.*

Concordant ex dicto Proceſſu Teſtes XIII. *pag.* 274. *tergo* XXIII. *pag.* 209. XLIII. *pag.* 251. *tergo.* XLVIII. *pagina* 264. *Et ex Proceſſu Mediolanenſi* VI. *pag.* 134. *ad finem, & tergo* VII. *pag.* 156. *tergo* XL. *pag.* 206. *tergo, &* 207.

Ex Proceſſu Curienſi auct. Apoſt. fabricato. Num. 3.

Virtutes Theologales.

V. *Teſtis. Admodum Reuerendus, & Clariſſimus Dominus Leonardus Butzenreiner Protbonotarius Apoſtolicus, Sacræ Theologiæ Doctor, & Canonicus Curienſis ætatis annorum* 42. *ſuper* 5. *Articulo pag.* 156. *terg. dixit.* De viſu.

Quàm Pater zeloſus fuerit in propagãda Fide Catholica, coniicio ex eo, quod cũ hic VeldKirchii ſub mea Parochia certa quædã perſona exiſteret, quæ errores quoſdã contra Fidẽ orthodoxã adeò pertinaciter tenebat, vt nullis rationibus, vel à d. P. Fidele, vel à me Parocho poſſet permoueri ad relinquendos dictos errores, quin potiùs eoſdẽ etiam aliis perſuadere satageret, tantùm cũ Magiſtratu Seculari egit, vt tandem omninò ex Ciuitate, & Ciuilegio fuerit eiecta, & relegata. Et huius rei Teſtis eſt vnà mecum dictus Magiſtratus, & tota Ciuitas. Veridica etiam relatione percepi, quod ad conuertendos Hæreticos in Rhetiam, & præcipuè in Pretegoiam à ſuis Superioribus (à quibus nempè hoc ipſum habeo) miſſus, multùm in Vinea Domini laborauerit, & ſudauerit; Sed non fruſtrà, nàm plures ad Fidem Catholicam doctrina ſua, & prædicatione, bonoque ſuo exemplo, & vitæ ſanctimonia conuertit, & Hæreſes omnibus modis eradicare conatus eſt, & quia hoc ipſo pertinacium hæreticorum animi exaſperati fuerunt, tandèm euenit, quod in necem ipſius non modò conſpirarint, ſed de facto etiam intulerint, crudeliter ipſum finita Concione in Seuis trucidando, de quibus omnibus publica vox eſt, & fama, palam &c.

§. 1. *Fides ex conatu extirpandi prauos errores.*

§. 2. *Fides ex ſtudio conuertendi hæreticos.*

Et ſuper 7. *&* 8. *Articulis pagina* 157. *tergo.*

Ex modò à me prolatis conſequens eſt, quod non ſolùm virtute ſpei præditus foret, ſed etiam, quod magna erga proximi ſalutem arſerit Charitate; nàm in Pretegoiam apud gentem in rebus Fidei rudem, in omnibus barbaram, in Hæreſi, ac in aliis vitiis obſtinatam, non abhorruit pro animarum ſalute proficiſci, & indefeſsè pro illorum conuerſione laborare, idque ad mortem vſque, quam vt ſupra oppetiit: Ex quo eodem etiam ſequitur, quod magna erga Deum fuerit inflammatus Charitate. §. 3. *Charitas in Proximum.*

Circà Charitatem quoque proximi, hoc etiam ſpecialitèr mihi occurrit, quod hic VeldKirchii Concionator mihi Parocho Subſidiarius exiſtens, magno ſæpe Zelo vitia, maximè verò, quæ publica fuerunt, reprehenderit, & ad pœnitentiam iuxta Diui Pauli monitum opportunè, & importunè arguendo, & obſecrando, attraxerit peccatores. Rurſus etiam magnam erga proximum Charitatem oſtendit, infirmos viſitando, & conſolando, quod nempè non ſolùm fecit erga Ciues, & huius Vrbis vicinos, ſed etiam erga miſerè proſtratos milites, quorum tàm Corporalem, quàm Spiritualem ſalutem omnibus modis ſtudebat procurare, & huiuſmodi non ſolùm ipſe ego vidi, ac ſcio, ſed de his omnibus eſt publica vox, & fama, publicum, & notorium. §. 4. *Charitas in Proximum ex pluribus.*

Ex publico, certo, & notorio, & in aliquibus de viſu.

VI. *Teſtis. Admodum Reuerendus Dominus Ioannes Georgius Sachs Sacerdos, & Cappellanus VeldKirKienſis ætatis annorum* 35. *ſuper* 5. *Articulo Proc. pag.* 162. *dixit.* Pa-

§. 5. [illegible]

Puritatem Fidei Catholicæ non dubito, ſed nec alitêr audiui vnquam, quin per totam vitam ſuam dictus Seruus Dei Pater Fidelis ſeruauerit, eiuſdem portò quàm acerrimus fuerit propugnator, ex hoc apparet. Cùm enim certa quædam perſona, quam nominare poſſem, ipſi Patri Fideli in die Animarum hic VeldKirchii in Templo Parochiali de Purgatorio doctè, & religiosè concionanti conrradixiſſet, ipſique Patri Fideli hoc poſteà indicatum fuiſſet, illam aliquotiès conueniens, ab errore circa hunc Fidei Articulum reuocare conatus eſt, ſed cum fruſtrà, & incaſſùm multa tentaſſet quidem, ſed illa perſona nihilominùs pertinacitèr in ſuis conceptis erroribus contra Fidem perſeueraret, & nullo modo reſipiſcere vellet, is non habito perſonæ reſpectu, rem eo cum Catholico Magiſtratu peregit, vt extrà Ciuitatis Territorium fuerit electa, & tamdiù foris exulauerit, donec alibi, nempè Conſtantiæ, quò ſe contulerat, reuocatis, & relictis ſuis erroribus, reſipiſcentiæ ſuæ luculenta teſtimonia dicto Magiſtratui VeldKirchienſi exhibuit, quo facto, veniam deprecata, & adepta, in Ciuilegium reaſſumpta, iam nunc ità ſe ſe gerit, vt vtrique, tàm Eccleſiaſtico, quàm Seculari Magiſtratui VeldKirchienſi ſatisfaciat.

De auditu proprio.

§. 6.

Fides ex propugnatione inuocationis Sanctorum.

Aliàs etiam Patrem Fidelem concionantem audiens notaui, quod egregius fuerit defenſor doctrinæ inuocationis Sanctorum, extat etiam libellus quidam de Articulis Catholicæ Religionis tractans, quem dictus quidem Pater Fidelis conſcripſit, ſed tamen, ſuppreſſo eiuſdem nomine, typis mandatus in lucem prodijt, quem ego ipſe vidi, ac legi.

§. 7.

Fides ex conuerſione Hæreticorum.

Deindè, quod idem Pater Fidelis in Rhetiam, & Pretegoiam pro illorum populorum conuerſione miſſus, ibidèmque per aliquod tempus commoratus, doctrina ſua, ſingulari verbo, & exemplo, vitæque Sanctimonia tantùm effecerit, vt multi Hæretici ad Catholicam Religionem reducti ſint, & publicè profeſſionem Fidei Orthodoxæ fecerint, alij verò ad id ipſum faciendum iàm diſpoſiti fuerint, atque adeò, quod tunc in ſuggeſtis, ac publicè, tùm etiam priuatim fideles imbuerit, tum circa veram fidem amplectendam, tùm circa bonos mores, virtuteſque Chriſtianas amplectendas, & ſectandas, hæc inquam omnia communi voce, ac fama, & citrà vllam dubitationem circumferuntur.

Juxtà hanc eandem publicam vocem, & famam creditur, & credo, quod non niſi ob Fidei Catholicæ Zelum, quem verbis demonſtrabat, & factis, gladijs impiorum tandem occubuerit, paulò nempe extra Eccleſiam Seuiſianam in Pretegoia, in qua immediatè antea concionatus fuerat, crudelitèr trucidatus, prout ex cicatricibus vulnerum Capiti illius (quod in Eccleſia Patruum Capuccinorum hic VeldKirchij aſſeruatur) inflictorum luculentèr, & ad oculum patet, & ego multotiès vidi.

Et ſuper 6. & 7. Articulis pag. 163. terg.

Ex hoc Martyrio concludo, quod dictus Pater Fidelis præcelluerit in virtute Spei, & ſummo vtiquè amore Deum Optimum Maximum, eiuſque honorem, & gloriam fuerit proſequutus.

Et ſuper 8. Articulo ibidem.

§. 8.

Charitas in Proximum.

De auditu proprio.

§. 9.

Fides ex ſtudio eradicandi vitia.

Ex ipſis iam prædictis colligo, etiam qualiter magno amoris proximi igne æſtuauerit, dùm nempè illius conuerſionem, ſiuè ad Fidem, ſiuè ad pœnitentiam ſummo ſtudio, & labore, quà doctrina, & verbo, quà exemplo, & Vitæ Sanctimonia procurauit, quod fuit, & eſt verum, certum, & manifeſtum, deſuperquè publica vox, & fama.

Quàm ſedulus, & feruens idem Pater Fidelis fuerit in eradicandis vitijs, & grauioribus, publiciſque, quæ fortè VeldKirchij graſſari videbantur peccatis, concludo primùm ex eo, quod huiuſmodi vitia publica, me, & plurimis alijs, qui eius Concionibus interer ant, audientibus, taxauerit

acri-

acritèr. Deindè quia in Confeſſionali ſuas circa pœnitentes partes agebat, tum etiam ex eo, quod aliquandò cum ſui Ordinis ſocio, & Reuerendo Domino Parocho ad Magiſtralem huius Ciuitatis Curiam ſe contulit, Senatores ſeriò officij ſui admonuit, & cum ijſdem Conſilia iniuit de prædictis publicis, & grauioribus enaſcentibus vitijs pœnitùs extirpandis, & hoc nouit vniuerſa Ciuitas VeldKirchiana: Et generalitèr vbicumque occaſionem vidit proximum ſuum inſtruendi, illam, quantùm obſeruare potui, nunquam neglexit. Quo in genere cum aliquando hìc VeldKirchij apud Ægrotum conuenimus, vidi, quod non modò dictum Ægrotum ad pœnitentiam, & ad Venerabilium Sacramentorum ſuſceptionem fuerit adhortatus, ſed etiam cum ad delationem Olei Sacri infirmorum ſimplicio es quidam Incolæ dicto Sancto Oleo ſimilem quaſi exhiberent reuerentiam, quàm Venerabili Euchariſtiæ Sacramento exhibetur, ipſos circa diſcrimen vtriuſque Sacramenti inſtruxit.

§. 10. Charitas in Proximum.

§. 11. Charitas erga Infirmos.

Idem quoque Pater Fidelis erga incarceratos ſpecialem habuit commiſerationem, hìnc cum Miles quidam ex Auſtriacis Caſtris, propè VeldKirchium tunc ſituatis, ob furta in vinculis detineretur, pro ipſius liberatione multùm apud Militię Præfectos laborauit quidem, ſed cum nihil impetrare poſſet, ſaltem dictum Captiuum ſtuduit ad benè moriendum diſponere, qui cum ad ſupplicium, & ſuſpendium duceretur, ipſum militem, multis audientibus, his, & ſimilibus inter alia verbis eſt conſolatus, & alloquutus: Bone miles, quid mortem times? qui mortis periculo tamquàm miles ſemper es expoſitus; ſi in Conflictu aliquo obijſſes, nonnè quàm facillimè vna cum Corpore Animam etiam, vtpotè impœnitens, & parùm de illius ſalute ſollicitus, perdere potuiſſes, & fortè perdidiſſes? iam verò licèt ſecundum mundanum aſpectum, & reputationem, minus generosè ob eas, & moriaris, Animam tamen tuam ſaluas, vndè Domino Deo habes, quod gratias agas, ego ipſe talis in obitu meo inueniri optarem, qualis tu modo es confeſſus, & pœnitens, ſi pro te quamuis tali ſuſpendio mori poſſem, mori non dubitarem, Deus nouit quando, vel quo mortis genere ego, vel hic præſentes ſimus ſubſequuturi, hæc Pater Fidelis dixit: Ex quibus colligo, & concludo, quod magnam, ac ſingularem erga tam Deum, quàm Proximum ſuum habuerit Charitatem, vtpotè pro cuius ſalute non dubitaſſet ipſum ſubire patibulum &c.

§. 12. Cahritas erga Carceratos.

§. 13. Argumentum Charitatis in Deum, & in Proximum.

IX. *Teſtis Admodum Reuerendus Pater Frater Syneſius Sacerdos, & Religioſus profeſſus Capuccinorum ætatis annorum 30. ſuper 5. Articulo Proceſſu pag. 173. tergo dixit.* De viſu.

Quod dictus Pater Fidelis Fidei Catholicæ puritatem ad finem vſque ſeruauerit, nihil dubito, cum viderim ipſum Meyenſeldæ prò conuerſione hæreticorum ad Orthodoxam Fidem valdè laborantem; id ipſum vidi etiam in pago Fleſch, vbi vel Militibus, vel loci illius Incolis, vt plurimùm Hæreticis, aut aliàs rudibus, quandoquè in vna die bina vice concionatus eſt, & multorum confeſſiones excepit; alios item Hæreticos conuertit, & Eccleſiæ Catholicę reſtituit, quod fuit, & eſt verum, & ea taliter fieri ipſemet vidi, nàm & ego vnus ex Comitibus ſui, quos idem Pater Fidelis ad ea loca ſecum ſubindè duxit ab anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo primo.

§. 14. Fides ex ſtudio conuertendi Hæreticos.

Et ſuper 6. Articulo pag. 174.

Spei in Parre Fidele excellentiam ex hoc concludo, quod deſerto Seculo, ac omnibus ſpretis, pauperrimum Capuccinorum inſtitutum ſectari voluit, vt eo faciliùs Æternorum bonorum particeps fieri poſſet, quod fuit, & eſt maximè apud nos Capuccinos notorium, prout etiam quod non

§. 15. Spes ex derelicto Seculi.

 modo

modò nullis pro æterna Gloria adipiſcenda laboribus pepercerit, ſed vitam quoque, & animam ipſam dederit.

§. 16. *Et ſuper 7. Articulo ibidem.*

Charitas in Deum. Ex immediatè aſſertis eluceſcit etiam eximia erga Deum Charitas.

Et ſuper 8. Articulo ibidem.

§. 17. *Charitas in Proximum ex pluribus.* Magna erga Proximum Charitate Patrem Fidelem ſuccenſum fuiſſe concludo ex multis; In primis, quod omne ſuum ſtudium, & conciones eò collimarit, vt Proximum vel inſtrueret, vel ad pœnitentiam diſponeret & promoueret. Deindè quando nobis ſuis Confratribus ægrotantibus tanto affectu inſeruiuit, & viliſſima quæque munia obiuit, quod ego ipſe aliquotiès, ac etiam alij experti ſunt, ab aliquibus etiam ægrotis audiui, quod illos tàm efficacitèr fuerit conſolatus, ac talitèr diſpoſuerit, vt nihil magis exoptauerint, quam vel mori, ne viuendo iterùm Deum peccatis offenderent, vel ſaltem, vt vlteriùs viuendo, prò delictis ſuis hic pati, & ſatisfacere valerent. Hùc ſpectant quod Meyenfeldę, & & in Fleſch, vti ſupra vidi, quando nimiùm pro ſalute Animarum, tàm militum, quàm incolarum valdè fuit ſolicitus, & varijs ſe ſe prò ipſorum ſalute expoſuit periculis, prout notum eſt, & cum admiratione vidi.

Ex auditu ipſius Ven. Serui Dei, & ex publico, & notorio. X. *Teſtis Prænobilis Dominus Ioannes Gaſpar KleKler de Veldegg ætatis annorum 42. ſuper 4. Articulo Proc. pag. 181. terg. dixit.*

§. 18. *Fides ex conatu propagandi Religionem Catholicam.* Quod ad propagandam Catholicam Fidem ad Hæreticos, & quidem obſtinatiſſimos Rhætos, & Pretegoios ex ſuorum Superiorum iuſſu, ac propter Sanctam Obedientiam lubens, volens promptoque, ac hilari animo abiuerit, credo, quia hoc mihi ipſemet ſincerè dixit. Quod verò plurimos ibidem labores, & vitæ varia diſcrimina in conuerſione dictorum Rhætorum, ſiue ad Catholicam Fidem, ſiue ad pœnitentiam, ſiue ad vitæ meliorationem ſuſtinuerit, communis vox eſt, & fama, publicum, & notorium.

§. 19. *HeroicitasVirtutis.* Quod ſupradicta omnia eo fine, tàm hilari, & prompto animo fecerit, & vt æternum à Domino Deo ob ea aſſequeretur premium, ego non dubito.

§. 20. *Spes ex pluribus.* Hanc veritatem in eo enituiſſe concludo, primùm ex eo, quod Sec lum cum omnibus commoditatibus, quibus potiri, & gaudere potuiſſet, reliquerit, vitam ſibi eligens pauperem; deindè, quod hilari animo, prout ſuprà, in Rhætiam ad Fidem ibidem Catholicam, & Chriſtianam plantandam abierit. Tertiò, quod ibidem plurimos labores, multa vitę diſcrimina, imò tandem etiam ipſam mortem pro Chriſti Fide obierit, prout publicum eſt, & notorium.

§. 21. *Charitas ex multis.* Hanc porrò Virtutem concludo, tum ex iam dictis, tum ex eo, quod Proximorum cuiuslibet ſtatus, & conditionis ſaluti promouendæ adeò deditus fuerit, vt non tantùm confeſſiones ſtrennè excipiendo, verùm, & publicè concionando, & peccata maximè ſuperbiæ, & luxus immodici in veſtitu, & Cultu muliebri taxando, priuatimquè adhortando, ad pœnitentiam peccatores adducere ſtuduerit, prout hic maximè VeldKirchij publicum eſt, & notorium &c.

De auditu ipſius Ven. Serui Dei, & aliorum, & de viſu reſpectiuè. XI. *Teſtis Prænobilis Dominus Ioannes Bernardus Kreder Patricius VeldKircKienſis, ætatis annorum 57. ſuper 1. & 2. Articulis Proceſſu pag. 186. tergo dixit.*

§. 22. *Charitas in Deum.* Quàm feruens fuerit dictus Pater Fidelis in Charitate Dei, ex hoc concludo, quod aliquandò mihi in priuata, & familiari conuerſatione, dum de varijs Dei vocationibus, & hominum Statibus loqueremur, dixit: Ego quidem ſi alium quempiam, licèt ſtrictiorem, & feueriorem Ordinem ſeruiſſem, in quo Domino Deo perfectiùs ſeruire, ſimulque tàm propriæ, quàm proximi mei ſaluti meliùs inuigilare poſſe putaſſem, illum ſtatum procul dubio eleg ſſem.

Di-

Dictus Reuerendus Pater Fidelis ad concionandum talia, tàm naturæ, quàm gratiæ habuit dona, & talenta, vt omnis ſtatus auditores, & inter eos rudiſſimi, quique in rebus ſpiritualibus, & Animarum ſuarum ſalutem concernentibus, ſufficientiſſimè capaces fuerint redditi; imò plerique auditorum tàm libenter, & auidè eius audiebant Conciones, vt illas ſemper prolixiores, & crebriores exoptarint, & hoc non tantùm ex propria mea experientia loquor, & teſtor, ſed & à pluribus alijs perſonis audiui, & eſt publicum, & notorium in hac noſtra Ciuitate: Quemadmodùm, & hoc publicum, & notorium eſt, quod grauiora vitia, eademque nimis communia, non modò in ſuggeſtu, ac pro Concione ſeuerè taxauit, ſed etiam paulò ante ſuum vltimum in Pretegoiam Veld-Kirchio diſceſſum, ad principaliores Vrbis Senatores ſe ſe conferendo, eorum quaſi brachium ſeculare inuocando, eoſdemque Officij ſui commonefaciens, ſeriò perijt, quatenùs authoritate ſua magiſtrali publicè virla, veluti nimirum luxum, ac ſuperbiam in Cultu veſtimentorum compeſcerent, Ædes etiam de Religione ſuſpectas luſtrarent, & ſi quos Hæreticos libros inuenirent, illos amouerent: De cætero verò pupillos, ac viduas, ne præter æquum opprimerentur, ſibi commendatos haberent, quæ omnia taliter à dicto Patre Fidele actitata eſſe, ab illis ipſis, quos vt ſupra conuenit, & quibus cum loquutus eſt, audiui &c.

De viſu.

§. 23. *Charitas in Proximum ex Concionibus feruentiſſimis.*

§. 24. *Fides, & Charitas in Deum ex conatibus extirpandi vitia.*

XII. *Teſtis. Prænobilis, & Strenuus Dominus Daniel Grentzing Conſul, & Capitaneus VeldKirchii ætatis annorum* 52. *ſuper* 5. *Articulo Proceſs. pag.* 190. *dixit.*

Ex publico, & notorio, & ex auditu vxoris, ac de viſu reſpectiuè.

Quàm zeloſus fuerit Pater Fidelis in plantanda, & ſeminanda Fide Catholica, concludo ex eo, quod cum certam quandam perſonam ab erroribus nonnullis contra Fidei Catholicæ articulos non valeret conuertere, & multùm laboris fruſtrà cum illa inſumpſiſſet, tandem Magiſtratum Ciuitatis, & nominatìm etiam me veluti Conſulem accedens, perijt, vt fermentum hoc malitiæ, ne alios etiam in errorem induceret, eijceretur, & tantùm effecit apud dictum Magiſtratum, vt ex Ciuilegio fuerit pulſa, prout publicum, & notorium eſt.

§. 25. *Fides ex ſtudio euellendi prauos errores*

Deinde magnum etiam Fidei feruorem demonſtrauit idem Pater Fidelis in eo, quod tantùm apud Magiſtratum effecerit, vt Bibliopolæ nullos libros de hæreſi aliquo modo ſuſpectos, vel materias contra bonos mores tractantes, venales exponere auſi fuerint, ac aliàs etiam vbicumquè in priuatis ædibus fortè aliquos libros ſuſpectos de hæreſi &c. inuenit, eoſdem ſecum tulit, ac noluit permittere, vt diùtius aſſeruarentur.

§. 26. *Fides ex ſtudio, quã libri Hæretici venales exponerentur.*

Vlteriùs ex Vxore mea Catharina Papuſſin intellexi, quod in pago Malantz Rhætiæ viderit, & præſens fuerit quando, Pater Fidelis cum Nobili Domino Rodulpho de rebus, & controuerſijs Fidei per aliquot horas tractauit, & conuerſatione ſua tantùm effecit, quod altero dein die vltrò ad eundem Patrem Fidelem dictus Gugelberg venerit dicens, & confitens, ſe quidem etiam cum Prædicante nocte præterita multas de controuerſis Fidei Articulis contuliſſe, ſed quia dictus Prædicans ſibi nullam ſatisfactionem dare, nec doctrinam, & probationes, Patris Fidelis eludere potuerit, aut poſſit, idcircò ſe agnoſcere, & liberè fateri, quod malè hactenùs de rebus Fidei ſenſerit, & ob id manus dare, ac petere, vt dictus Pater Fidelis Confeſſione ſua Sacramentali excepta eum ab hæreſi abſoluat, ac etiam Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum ſumere permittat, quod tamen Euchariſtiæ Sacramentum eidem Pater Fidelis pro eo tempore negauit, dicens, illum vlteriori adhuc ſuper tanto Myſterio Fidei indigere inſtructione.

§. 27. *Fides ex diſputationibus in Articulis Religionis, & ex conuerſione Magni Viri.*

A prædicta quoque Vxore mea percepi, quod idem Pater Fidelis ibidem Malantii, cum alio etiam primario Viro Plitzchi nuncupato multùm

§. 28. *Fides ex alia diſputatione capitum Religionis.*

circa Fidei controuerſias diſputauerit, ſibi tamen non conſtare, vtrum conuerſus fuerit, nec ne.

Et ſuper 6. & 7. Articulis pag. 191. tergo.

§. 29. *Spes ex pluribus.* Quod Pater Fidelis in Spei virtute excelluerit, & magno erga Deum inflammatus fuerit amore, indè concludo, tùm quia Dei, & æternæ ſalutis ergo omnia terrena reliquit, ac Deo ſe ſe per Religionis aſſumptionem deuouit, tùm vel maximè ex eo, quod pro Fide Catholica Animam ipſam poſuerit, in quo vtique maximus dilectionis gradus conſiſtit, & de hoc eſt communis vox, & fama.

De viſu. §. 30. *Charitas in Deum ex alacri animo ſubeundi Martyrium.* Hoc etiam Ipſe ego vidi, & animaduerti, quod nobis Veldkirkij valedicens, ac in Rhætiam, & Pretegoiam de ſuorum Superiorum iuſſu, vti aiebat, pro Populorum illorum Conuerſione ad Fidem Catholicam, & ChriſtianamVitam proficiſci iam iam parans exteriùs ſe ſe demonſtrauit, quod in prædicta loca, licèt de facto tumultuoſa, cum magna mentis ſuæ hilaritate, Dei vtiquè, & Sanctæ Obedientiæ amore, abeat, adeout cum ego, tùm alij ſuper illius hilaritate mirati fuerimus.

Et ſuper 8. Articulo pag.192.

§. 31. *Charitas in Proximum ex multis.* Charitatem ergà proximum multis modis exercuit; primò pro Concione, ipſum ad virtutem exhortando, deindè in Confeſſionibus eundem iuuando, & eum Deo reconciliando, tùm ægrotos, & mæſtos conſolando, Captiuoſque Milites viſitando, quæ enumerata Charitatis opera multi Ciues, & Milites hìc Veldkirchij ſunt experti toto eo tempore, quo ſæpè dictus Pater Fidelis apud nos vixit. Mihi autem Malantij Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo primo in Menſe Decembris periculoſè admodum ægrotanti magnam exhibuit Charitatem, viſitando me, & conſolando, vbi etiam Vxori meæ (vti ab illa poſteà, ac etiam alijs domeſticis intellexi) priuatim dixit, vt bono ſit animo, ac benè ſperet, me enim ex hac præſenti infirmitate, quantumuis omnium opinione magna, & periculoſa, non moriturum, ſed reconualiturum, quod quidem euentus ipſe demonſtrault &c.

Ex auditu aliorũ, & partim de viſu XIII. *Teſtis Pranobilis Dominus Zaccharias Reynolds olim Conſul Curia, ætatis annorum 48. ſuper Articulis Proceſſu pag. 194. tergo dixit.*

§. 32. *Fides ex laboribus in extirpandis hæreſibus.* Aliàs Zelum ad conuertendos Hæreticos indè colligo, quod ipſe Pater Fidelis multùm cum Domino Gugelbergero (ſicuti ex alijs intellexi) ratione fidei laborauit.

§. 33. *Idem conatus.* Iterum cum ipſe fœminam quandam hic VeldKirchij, vt hæreticas ſuas opiniones relinqueret, non poſſet conuertere, non deſtitit ipſe, quò vſq; illa à Magiſtratu, è quorum numero etiam ego tunc temporis eram, è Ciuitate pulſa ſit.

§. 34. *Spes ex derelictione ſæculi.* Præcellentiam Spei Cœleſtia bona acquirendi indè colligo, quod quamuis ipſe doctus Vir fuerit, & haud dubio benè promotus fuiſſet, attamen viam reliquit, & Ordinem Capuccinorum ingreſſus eſt.

§. 35. *Charitas in Deum, & Proximum ex ſtudio eliminandi prauos errores.* Charitatem erga Deum ex hoc colligo, quod ipſe tàm in ſuggeſtu, quàm etiam aliàs apud priuatas Perſonas, & Magiſtratum ſeriò admodùm inſtiterit, vt publica, & grauia vitia prohiberentur. Et ex hoc ipſo etiam concludo Zelum, & Charitatem erga ſalutem proximi, ſicuti etiam ex hoc, quod ipſe ægrotos multotiès viſitauerit, & conſolatus ſit.

§. 36. *Specialis actus Charitatis in Proximum.* Singularis actus Charitatis etiam fuit, quod ipſi Magiſtro Equitum Prion, quando cum militibus ſuis cuiuſdam Domini, & Auſtriaci Officialis VeldKirchij Cellævinariæ ianuam iàm effregerat, & maius damnum timendum eſſet, ipſe dictum Prion ſerijs verbis contiguit, ac tantùm effecit, vt maius quoddam damnum non ſit ſubſecutum &c.

De viſu, vti Socius Ven. Serui Dei. XLIII. *Teſtis Admodum Reuerendus Pater Frater Ioannes à Kruennangen Sacerdos, & Religioſus profeſſus Capuccinorum ætatis annorum 48. ſuper 5. Articulo Proceſſu pag. 261. tergo dixit.*

Fidei

Fidei Catholicæ puritatem, prout ex eius conuerſatione expertus ſum, non ſolùm per totum vitæ ſpatium ſeruauit, ſed ad propagandam eandem Fidem à Superioribus noſtris in Rhætiam Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo primo miſſus eſt, in qua Miſſione perſeuerauit vſque ad ſanguinis effuſionem, confirmatus nimirùm in eo munere, ac Officio, non ſolùm authoritate Reuerendiſſimi Domini Ordinarij Epiſcopi Curienſis; verùm etiam Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi Domini Alexandri Scappij, Sanctæ Sedis Apoſtolicæ ad eas Regiones Nuncij, quin etiam adhuc quoque conſtans fama eſt, quod eiuſdem Patris Miſſionem ipſa Sacra Congregatio de Propaganda Fide approbauerit; Et quia ego eidem Patri Fideli Comes, & Socius adiunctus fui, idcircò eiuſdem zelum erga Fidem Catholicam, & tuendam, & propagandam, collegi, tum ex varijs occaſionibus, tum nominatim ex ſequentibus, & primò ex Concione, quam Malantij inſtituit, præſente, & audiente me, vbi incolas, & Milites conuocauit, & Concionem habuit de neceſſitate Catholicæ Romanæ Fidei, ad omnium ſtuporem, & admirationem. Aliam quoque concionem, cui, & ego interfui, habuit in quadam domo pagi Gruſch Pretegoiæ, quò primarios dicti pagi, & alterius etiam vicini pagi Senis vocauit, ijſdemque efficacitèr probauit, quod nemo extra Catholicam Romanam Eccleſiam ſaluari poſſit; quodquè illa non ſit noua Fides, ſed illa ipſa met, quam priùs reliquerant. Et ibidem cum dictis primarijs, ac alijs præſentibus perſonis tanta familiaritate eſt conuerſatus, vt hæretici inter ſe cæperint diſcurrere de occaſione, qua ipſorum parentes primò à Fide Catholica olim diſceſſerint; cauſam huiuſmodi Apoſtaſiæ in ſcandaloſam Sacerdotum vitam referentes, & allegantes, quod prima hæretica Concio habita fuerit apud Sanctum Antonium à quodam Sacerdote, & indè ad ſe quoque deriuauit erronea Fides.

§. 37. *Fides ex laboribus in propaganda Religione Catholica.*

§. 38. *Fides ex conuerſione magni Viri.*

Idem Pater Fidelis in pago, ſeu Parochia Zizers conuerſationem de rebus fidei cum Nobili Viro Domino Rudolpho inſtituit ad medium vſque noctis, & tantùm effecit, vt profeſſionem fidei Catholicæ poſtea publicè fecerit in Eccleſia, qui vſque hodiè Catholicus permanet, ſucceſſiuis etiam temporibus idem Pater Fidelis ad eandem Catholicam Fidem publicè profitendam conuertit plures alios Zizerianos, vti etiam Nobilem Virum N. Gugelbergenum, quorum omnium ipſe ego oculatus ſum Teſtis, & eſt in illis partibus notorium.

§. 39. *Fides ex Articulis Religionis ſcripto datis Magiſtratui.*

Magnum etiam dicti Serui Dei Patris Fidelis ad Fidei Catholicæ propagationem, hæreſumque extirpationem Zelum, & feruorem colligo ex præſenti hoc, quod Dominis Iudicibus Apoſtolicis exhibeo ſcripto, in quo ſeptem puncta continentur, propria Patris Fidelis manu exarata, & Sereniſſimi Archiducis Leopoldi Præfecto Domino Aloyſio Baldironi Tridentino, poſt Dominicam tertiam à Paſchate Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo in dicto pago Gruſch Pretegoiæ eo fine ab ipſo præſentata, vt mediante Suæ Serenitatis, & eiuſdem Officialium auctoritate, ac Imperio, Fides Catholica in Pretegoia vberius incrementum capere, & firmiùs conſeruari poſſet. Porrò de eiuſmodi punctis iam egerat Pater Fidelis cum Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo noſtro Diœceſano, Domino videlicèt Ioanne Ibugio Epiſcopo Curienſi, & quantùm ab eodem Patre percepi, dictus Reuerendiſſimus Dominus Epiſcopus probauerat eiuſmodi puncta, & ſimul collaudauerat, vt aptè proponerentur Pretegouienſibus &c.

Et ſuper 6. Articulo pag. 265.

§. 40. *Spes ex omnibus actibus ad Deum directis, & ex perpeſſis calamitatibus.*

Dictum Seruum Dei Patrem Fidelem firmam in Deum Spem habuiſſe, colligo ex eo, quia quantum ego aduertere potui, ipſe in omnibus, quæ

ſibi

ſibi contingebant, erigebat mentem ad Deum, in frigore, in nuditate, in ſiti, fame, periculis præſentibus, tamquam ad Recompenſatorem omnium laborum pro ipſius nominis gloria, in Monaſterijs, & extrà, pro neceſſatijs ſemper ſperabat in Diuinam Prouidentiam, non immemor Verborum Dei, *Reſpicite volatilia Cæli &c.* quæ prædicta omnia obſeruaui, & ijs interfui, tamquàm Socius Miſſionis.

§.41. *Charitas in Deum ex puritate conſcientiæ, & ex alijs.*

Quod in Charitate Dei ardens fuerit, colligo ex eo, quod conſcientiam ſuam quotidiè examinauerit, mihique ferè quotidiè confeſſus fuerit: & quidem licèt vix minima venialia fuerint peccata, ea tamen cum tanta contritione, & humilitate confeſſus eſt, vt dici vix queat. Miſſam quotidiè (niſi iuſta, & cogente neceſſitate impeditus) ſolitus fuit celebrare, & quidem cum magna deuotione, & præparatione.

§.42. *Charitas ergà Proximum, tàm in Spiritualibus, quàm in corporalibus.*

Charitatem ergà proximum tantam habuit, vt omnia quaſi opera, tam ſpiritualia, quàm corporalia in eum exerceret, omnium ſalutem procurando, prædicando, diſcurrendo, adhortando, arguendo, confeſſiones excipiendo, ægrotantes milites viſitando, & conſolando, & quidem non ſinè periculo propriæ ſanitatis, quæ nempè miſericordiæ opera exercuit, maximè in Gruſch, & in Meijenfeld, vbi numeroſior exercitus fuit, & occaſio militibus benè faciendi.

§.43. *Charitas erga Infirmos, Pauperes, & Peccatores.*

Magnam habuit compaſſionem quibuſcumque ægrotantibus, eſurientibus, & indigentibus, maiorem verò cum hæreticis, & peccatoribus; Quæ omnia tamquam indiuiduus Comes, & Socius vidi, & obſeruaui &c.

Ex Proceſſu Conſtantienſi auct. Apoſt. fabricato.

De auditu, & publica voce, & fama, & partim de viſu.

VIII. *Teſtis Admodum Reuerendus Pater Frater Gethardus Friburgienſis Sacerdos, & Religioſus profeſſus Capuccinorum ætatis annorum 30. ſuper 5. Articulo Proceſſu pag. 158. dixit.*

§.44. *Fides ex Studio extirpandi prauos errores.*

Quod Pater Fidelis à Sigmaringa Capuccinus in virtute Fidei ſingularitèr excelluerit, deduco ex eo, quod Veldkirchij illius acerrimus propugnator extiterit, nam cum ibidèm certa quædam fœmina, erronea dogmata mordicùs non tantùm pro ſe ſectaretur, ſed clàm etiam prædicando, alios ſeducere conaretur, vbi verbis apud ipſam Pater Fidelis nihil profecit, nec conceptos errores dimittere vellet, tantùm cum Seculari Magiſtratu egit, vt Ciuitate ipſa fœminam omninò proſcripſerit, & horum ego Teſtis exiſto, quia tunc temporis Conuentualis Veldkirchij fui ſub cura dicti Patris Fidelis tamquàm Guardiani. Cæterum quàm idèm ardens, & zeloſus in plantanda Fide in Rhætia, ac locis inibi hæreticis fuerit, patet ex eo, quod ipſum etiam ſanguinem profundere haud dubitauerit, quemadmodùm hoc ab alijs percepi, & de quo paſsìm eſt publica vox, & fama.

§.45. *Spes, & Charitas in Deum ex laboribus etiam cum Vitæ diſcrimine.*

Virtutis Spei excellentiam colligo pariter ex eo, quod intuitu æternæ Beatitudinis conſequendæ nullas effugerit difficultates, nec ipſius vitæ periculum, ex quo eximiam quoque erga Deum Charitatem deduco.

§.46. *Charitas in Proximum erga Religioſos, Seculares, & infirmos.*

Dilectio deindè erga proximum ex eo maximè eluceſcit, quod maximum affectum ſemper demonſtrauit, cum erga Religioſos infirmos, tum etiam exteros, ac Seculares, quos ſæpè viſitare, & conſolari, miniſtrare, eorundem ſiuè profectum Spiritualem, ſiuè conuerſionem etiam procurare conſueuerat, quod quidem ipſemet ego ſæpiſſimè vidi, & obſeruaui, ac de tali nota ab alijs Patrem Fidelem commendatum fuiſſe ſcio, & audiui &c.

XV. *Teſtis Reuerendus Frater Meinradus ex Rappenſuil Religioſus profeſſus Capuc-*

Capuccinorum Laicus, ætatis annorum 42. ſuper 5. Articulo Proceſſu pag. 178. tergo dixit.

Ex certa ſcientia & in aliquibus de auditu pluriũ.

In propaganda vera Fide Catholica ipſe Pater Fidelis adeò zeloſus, feruidusque extitit, vt in conuertendis hæreticis, nullis omninò pepercerit laboribus, ſicuti mihi benè cognitum eſt, quod ille in Pretegouiæ, atque Rhætiæ partibus, in quibus ipſe met per aliquod tempus moratus fui, vbi etiam plures mihi noti extiterunt, multos conuerterit, & ad Fidem Catholicam concionando, & inſtruendo perduxerit, è quorum numero Conràdinus Planta de Malantio Nobilis vnus eſt, hic quamuis poſtmodùm ab hæreticis ob mutatam Religionem plurima perpeſſus ſit mala, ſemper tamen vſque ad finem vitæ ſuæ, quam hoc anno in Valle Tellina finiuit conſtans, ac feruidus permanſit Catholicus. Huic adnumerari poteſt alius quidam egregius Nobilis Antonius Gugelberg de Malanrio, qui licèt ab hæreſi non dum abſolutus fuerit, attamen hanc gratiam impetrandi eundem animo agitaſſe, indè fortaſſis colligi poteſt, quod in viam verſus Gruſch iam ſe dederit; Patrem Fidelem accedere volens, quo in itinere tamen ab hæreticis peremptus, ac trucidatus fuit, in eiuſdem dicti Nobilis inſuper ſacco caligarum litteræ fuerunt repertæ, quas vnus è Valle Tellina ad ipſum dederat, quibus eum admonuit, vt non ſibi dumtaxat benè caueat, verùm etiam ſimul Patrem Fidelem cùm cæteris Capuceinis hortetur, vt ſaluti ſuæ proſpicerent, ſibique ab hæreticis cauerent, truculentam enim contra ipſos conſpirationem initam, ac præparatam eſſe, ſicuti euentum poſtmodùm ſatis edocuit, quando nimirùm præfatus Gugelberg Patrem Fidelem de imminenti periculo certiorem reddere volens, in itinere trucidatus fuit, quod idem breui poſt etiam ipſi Patri Fideli accidit. Sæpè nominatus Pater Fidelis ad veram Catholicam Fidem quoque conuertit Dominum Rodolphum de Salis in Zizets, qui adhuc in viuis eſt, & licèt magnas perſecutiones ab hæreticis hodierna etiam adhuc die ſuſtinere, atque extrà Patriam, poſſeſſioneſque proprias vitam trahere debeat, attamen hactenùs ſemper in ſemèl ſuſcepta Fide Catholica, ac Religione conſtans permanſit (hic Rodulphus de Salis non ille eſt, qui poſt Martyrium Patris Fidelis pugnauit contra Catholicos).

§.47. *Fides ex conuerſione plurium Hæreticorum.*

Similes perſecutiones etiam Anna Plantin pati debet, quia ad Catholicam Fidem per crebriùs nominatum Patrem Fidelem conuerſa fuit. Præcipuè verò iſtud animaduerti, Patrem Fidelem multùm in hoc laboraſſe, vt primarios quoſque, & capita populi in ſuas traheret partes, vt eò faciliùs poſtmodum etiam Plebs conuerteretur, atque à primatijs magis protegeretur.

§.48. *Conuerſio Mulieris hæreticæ.*

Cum Veldkirchij Mulier quædam magnos aliquos errores, contrarios Articulis Catholicæ Fidei talitèr animo concepiſſet, vt eos non ſolùm non reijcere voluerit, verùm etiam alijs hominibus eoſdem perſuadere audacitèr attentarit, ipſe quidem Pater Fidelis multùm laborauit, illi, vt hoſce errores diſſuadere, eamque conuertere poſſet, at vbi vidit hoc fruſtrà fieri, cum Seculari Magiſtratu, tam multùm egit, vt illa, ceù obſtinata hæretica è Ciuitate eiecta fuerit, quamuis aliàs ex principaliori quadam familia Ciuitatis extiterit. Similes plures commendationes de illius zelo, ac feruore, & quantùm ſudauerit, Catholicam Fidem vt in Rhætia plantaret, & propagaret, ſæpiùs audiui, quando poſtmodùm in eas deueni partes, cumque inquilinis conuerſatus fui, ſicuti etiam ex alijs, qui quandoquè ad portam Monaſtetij in Veldkirch ad me veniebant, hoc idem intellexi.

§.49. *Conatus Ven. Serui Dei in conuertenda alia Muliere hæretica.*

Non aliud in Patre Fidele aduerti, niſi tum temporalia quæque, imò & ipſam

§.50. *Spes, & Charitas in Deum ex pluribus.*

ſam vitam ſuam contempſiſſe, vt glorioſa Beatitudine perfrui poſſet, licèt enim præſcriuerit in Rhætia finem vitæ ſuæ inſtare, ſibique illic occumbendum, nihilominus tamen indè conturbatus fuit, verùm cum per quatuordecim continuos dies ſeriò ſeſe priùs præparaſſet, lætus è Monaſterio iter verſus Rhætiam arripuit; cumque vltimò manum ad valedicendum mihi extendiſſet, inquiebat, Deus te conſeruet mi Frater Meinrade, ſcio enim ex Rhætia me reuerſurum non eſſe, ſed ob futuram rebellionem me ibidèm interimendum, Deus itaque coſtodiat te. Ex his omnibus colligo magnam ſpem, ac fiduciam erga Diuinam bonitatem, Cœleſtemque felicitatem ipſum habuiſſe, quandoquidèm ita promptè, & alacri animo ex Monaſterio iſto in Rhætiam profectus fuit, cùm tamen præuiderit in Rhætia mortem ſibi præparatam.

§.51. *Charitas in Deum ex alijs.*

Ex iam dictis quoque colligo, eundem valdè feruentem in amore Dei, & dilectione proximi debuiſſe eſſe, cum nimirùm nulla in re adeò multùm laborauerit, quàm vt gloriam, ac Diuinum honorem cum cognitione Sanctiſſimi nominis Domini propagaret inter hæreticos, ac rudes populos, concionando, inſtruendo, & adhortando, cuius rei gratia demùm ſanguinem, & ipſam vitam profudit, quemadmodùm publica vox, & omnibus notum eſt. Et ego ipſe in Seuis pago vnàcum alijs Fratribus in exhumando illius corpore laborans, tam in habitu, quàm coſtis, & oſſibus illius, præſertim ſuper hæc omnia, ego etiam in illius cranio plura ſigna inflictorum ictuum, ac vulnerum expreſsè depræhendi.

§.52. *Charitas in Proximum ex multis.*

Charitatem proximi concernentia multoties in eodem Patre Fidele ego ipſe met Veldkirchij vidi, & quæ præſens non ſpectaui, ex alijs noſtris Fratribus, qui interfuerant, ſicuti, & Sæcularibus, militibuſque audiui, quod dum Auſtriacæ copiæ militares propè Ciuitatem Veldkirchienſem, Caſtra locata haberent, non ſolùm Caſtra illa ſæpiùs adeundo milites inuiſit, præcipuè ægrotos, & captiuos, quos ad verum dolorem, pœnitentiamque ob peccata commiſſa adhortatus; conſolatuſque eſt, eorumdem Confeſſiones excepit, interdùm etiam aliquos conuertit, ac ab hæreſi abſoluit. Verùm non ſolùm ceu Charitatiuus Infirmarius ijſdem inſeruiuit, pedeſque lauit, & cum interdum magna penuria præmerentur ratione ciborum, illis ex Monaſterio eſcas tranſmiſit, imò interdùm propria ſua portione abſtinuit, ægriſque largitus eſt; Et cum ipſe Pater Fidelis in Monaſterio ſuo res illas, quibus ægroti opus habebant, non habuit, alias diuitijs affluentes perſonas, præſertim Capitaneum Bullion exhorauit, & commouit, vt pro amore ſaltèm Dei ægris ſuis militibus occurrere velit, quod etiam interdùm opere executus fuit. Similia opera Charitatis etiam Fratribus ægrotis ſui Ordinis exhibuit in Monaſterio Veldkirchenſi, vbi in primis illud notaui, illum ſæpiùs ſummo mane, antequàm ego eos acceſſiſſem, ijſdem ægris Fratribus iam inſeruiſſe, meque in officio Charitatis, quo ex obedientia fungebar, præueniſſe. Me inſuper non latet, illum duobus militibus, qui laqueo iam adiudicati fuerant, vitam enixè pro ijs intercedendo ſeruaſſe; ſimilitèr duos, qui capite plectendi erant, tandiù in viuis retinuit, quouſquè illos ad piè obeundam mortem ſatis diſpoſuit. Eodem modo plures alios è vinculis, & Carceribus liberauit, quæ omnia ego ipſe præſens ſpectaui &c.

In pluribus ex certa ſcientia ob exceptas Confeſſiones Ven. Serui Dei.

XXIII. *Teſtis Admodum Reuerendus Pater Frater Ioannes Baptiſta Polenas Sacerdos, & Religioſus profeſſus Capuccinorum, ætatis annorum 61. ſuper 5. Articulo Proceſſu pag.* 200. *dixit*.

Quo ad virtutem Fidei., nullum in ipſo vnquàm depræhendi defectum, aut

aut erroneam contra Fidem opinionem; Reliqua huius Articuli contenta, non niſi ex aliorum habeo, & credo relatione, & auditu. §.53. *Fidei puritas.*

Quia Patrem Fidelem ſemper bilarem, ac lætum eſſe animaduerti, collegi ipſum in conſcientia ſua (quæ ſtimulata fuit, & non ſcrupuloſa) benè ſpecialitèr fuiſſe conſtitutum. Et quia ipſius Confeſſarius fui, hoc modò poſt illius mortem auſim dicere, quod in Religione exiſtens, non commiſerit aliquod grauius veniale, nedùm mortale peccatum. §.54. *Spes, & Vita innocentia.*

Singulari ergà Deum inflammatum fuiſſe amore, conijci ex eo, quod immediatè à me dictum eſt, & quod ipſam tandèm mortem pro Dei amore, veluti ab alijs audiui, & credo, obiuerit. §.55. *Charitas in Deum ex eadem Vita innocentia.*

Charitatem porrò erga Proximum ſuum colligo ex eo, quod talitèr ſeſe in concredito Guardianatu vbiuìs geſſerit, vt indè diſcedens magnum ſui, cùm apud Confratres, tum etiam Sæculares, quibus cum conuerſabatur, reliquerit deſiderium, adeò nempè Charitas, manſuetudo, affabilitas eminentiori quodam gradu in ipſo enituerunt, nec ſcio, quod vllo quempiam offenderit verbo, ſed, & erga Fratres ægrotos fuit ſingularitèr officioſus &c. §.56. *Charitas in Proximum, aliaque Virtutes.*

XXV. *Teſtis Admodum Rev. P. Fr. Anſelmus de Brigantia Sacerdos, & Religioſus Profeſſus Capuccinorum ætatis annorum 42. ſuper 5. Articulo Proceſſu pag. 205. dixit.* Ex certa ſcientia in pluribus ob exceptas Ven. Serui Dei Cōfeſſiones.

Patrem Fidelem à Sigmaringa Capuccinum præfatum ego probè noui, nam cum ipſo fui in Monaſterio Veldkirchij, vbi multa laudabilia præſtitit. Et quidem puritatis conſcientiæ ſuæ tam fuit ſtudioſus, vt mihi Confeſſario, tunc ibidem exiſtenti, vnica die bina quandoquè vice, non nunquam per integrum octiduum quotidiè ſemel, aliàs alternis ſaltèm diebus ſacramentalitèr ſit confeſſus. §.57. *Conſcientiæ puritas.*

In plantanda Fide Catholica, extirpandis hæreſibus, ac vitijs valdè ipſum noui fuiſſe zeloſum, ac feruentem; Nam Milites ſub Vexillis Auſtriacis militantes Acatholicos plurimos in gremium Sanctæ Matris Eccleſiæ reduxit, & ab hæreſi abſolutos Venerabil. prouidit Sacramentis. Noui etiam, quod idem glorioſæ memoriæ Pater VeldKirchij multùm cum Parocho Ciuitatis, etiam me præſente, egit de extirpandis ex Vrbe abuſibus, ac publicis vitijs, cum quo aliquandò etiam Senatores in Curia congregatos adijt, & coram illis, quæ contra Deum, proximorum ſalutem, & Reipublicæ bonum directè militarent, taxauit, ijſque certos Articulos, & leges, quas Ciuibus ſuis publicare deberent, inſinuauit, iuxtà quod quidem ſe facturum Magiſtratus aſſerebat, & pollicebatur. §.58. *Fides ex ſtudio euellendi hæreſes, & extirpandi vitia.*

In Concionibus porrò feruens fuit, & zeloſus, & poſtquam auditorum beneuolentiam captauit, ſine differentia, nulloque habito reſpectu Perſonarum, in omnia pro tempore graſſantia vitia acriùs, & magna cum diſcretione, ac prudentia inuehebatur; Subindè vſurarios, & in Religione ſuſpectos taxabat, ſed nil ità pro Concione urſit, atque Lucifero proprium ſuperbiæ vitium, imò in omnibus ſuis Concionibus quaſi contra hoc peccati genus inuectus eſt, & quia memoria feliciſſimus erat, & optimus, tàm Theologus, quàm etiam Iuriſperitus, quicquid pro Concione dicebat, dilucidè ex vtraque facultate, ſeu Iure probabat, adeout ſuper ipſius doctrina, & eloquentia omnes ſtuperent, ipſumque cum timore reueriti ſint, de quibus omnibus etiam ab vniuerſa Ciuitate VeldKirchiana, & Militibus, qui tunc temporis ibì manebant, loculentum poſſet haberi Teſtimonium. §.59. *Fides ex alijs laboribus prò extirpandis vitijs, & erroribus.*

Monaſterij ad hæc in Pfaffers Ordinis Sancti Benedicti ſtrenuus fuit Reformator, nam eius in Reformatione opera potiſſimùm vſus fuit Illuſtriſſimus Dominus Nuncius Alexander Scappius Epiſcopus Campan. §.60. *Fides ex reformatione Monaſterij.*

Erga Confratres, & Proximū mirè fuit charitatiuus, & officioſus, nā infirmis

§.61. *Charitas in Proximum ex pluribus.*

fratribus,ad inſtar minimi ipſemet licèt Guardianus inſeruiuit,ac viliſſima quæque munia obiuit, eorum (ſalua reuerentia) ſordes exportando, & ne patiens in ſibi neceſſarijs quicquam pateretur, cum Officialibus fratribus, cum Medicis, & Pharmacopolis de induſtria egit, ne quid negligerent. Et huiuſmodi eximiam Charitatem ipſe ego expertus ſum vbertim, nàm cùm periculoſiſſimam, & peſtilentiſſimam Vngaricam febrim ex conſortio Militum eodem morbo affectorum contraxiſſem, munus non ſolum quaſi fideliſſimæ matris erga filium, ſed quaſi ipſiuſmet Angeli obiuit, conſimilem quoque Charitatem demonſtrauit erga milites in Caſtris miſerè affectos, dum eos quotidiè bis, vel tèr, imò ſæpiùs non nunquàm neceſſitate id exigente viſitauit, eoſque conſolatus,ad contritionem,& Confeſſionem diſpoſuit,illi licèt ex omni parte miſeri in Cellulis ſuis ſuper nudam humum, vel ſtramen, hic bini, & bini, illic terni, & terni in tàm graui fœtore, vt vix tollerari potuerit, iacuerit,ad hoc nihilominùs adreptans pronus corpore eorum confeſſiones excipiebat, & quia miſelli non poterant ſine vitæ periculo loco moueri, neceſse fuit, vt bonus Pater iuxta illos humi proſtratos cubando os ſuum, & aures ad eorum os in Confeſſionibus excipiendis cùm perceptione intollerabilis propè graueolentiæ applicaret. Et quia præter dictas miſerias milites extrema quoque rerum omnium penuria laborabant, curauit, vt Dominus Capitaneus Balcon aliquid ipſis de ſua menſa, ſimilitèr ex pharmacopoleis neceſſaria ſubminiſtrarentur. Atque non rarò ſanos adhuc ſecum domum milites ducens, etiàm de noſtra paupertate, quod ægrotis conducibile foret, credidit, & clargitus eſt; Et hæc omnia ab ipſo talitèr fieri vidi, eique non rarò Socius laboris fui, ſcio quoque, & vidi, quod plurimos incarceratos milites ab ipſomet etiam ſuſpendio, ac præſentanea morte liberauerit, pro ipſis apud Superiores intercedendo. Porrò Orphanis, Viduis, & qualitercumquè tribulatis alijs ad ſe confugientibus indifferentèr re, conſilio, & opere, ſed maximè litteris ſupplicibus ad Sereniſſimum Archiducem Leopoldum, aliaſque in Dignitate conſtitutas perſonas egregiè, & efficacitèr, vt plurimùm patrocinabatur, prout toti Ciuitati VeldKirchij notum eſt, adeout Patrem illum Patriæ non nulli appellare conſueuerint. Non etiam rarò diſcordes inter ſe Ciues ad hoc ſubrogatus reconciliauit. Tumultum quoque periculoſum inter Magiſtrum Equitum Brion, & Officialem quendam Auſtriacum exortum, cum omnium Ciuium admiratione, tanta dexteritate ſedauit, nam quando quinquaginta circiter milites benè armati, & toti furibundi, ædes dicti Officialis circumdantes perfringere iam iam parabant, ipſe in auxilium vocatus, mediuſque inter milites eloquentia, ac prudentia ſua tantùm effecit, vt ſine vlteriori damno inuiti licèt milites vnà cum Superiore ſuo diſceſſerint in ſua Caſtra, ſuper quo tota Ciuitas fuit ſtupefacta. Cæterum licèt natura mitis fuerit, & manſuetus, Iuſtitiæ tamen, & Regulæ, Conſtitutionumque ſibi à Patribus poſt viſitationem relictarum acerrimus fuit exactor; quæ tamen omni mira moderabatur diſcretione, & prudentia.

§.62. *Eadem Charitas.*

Paupertatem cum Charitate ità dexterè combinabat Pater Fidelis Veldkirchij Guardianus exiſtens, vt nec infirmis deeſſet neceſſitas, nec benè ſanis patrocinaretur ſuperfluitas.

§.63. *Charitas in Deum ex carnis macerationibus.*

Propriam ſuam carnem multis modis mortificauit, nam ieiunio ità fuit deditus, vt prætèr regularia noſtra, in omnibus Vigilijs Beatæ Mariæ Virginis, & Sanctorum Apoſtolorum in Pane, & Vino, aliquandò verò in pane dumtaxàt, & aqua (vti ſæpè obſeruaui) celebrauit,porrò à feſto Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis vſque ad Diui Michaelis in

pran-

prandio, nunc vno, nunc & altero ferculo contentus, veſperi nunquàm cœnabat, ſed panem ſolummodò cum modico vino, eodemque lympha largiùs miſto adhibere conſueuerat, quamdiù apud ipſum Veld-Kirchij ſum commoratus. In conſuetis vel Eccleſiæ, vel Regulæ ieiunijs ſæpè ſæpiùs ad colationem veſpertinam non veniebat. Et aliàs etiam, quemadmodùm cum ego, tùm alij Confratres obſeruauimus, homo erat cibi minimi eiuſque vulgaris, ſomni quoque parciſſimi, nam vt plurimùm non ante horam veſpertinam nonam ſomno indulſit, ſed dormitum alijs concedentibus, ipſe in Eccleſia, aut Cellula ſua perſeuerans orationi, aut contemplationi, vel ſtudio Concionis, aut aliæ occupationi vacabat, poſt Matutinum ſimilitèr alijs dormitum redeuntibus, ipſe ſe ſe præparabat ad Confeſſionem, aut Miſſæ celebrationem, aut ad Cellam ſe ſe conferendo, orationi paritèr, ſtudio, aut ſcriptioni ſupplicum libellorum &c. vacabat, & quandoquè nimis defatigatus, aut caput dolens, ſuper ſtramineum ſaccum decumbens, pauliſpèr quieuit, quæ omnia indè ſcio, quod cum Cellula mea ipſius fuerit omninò contigua, vigilans ego audiui illum, vel folia vertentem librorum, vel calamum excutientem, vel ſuſpiria ducentem, vel denique ſaccum aſcendentem.

§.64. *Eadem Charitas ex diù, noctùque continuatis laboribus.*

Vltimis verò duobus menſibus ante Martyrium ſuum animaduerti, quod ſæpè ſæpius non vltra binas horas diù, noctùque quieuit, ſed potiorem temporis partem in Concionibus præparandis, & controuerſiarum ſtudio, vt eò paratior, & cum maiori dein fructu cum Acatholicis Pretegoijs congredi poſſet, inſumpſit.

§.65. *Inſtrumenta, quibus Ven. Seruus Dei ſuam carnem affligebat.*

In Cella Patris Fidelis vidi cinctorium Cilicium in angulo quodam è clauo pendens, ſimilitèr ad rupturam quandam Corporis, ſeu inferioris ventris continendam, non niſi ligamine ferreo, nulla vel pelle, vel panno obducto ſuper nudis lumbis iugitèr vtebatur, & hoc obſeruaui, etiam dum alijs retrò annis Conſtantiæ Theologiæ vnà incumberemus ſtudio.

De viſu in aliquibus, & in alijs de auditu Religioſorum.

XLVIII. *Teſtis Adm. Rev. Pater Fr. Matthias de Augia Sacerdos, & Religioſus Profeſſus Capuccinorum ætatis annorum 47. ſuper 5. Articulo Proceſſu pag. 264 dixit.*

§.66. *Fides ex hilaritate, qua munus Apoſtolica Miſſionis accepit, & ex laboribus prò Religione Catholica.*

Quod miſſionem dicti Patris Fidelis in Pretegoiam concernit, edico, quod illuc à me tunc temporis Prouinciali cum aſſenſu Congregationis Patrum huius Prouinciæ pro conuerſione hæreticorum fuerit ſpecialitèr deſtinatus, quodque idem hilari prorſus, ac obedienti animo, hanc ſibi demandatam Prouinciam ſuſcipiens, illùc profectus ſit, colligo ex eo, quod licèt ipſi de varijs in Rhætia apud gentem perfidam, & hæreticam, etiam vitæ periculis, & laboribus ſubeundis probè ante conſtiterit, amore tamen obedientiæ, & zelo, Dei gloriam, & fidem propagandi ſic exarſit, vt nullam prorſùs erga me, vel verbo, vel ſcripto mouerit difficultatem, cum tamen aliàs mihi ſæpiſſimè ſolitus fuerit ſcribere; ſed miſſionis mandatum ſimplicitèr acceptando, quantociùs ad huiuſmodi ſe ſe præparauit.

Reliqua huius Articuli contenta credo ob relationem, quæ mihi facta eſt à Patribus, & fratribus noſtri Ordinis, ac alijs etiam ſecularibus paſsim.

§ 67. *Spes ex prædictis.*

Quod eximiam ſpem Cœleſtis brauij adipiſcendi conceperit, colligo ex promptiſſima obedientia, de qua Articulo præcedenti.

§.68. *Charitas in Deum, & Proximum ex prædictis.*

Ex præfata promptiſſima acceptatione Miſſionis vtiquè colligo eximiam Charitatem erga Deum, & Proximum, quam ipſo dein facto luculentèr demonſtrauit, quando in Pretegoia pro hæreticorum conuerſione, tot laboribus perfunctus eſt, & ipſum denique Martyrium pro Dei gloria, & fide ſubiuit, de quo nempè veram, atque multiplicem relatio-

nem percepi, cum à Patribus noſtri Ordinis, maximè illo, qui comes miſſionis fuit deſtinatus, tùm ab alijs ſecularibus in Rhætia degentibus &c.

Concordant alij plures ex dictis Proceſſibus Curienſi, Conſtantienſi, ac etiam Mediolanenſi.

Num. 4.
Virtutes Cardinales, eiſque annexæ.

Ex Proceſſu Curienſi auct. Apoſt. fabricato.

De viſu in pluribus.

V. *Teſtis Admodum Reuerendus, & Clariſſimus Dominus Leonardus Butzenreiner Prothonotarius Apoſtolicus, Sacra Theologia Doctor, & Canonicus Curienſis ætatis annorum 42. ſuper 5. Articulo Proceſſu pag. 158. dixit.*

§. 1. *Religio.*
Virtutem Religionis colligo ex eo, quod Orationes, & Miſſæ celebrationem deuotiſſimè ab ipſo ſæpè viderim peragi, quod èd ipſum ſine dubio etiam alij mecum obſeruarunt.

§. 2. *Iuſtitia.*
Eundem Patrem Fidelem in perfectiori gradu Virtutibus Cardinalibus fuiſſe præditum credo, nam Iuſtitiam coluit, dum hic VeldKirchi in Monaſterio Ordinis ſui Guardianus exiſtens, ſatis rigoroſus fuit exequutor Statutorum Ordinis, ac Superiorum.

§. 3. *Prudentia.*
Prudentiam exercuit in dirigendo omnes ſuas actiones ad Dei gloriam, & proximi ſalutem.

§. 4. *Fortitudo.*
Fortitudinem verò oſtendit in magnanimitèr illas iniurias, & conuitia à maleuolis Veldkirchienſibus, quos ob vitia obiurgauit, tolerando, & fortitèr aggrediendo Miſſionem ſuam in Pretegouiam, vbi præter plurimas incommoditates frigoris, & inediæ, & mortem etiam ipſam, prout ſupra, oppetijt.

§. 5. *Temperantia.*
Virtutem deniquè Temperantiæ coluit, dum Amore Dei, & æternæ Salutis conſequendæ ab omnibus ſecularibus commoditatibus ſe ſe ſubtraxit; Quæ omnia ſcio, cum ex proprio viſu, & familiari cum ipſo conuerſatione, tùm ex aliorum relatione, & quia contrarium non conſtat.

§. 6. *Sedula obſeruatio Religioſorum Votorum.*
Circà vota Religionis, alitèr mihi non conſtat, nec audiui, quàm quod eorum ſedulus fuerit obſeruator.

§. 7. *Humilitas.*
Quandiù Patrem Fidelem ex conuerſatione noui, ſemper in eo ſingularem quandam humilitatem cum grauitate coniunctam ſuſpexi, & obſeruaui.

§. 8. *Carnis caſtigationes.*
Quales Domi ſuæ carnis mortificationes (prætèr conſuetas Ordinis) adhibuerit, mihi particularitèr non conſtat.

§. 9. *Zelus ſalutis Animarum.*
Animarum zelum, quo Seruus Dei flagrabat, deduci poſſe exiſtimo ex iam ſuprà dictis, quando alacer in Pretegoiam pro conuerſione populorum illorum profectus eſt; Et cum hìc Veldkirchij, tùm etiam in alijs locis Rhætiæ optima doctrina, & ſerijs Concionibus, tàm apud hæreticos, quàm alios peccatores fructus fecit, & plurimos ad Vitæ frugem, Fidemque Catholicam conuertit, quæ quidem partim ipſe met ſcio, ac vidi hic VeldKirchij, partim aliorum relatione didici, & de his etiam eſt communis vox, & fama, publicum, & notorium &c.

Ex publico, & notorio.

VI. *Teſtis Admod. Rev. D. Ioannes Georgeus Sachs Sacerdos, & Cappellanus Veldkirchij, ætatis annorum 35. ſuper 5. Articulo Proceſſu pag. 165. in fine dixit.*

§. 10. *Exactiſſima obſeruatio Votorum Religioſorum.*
Quò ad Virtutes Cardinales, & vota Religioſa alitèr mihi non conſtat, nec audiui, nec credo, quàm quod in illis excelluerit, & votorum fuerit ſtrictiſſimus obſeruator.

§. 11. *Humilitas.*
Humilitatem, & ſui ipſius contemptum colligo ex paulò ſupradictis, quandò bonus Pater Militi, & alijs circumſtantibus dixit, quod non erubeſceret prò ipſo patibulum ſubire.

Magnum

Magnum paritèr Patris Fidelis zelum Animarum colligo, & concludo, tum ex ſupradictis, quando nimiùm nullam negligebat occaſionem proximum inſtruendi, conſolandi, & iuuandi, tum etiam ex eo, quod pro conuerſione hæreticorum in Rhætiam, & Pretegoiam alacri animo ſit profectus, & multùm ibidèm ſudauerit, & arſerit, p'urimaſque incommoditates tulerit, ac tandèm ipſam etiam mortem conſtantèr ſubijerit, de quibus equidèm communis eſt vox, & fama, & notorium. §.12. *Zelus ſalutis Animarum.*

IX. *Teſtis Admod. Rev. Pater Frater Syneſius Sacerdos, & Religioſus profeſſus Capuccinorum, ætatis annorum 30. ſuper 9. Articulo Proceſſu pag. 174. tergo dixit.* De viſu.

Singularem Religionis actum Pater Fidelis in eo demonſtrauit, quandò ſingulis noctibus horam integram coram Venerabili Sacramento proſtratus (dum rel qui Fratres dormirent) orauit, & finita oratione, multotiès terram fuit oſculatus, ad quamlibet exoſculationem paulisper pauſando, & ſpeciale aliquid, ſed tacitè, pronunciando, quod ego multotiès obſeruaui, & quia Cellę ipſius mea Cella erat contigua, ſępiſſimè illum ſurgentem, & exeuntem audiui & animaduerti, & licèt aliquotiès tentauerim ipſum in Eccleſia prę enire, in Chorum tamen perueniens, ſemper illum ibidem offendi, adeout prò certo mihi perſuadeam, illum ſępè ibidem totalitèr in oratione, vel contemplatione pernoctaſſe. Erga Seraphicum noſtrum Patrem Franciſcum adeò fuit Religioſus, vt paruum eiuſdem Officium (prout nempè ſępiſſimè vidi, & obſeruaui) quotidiè recitauerit. §.13. *Religio.*

Non adeò multo tempore ante Patris Fidelis mortem, dum ipſi Meyenfeldam verſus die quodam Sabathi Comes eſſem, me interrogauit, & ſcire expetijt, quonàm modo orarem, & quales à Deo præſertim gratias poſtularem, & ego cum ipſi, tamquàm ſeniori Patri, ad petitionem ſuam reſpondiſſem, ille (Deo ſic mirabiliter diſponente) ad me conuerſus ſubintulit, quod ipſe duas potiſſimùm res à Domino Deo inceſſabili voce poſtulabat, & quod ad illa impetranda ſpecialium quorumdam Patronorum, & maximè Beatę Marię Virginis patrocinium, & ſuffragium implorabat, Vnam harum eſſe, vt ſinè aliquo peccato mortali, & hanc traduceret vitam, & eandem finiret. Secundam, vt ipſi prò Deo Optimo maximo ſanguinem ſuum, & vitam profundere contingeret: hęc duo quotidiè in ſuis Sacrificijs, & orationibus petere, & ſe omninò confidere aiebat, ſibi dictam gratiam meritis, & interceſſione Glorioſę Virginis Marię, & ſuorum Patronorum obuenturam; imò in Sacrificio, & orationibus bonas deſuper ſibi contingere inſpirationes affirmauit. Quo dicto, mihi iniunxit, ne hocce cuiquam Fratrum manifeſtarem, ſed apud me conſeruarem. Idem deniquè Pater Fidelis ſingularis deuotionis affectum erga Beatiſſimam Virginem demonſtrauit, quandò in Rhętiam, & Pretegoiam ex Monaſterio noſtro VeldKirchij vltima vice diſceſſurus coram Altari prædictæ Sanctiſſimæ Virginis, ſeu Cappella pro ſtratus ingemuit & terram aliquotiès oſculatus eſt, & pectus ſuum percuſſit, quod quidem ipſi ego cum admiratione vidi, ac dùm mihi manus porrigeret, dixit, benè fili mi valeas, & Deus te cuſtodiat, qui me for è in hac forma vltimò vidiſti. §.14. *Eadem Religio ex pluribus notatu dignis.*

Et ſuper 11. Articulo Proceſſu pag. 175. tergo.

Quàm paupertatis Pater Fidelis fuerit amans, concludo ex eo, quia eum ipſe Guardianus meus VeldKirchij exiſteret, tunc non niſi neceſſitate diligentèr expenſa oblatas eleęmoſynas admiſerit, ſed omne ſuperfluum reiecerit, proùt ego multotiès obſeruaui. §.15. *Amor Paupertatis, illiuſque Voti obſeruatio.*

Quoad Caſtitatem alitèr nunquam obſeruaui, quàm quod tam in Verbis, quàm in moribus, ac geſtibus valdè fuerit modeſtus, caſtus, pudoratus §.16. *Obſeruatio Voti Caſtitatis.*

tus, & verecundus, vt autem apertus erat oſor, & inimicus vitij carnis, ita contrà hoc vitium acerrimè pro concionibus inuehebatur, illudque non niſi beſtiale vitium vocitare conſueuit, & hoc cum ego, tùm multi alij audiuimus, & eſt notorium &c.

§.17. *Obſeruatio Voti Obedientiæ.* In voto Obedientiæ obſeruando valdè fuit feruens, non modò quo ad propriam perſonam, Statutis, & Conſtitutionibus Ordinis, & Superiorum ſtrictè, & adamuſsim inſiſtendo, ſed ad eaſdem etiam tanquam Superior alios inſtigando, quod cum ego, tùm alij Fratres ipſius curæ concrediti, hic VeldKirchij experti ſumus: Eximium etiam Obedientiæ actum Pater Fidelis demonſtrauit, quandò ad acceptum mandatum Superiorum in Pretegoiam, & Rhætiam pro conuerſione illorum Populorum, mira animi, & vultus etiam exterioris alacritate profectus eſt, de quo cum mihi, tùm alijs Confratribus conſtat.

Et ſuper 12. Articulo pag. 176. tergo.

§.18. *Humilitas.* Quàm Humilitatis Pater Fidelis fuerit amans, ex eo ſpecialiter concludo, quod ipſum aliquando dicentem audiuim; dato quod ſibi, vel minimus, ac ſimpliciſſimus Nouitius Superior conſtitueretur, quod ipſi promptiſſimè vellet obedire; idque vel eò etiam libentiùs, quod maius meritum ſe exindè ſperaret aſſequi. Hùc etiam ſpectat, quod ſuperiùs inſinuaui, nempè, quod ægrotos inuiſens (ſalua reuerentia) eorum ſordes, licèt Guardianus, ipſemet alios præueniendo, extulerit, ac alia viliſſima munia domeſtica obiuerit. Quæ ſcio, quia vidi, & aliquotiès cum admiratione obſeruaui, prout ſimilitèr etiam alij Fratres.

§.19. *Carnis macerationes.* Carnem ſuam propriam multis modis Sacro odio proſequutus eſt, & afflixit, nam prætèr Ordinis noſtri conſueta ieiunia illud inſuper obſeruabat, vt in prandio ſolo pulmento, & modico vino hauſtu contentus viueret, ſingulis ferijs ſextis per totum annum, ſimilitèrque in Vigilijs Apoſtolorum, & aliorum nonnullorum Sanctorum. Veſperi verò ad conſuetam colationem nunquàm veniebat, niſi quando in feſto ſubſequenti debebat concionari. Porrò in omnibus Vigilijs Beatæ Mariæ Virginis, & feſtorum noſtri Ordinis ſolo pane, & aqua contentus ieiunauit. Deniquè à feſto Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis, vſque ad feſtum Sancti Michaelis Archangeli, non ſolùm in Monaſterio noſtri Ordinis exiſtens ieiunauit, ſed extrà etiam ſub id tempus in mundo, vel itinere conſtitutus, perſuaderi nunquam potuit, vt vel modicum de inſtituti ſui ieiunij rigore remitteret, quam quidem prædictam ieiunandi, & abſtinendi rationem, & normam ego ſæpiſſimè, ac etiam ſine dubio alij Fratres obſeruauimus cum ſtupore, fierique poteſt, vt alias etiam abſtinentias faceret, quas ego non aduerterim.

§.20. *Inſtrumenta dd. macerationum.* Inſuper quod Cilicium cingulum ſatis latum, ac pœnoſum poſterioribus duobus annis antè ſui ipſius Martyrium circa lumbos præcintum ſingulis ferijs ſextis, & diebus Sabathinis, ſimilitèrque in Vigilijs Beatæ Mariæ Virginis, & ſpecialium feſtorum Ordinis geſtare conſueuerit, non ſolùm ex relatione aliorum noſtri Ordinis Fratrum noui; ſed & ego quoque indè obſeruaui, quod præ doloribus, ſeù cruciatu dicti Cilicij tunicam, ſeù habitum ſuum conſueta chorda, ſeù cingulo arctè vincire non potuerit.

§.21. *Aliud inſtrumentũ macerationum.* Prætereà quia bonus Pater ruptura laborabat, pro continenda illa, ne vlteriùs prorumpat, adhibuit quidem ligamen, ſed totum, ac nudè ferreum, quod ex eo ſcio, quia dùm inter capeſcendum iter verſus Pretegoiam eſſet diſruptum, illud ad me Veldkirchium miſit, ad effectum vt illud refectum quantociùs remitterem, quod & factum eſt à me quamprimùm.

Sæpè

Sæpedictus etiam Pater in diſciplinando, & flagellando ſuo Corpore fuit valdè rigoroſus, & auſterus, nam ſupradicto poſteriori biennio, quo vnà VeldKirchij fuimus, m cum ſingulis ferijs ſextis (niſi fortè alijs negotijs diſtineretur) ad finem vſque Pſalmi *Miſerere* diſciplinam, ac ſi Nouitius foret, publicè ante prandium fecit. In ſecreto verò, & priuatim dicto biennio obſeruaui vt plurimùm in Cellula mea, quæ illius contigua erat, quod ſingulis omnino diebus ſueram adhibuerit diſciplinam, quodque inter flagellandum, finito Pſalmo *Miſerere*, etiàm Litanias Lauretanas recitando percurrerit, multotiès audiui cum ſtupore. Eundem etiam non raró deprehendi in Refectorio, maximè tempore hyberno ſub Conuentuali Miſſa ſe ſe flagellantem, & hoc deprehendi ratione diſtributionis Miſſarum &c. §.22. *Aliæ Corporis caſtigationes.*

X. *Teſtis Pranobilis D. Ioannes Gaſpard Kickler de Veldegg ætatis annorum 42. ſuper 5. Articulo Proceſſu pag. 182. dixit.* In pluribus de viſu.

Quod Iuſtitiam tamquam Guardianus dextrè, & diſcretè adminiſtrauerit, benequè ſuos ſubditos rexerit, non tàm ex ipſorum met ſubditorum, & Patrum Capuccinorum affirmatione, quàm ipſa experientia, quandò nimirùm Reuerendos Patres Capuccinos in vſum conceſſi, comperi, talemque in illo prudentiam, maximè in confeſſionibus meis excipiendis expertus ſum, vt cum ſumma ſemper animi mei ſatisfactione, & quiete ab illo receſſerim. §.23. *Iuſtitia.*

Fortem, virilem, ac imperterritum animum tunc etiam oſtendit dictus Pater Fidelis, quandò perſonarum acceptione minimè laborans potentioris reprehenſione digni vultum irarum nullatenùs exhorruit: nam cum Militarium Equitum Præfectus Dominus Prion cum aliqua ſuorum turma ædes piæ memoriæ Auſtriaci Quæſtoris, nomine Paulus Thirſcher in VeldKirK deprædaturus inuaſiſſet, illicò ſæpedictus Pater Fidelis accurrens Dominum Prionium inter armatos, & quaſi furioſos Equites conſtitutum, verbis Gallicis redarguit, dicendo maximè eum dedecere in Domo Quæſtoris Sereniſſimi Archiducis prædas agere, penum, ciſtaſque infringere, huius ſi Sereniſſimus certior redderetur, minimè ſe hoc facinus impunè laturum, ſciat. Qua quidem reprehenſione tantùm effecit, vt dictus Prion cum ſuis Equitibus, nullo vlteriori damno illato, abſceſſerit, quod fuit, & eſt publicum, & notorium in hac tota Ciuitate Veldkirchenſi. §.24. *Fortitudo.*

Temperantiam ex eo concludo, quod adhuc in Seculo, & ſtudijs meeum Friburgi per totum quaſi Triennium exiſtens, prout ſupra, adeò ſobriè vixerit, vt nunquam in potu exceſſiſſe deprehenſus fuerit, quod ego ſciam, multò verò minùs ſimile quidpiam ei cà illum viſum eſt, quandiu hic nobiſcum vixit in Religione, quod tamquàm Guardianus omnem abundantiam rerum etiam victualium copiam repudiauit ſeriò, quod vel ipſa experientia didici. §.25. *Temperantia.*

Ex his ipſis dictis concludo, eum Paupertatis religioſæ valdè amantem fuiſſe. §.26. *Paupertatis amor.*

Quod contrà puritatem etiam Virginalem, quidpiam verbis, aut moribus indecorum, toto tempore, quo eius notitiam, & familiaritatem in vtroque ſtatu, tàm Seculari, quàm Religioſo habui, geſſerit, ne ſuſpicari quidem potui, quinimò illius verecundiæ fuiſſe ſcio, ac vidi, vt ſi quam fœmineam perſonam, ipſum quandoque pertranſire, aut alloqui contigerit, rubore genę illius ſæpiùs ſuffuſæ ſunt, neque verò quemquam alium de Caſtitate illius alitèr ſenſiſſe, vel ſuſpicatum eſſe ſcio. §.27. *Modeſtia, & verecundia.*

Quod Obedientiam ſingularitèr ſectatus fuerit, deduco ex ſupradictis, quandò nimirùm in Rhætiam à ſuis Superioribus deputatus, mihi ſincerè patefecit, quod illuc lubens, volens propter Obedientiam Sanctam ad §.28. *Obedientia.*

quosli-

quoslibet labores, vitæque diſcrimina obeunda promptus abeat, ac vitam etiam propriam contemnat.

§.29. *Humilitas.* Hanc humilitatis virtutem in ſæpèdicto Seruo Dei Fidele eximiam fuiſſe concludo ex eo, quod nunquàm illum de ſe magnificè, ſed ſemper quàm humillimè loquutum, animique ſubmiſſionem ipſis etiam moribus, vitaque erga plebeios quoque homines exhibuiſſe viderim, & audierim.

§.30. *Carnis macerationes.* Qualitèr Corpus ſuum domi, ac priuatìm tractauerit, domeſtici eius Patres omnium optimè nouerint deponere; Interim hoc palam eſt, & publicum, quod in Rhætia, & Pretegoia exiſtens, & eorumdem conuerſioni vacans, neceſſariò apud gentem tam perfidam plurimas afflictiones ſuſtinere debuerit, quæ tamen omnia ob Dei amorem, proximique ſalutem, & Animarum zelum patientiſſimè ſupportauit, adeòut ipſam quoque Animam ſuam poſuerit, prout publicum eſt, & notorium.

De viſu, & tractu in pluribus. XII. *Teſtis Prænobilis, & Strenuus Dominus Daniel Greutzing, Conſul, & Capitaneus Veldkirchij, ætatis annorum* 52. *ſuper* 8. *Articulo Proceſſus pagina* 192. *tergo dixit.*

§.31. *Prudentia.* In conuerſatione mecùm magnam demonſtrauit Prudentiam, agendi dexteritatem, & iudicij maturitatem.

§.32. *Paupertatis amor.* Aliter nunquàm obſeruari, quàm quod Religioſæ Paupertatis valdè amans fuerit, adeòut nihil ſuperflui ſibi, & Monaſterio ſuo retinuerit, quod quidem per experientiam habeo.

§.33. *Fortitudo.* Fortitudinem eiuſdem conijcere eſt ex eo, quod Prouinciam tam arduam, qualis fuit conuerſio hæreticorum in Rhætia, & illis partibus, fortitèr, ac intrepido, hilarique animo aggreſſus fuerit, quod idipſum vel ex eo videtur confirmari, quod ipſe ego, ac alij etiam mecum audiuimus ipſum aliquotiès dixiſſe, ſe viuum ex miſſione ſua haud rediturum, ſed ibidèm occubiturum.

§.34. *Obedientia.* Obedientiæ amantem fuiſſe colligo, vel ex eo, quod cum fortè ſeſe ob tam periculoſam ſui Miſſionem in dictam Rhætiam excuſare, & officio ſuo Guardianatus fungi potuiſſet: & nihilominùs à ſuis Superioribus miſſus, prompto, ac obedienti animo ſeſe contulit, vt ſupra.

§.35. *Humilitas.* Aliter non obſeruaui, tum ex verbis, & conuerſatione, tum ex geſtis ſuis, quàm quod ſui ipſius contemptor fuerit, atque adeò verè humilis &c.

De viſu. XLIII. *Teſtis Admodum Reuerendus Pater Frater Ioannes à Kreuzuanger Sacerdos, & Religioſus profeſſus Capuccinorum, ætatis annorum* 48. *ſuper* 6. *Articulo Proceſſus pag.* 265. *tergo dixit.*

§.36. *Religio.* Religionis zelum, quem dictus Dei Seruus habebat, ſequentia vlteriùs oſtendere poſſunt, nam cùm omnibus in Rhætia Eccleſijs ipſemet inſeruire non poſſet, Dominum Abbatem in Monaſterio Pf ffers accedens, ab eo enixè poſtulauit, & etiam impetrauit, vt Viros Religioſos mitteret in Fleſch, & Meyenfeld, qui populi illic exiſtentis ſalutem Animarum procurarent, & Catholica Religio vbiquè propagaretur. Ipſe verò vnam poſt aliam Eccleſiam me Comite, ac Socio viſitauit, Dei Genitricem ſummoperè coluit, Sanctos inuocabat, feſta illorum ſumma deuotione celebrabat, omnia opera Religionis promptè, ac deuotè exercebat; Quæ omnia cum admiratione, & ædificatione vidi, & obſeruaui.

§.37. *Iuſtitia.* Virtutis Iuſtitiæ amans fuit, quia contrarium eius multùm abhoruit; Et in diſcurſu Sermonis, quem mecùm habuit, dum aliquandò in Rhætiam ſimul proficiſceremur, obſeruaui, quod ipſe bonus Pater, qui adhuc in ſtatu ſeculari Iuris vtriuſque Doctor erat, indè cæperit deliberare de ſeculo pœnitùs deſerendo, ac de facto deſeruerit, ne fortè, & ipſum Iuſtitiam derelinquere contingeret.

Pru-

Prudentia præditus fuit, qui omnes ſuas actiones, & opera, quantùm ego § 38.
obſeruare potui, non niſi ad Dei, & Sanctorum gloriam, ad Fidei Catholicæ incrementum, & ad conſequutionem ſalutis, tam ſuæ, quàm proximi direxit. Hinc ob eximiam, quam alij etiam in ipſo obſeruabant, prudentiam, contigit, quod multi ad ipſum ſæpè veniebant, & conſilium eius exquirebant, & apud omnes in magna fuit exiſtimatione; Quæ omnia ego ipſe vidi, & obſeruaui, eiuſdem Socius exiſtens, & vbiquè præſens. *Prudentia.*

Circa Fortitudinis virtutem mihi occurrit, quod quamuis ipſe Pater Fidelis in Nouitiatu magnam perſenſerit tentationem redeundi ad Seculum, nihilominùs viriliter ei reſtitit, & perſeuerauit vſque in finem cum feruore, quod reuerà paſſus ſit eiuſmodi tentationem, habeo ex ipſius etiam Patris Fidelis ore proprio. Eiuſdem Fortitudinis actus fuit, quando non reſpiciendo perſonam hominum etiam ipſos Colonnellos, & Militiæ Præfectos mira quadam, & Chriſtiana libertate arguere, & Officij ſui commonefacere non dubitauit: quando nimirùm milites, ſiue auaritia, ſiue fraude illorum, miſerè perire conſpexit; Et hæc ipſa ego pariter audiui, & præſens obſeruaui. §.39. *Fortitudo.*

Temperantiæ virtute idem Pater Fidelis claruit, quia non vidi, quod exceſſerit vnquàm. Hinc factum eſt, vt ad exercenda bona opera fuerit ſemper promptus, & diſpoſitus. §.40. *Temperantia.*

Obedientiæ ſummum actum exercuit, quando ad Rhæthorum conuerſionem, etiam præuiſo mortis articulo, proficiſci iuſſus, ſine vlla tergiuerſatione, vel excuſatione Superioribus ſuis morem geſſit. Item quandò Guardianus exiſtens ordinationes Superiorum non modò ipſe ſedulus obſeruauit, ſed ab alijs etiam curæ ſuæ concreditis ſtrictè obſeruari curauit. Et denique quandò ſtudebat omnes pro viribus ad Sanctæ Romanæ Eccleſiæ obedientiam ducere; Quæ omnia multifariàm obſeruaui. §.41. *Obedientia.*

Caſtitati, & Paupertati contrarium nihil in eo vnquàm vidi. §.42. *Caſtitas.*

Toto tempore Miſſionis noſtræ Patrem Fidelem verè humilem obſeruaui; & aduerti, quod non aſpernabatur cum minimis, & abiectis hominibus conuerſari, illoſque inſtruere, vel conſolari, aut bono aliquo conſilio iuuare. Inſuper quantò propior fuit morti, tantò humiliorem ſeſe in omnibus exhibuit, quod admirans ſæpè vidi. §.43. *Humilitas.*

Carni ſuæ propriæ bonus Pater adeò fuit auſterus, & in ſe ipſum rigidus, vt licèt in diebus ieiuniorum vix aliquandò ſufficiens habuerimus prandium, veſpertinum tamen ieiunium nunquàm omiſit, non obſtante, quod per totum diem prædicando, non vno dumtaxàt, ſed pluribus ſubindè in locis, & pagis, quò per pluuias, & niues accedere debuit, valdè ſe ipſum defatigauerit. Inſuper modico ſomno captato, vigilias nocturnas dilexit, quo tempore meditabatur, quid Populo vtiliter concionari poſſet; Denique multam famem, ſitim, nuditatem, frigora, & alia plura incommoda cum magna patientia ſuſtinuit; Quæ omnia ipſe ego vidi, & obſeruaui quandò ei Socius, & Comes adfui. §.44. *Carnis macerationes.*

In Oratione Seruus Dei erat frequens, & feruens: Et vidi, quod diuinum Officium, non tantùm cum magna ſemper diligentia, & reuerentia, ac integritate, ſed vt plurimùm, vel ſtando, vel genua flectendo perſolueret; & licèt ad recitationem Officij Beatæ Mariæ Virginis nemo noſtrum eſſet obligatus, illud tamen non omiſit &c. §.45. *Frequens Oratio.*

Ex Proceſſu Conſtantienſi auct. Apoſt. fabricato.

VIII. *Teſtis Admodum Reuerendus Pater Frater Gerhardus Friburgenſis Sa-*

 cerdos,

cerdos, & Religioſus profeſſus Capuccinorum, ætatis annorum 30. ſuper 5. Articulo Proceſſu pag. 158. tergo dixit.

§.46. *Religio.* Quod idem quoque præcecellens fuerit in virtute Religionis erga Deum, & Sanctos, maximè verò Beatiſſimam Virginem, conijcio in primis ex eo, quod frequentiſſimus, & feruentiſſimus fuerit in Cultu Diuino, adeòut illum neque propter Concionis Studium, aut alias occupationes omiſerit, ſed ſomno potiùs detractum tempus, Studio, aut Orationi, ſiue vocali ſupererogatiuæ, ſiue mentali impendit. Deindè dum ad Deiparæ Virginis honorem in omnibus Vigilijs eiuſdem nil cocti cibi, & à feſto Aſſumptionis vſque ad Diui Michaelis quotidie, non niſi vnicam adhibuit refectionem, quæ nempè omnia ex obſeruatione habeo.

§.47. *Iuſtitia.* Iuſtitiæ etiam amans fuit, dum omnes curæ ſuæ velut Guardiano commiſſos Fratres æquo, ac pari rexit affectu, vti ipſe ego expertus ſum, ac alios vidi maximè Veldkirchij.

§.48. *Paupertatis amor.* Paupertatis quoque religioſæ mirè fuit ſectator, nam vidi, & obſeruaui Veldkirchij ſub ipſius cura degens, quod nil ſuperflui, ſed non niſi quod re priùs diligentèr expenſa, neceſſitas poſtularet, admiſerit, ſed potiùs remiſerit.

§.49. *Humilitas.* Humilitatis idem Pater Fidelis ſingulare ſpecimen meo ſenſu dedit, quandò licèt Guardianus in Monaſterio noſtro, nihilominùs viliſſima quæuis munia culinæ, & apud Infirmos obiuit, ſalua reuerentia, ſordes eorum efferendo, & in hoc Officij genere deputatos ad Infirmariam præueniendo.

§.50. *Corporis macerationes.* Rigidus quàm in proprium ſuum Corpus extiterit, patet, tum ex ſupradictis extraordinariè aſſumptis ieiunijs, & abſtinentijs, abruptione ſomni etiam neceſſarij, tum etiam quod raró, vel nunquàm ad ſolitam cæteroquì veſpertinam refectiunculam in Vigilijs, aut ieiunorum diebus ſeſe conferret, & ſuper hæc omnia, ſingulis per annum ſextis ferijs, non niſi vnico pulmento prò ſtomachi conſeruatione contentus viuere ſolebat, prout ipſe met vidi, & ab alijs obſeruata audiui.

§.51. *Zelus ſalutis Animarum.* Zelus Animarum, quo erga proximum ardebat, innoteſcit ſufficientèr ex eo, quod cum manifeſto vitæ periculo ad Rhætorum hæreticorum conuerſionem ſeſe conferre non dubitauerit &c.

De viſu. XI. *Teſtis Admodum Reuerendus Pater Frater Ignatius Sacerdos, & Religioſus profeſſus Capuccinorum, ætatis annorum 50. ſuper 5. Articulo Proceſſu pagina 171. dixit.*

§.52. *Prudentia.* In his Virtutibus excelluiſſe conijcio ex eo, quod eximius cum fuerit Doctor, omnibus nihilominùs Seculi ſpretis commoditatibus, dignitatibus, officijs, ac diuitijs, quas ſibi ſua doctrina, & eloquentia, ac linguis, quas callebat, facilè comparare potuiſſet, ob Dei, & æternæ ſalutis amorem, ac ſpem, pauperem Religionem Capuccinorum maluerit ingredi, & ſectari.

§.53. *Religio, & Iuſtitia.* Quò ad Orationem, ego vidi Patrem Fidelem in Choro ſemper fuiſſe primum, & vltimum. Quia omnes curæ ſuæ concreditos Fratres æquo affectu direxit, ipſum Iuſtitiæ amantem fuiſſe colligo.

§.54. *Votum Paupertatis.* Paupertatem religioſam non modò quo ad ſe ſeruauit ſtrictiſſimè, ſed Rhæynfeldæ etiam exiſtens Guardianus, de allata annona non ſeruauit ampliùs, quàm dici vnius neceſſitas poſtulauit.

§.55. *Votum Caſtitatis.* Contra Caſtitatem nihil planè in ipſo obſeruaui.

§.56. *Votum Obedientiæ.* Obedientiæ Virtus in eo ſpecialitèr meo ſenſu eluxit, quando in Rhætiam ad Hæreticorum conuerſionem miſſus, hanc Prouinciam tam hilari animo etiam cum vitæ periculo ſuſcepit.

§.57. *Humilitas.* Humilitatis præexcellentiam colligo ex eo, quod licèt Vir fuerit doctiſſimus, a. Concionator eximius, de ſe nihilominùs humillimè ſenſit ſemper,

per, vti nimirùm ex ipſius tum verbis, tum geſtis obſeruare porui,dum cæterorum Fratrum Laicorum more in horto ſæpè laborauit, & vilia quæuis miniſteria obiuit, vt ſupra de infirmis ſpecificatum eſt.

Hanc colligo ex eo, quod ſingulis per annum ſextis ferijs non niſi vnicum ferculum,quod ſæpè obſeruaui,adhibere ſolitus fuerit; in Quadrageſima verò dictis ſextis ferijs, ac alijs ſolemnioribus Vigilijs publicè in Refectorio per totum Pſalmum *Miſerere* conſueuerit adhibere diſciplinam; Item quod præter morem Ordinis noſtri à Feſto Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis vſque ad Feſtum Sancti Michaelis Archangeli ſingulis diebus ieiunauerit &c. §.58. *Temperantia.*

XIII. *Teſtis Admodum Reuerendus Pater Frater Michael Angelus Sacerdos,& Religioſus profeſſus Capuccinorum,ætatis annorum 34. ſuper 5. Articulo Proceſſu pag. 174. tergo dixit.* De viſu.

Ego ſimul cum dicto Patre Fidele extiti in Nouitiatu à Feſto Sancti Patris Franciſci vſque ad Paſcha, in quo adeò ſe humilem, maximè cum iam tunc Doctoratus gradu fuerit inſignitus, exhibuit,ac feruidum, vt mihi ſtupori fuerit. §.59. *Humilitas.*

Ego Veldkirchij poſtea ſub ipſius Guardianatu exiſtens obſeruaui illum adeò religioſæ Paupertatis fuiſſe amantem, vt de eſculentis nihil vltrà neceſſitatem, aut poculentis ſeruauerit, ſed potiùs eleæmoſynam mittentibus remiſerit. §.60. *Amor Paupertatis.*

Obedientiæ fuiſſe amantem, exiſtimo, vel ex eo colligi, quod à Superioribus ſuis in Rhætiam pro hæreticorum conuerſione deſtinatus, prompto, ac hilari prorsùs animo Veldkirchio, me quoque tunc inibì exiſtente, diſceſſerit. §.61. *Amor Obedientiæ.*

In eodem obſeruaui, quod Regularum, & Conſtitutionum noſtri Ordinis fuerit ſedulus obſeruator, & ſi quid ei à Superioribus peracta Viſitatione fuit commiſſum, diligentiſſimè fuerit exequutus. §.62. *Sedula Obſeruatio Inſtituti Religioſi*

In Concionibus magnum demonſtrauit zelum, & iiſdem nihil niſi Dei gloriam, & Proximi ædificationem quæſiuit. Vbi etiam hoc occurrit, quod propter fœminam hæreticis opinionibus imbutam, tantùm cum Magiſtratu Ciuitatis egerit, vt illam quaſi incorrigibilem Vrbe expulerit &c. §.63. *Zelus honoris Dei, & ſalutis Animarū.*

XIV. *Teſtis Admodum Reuerendus Pater Frater Romanus Biſuntinus Sacerdos, & Religioſus profeſſus Capuccinorum, ætatis annorum 32. ſuper 5. Articulo Proceſſu pag. 171. dixit.* De viſu.

Hoc mihi edicendum in primis occurrit, quod Patrem Fidelem prædictum ſæpiſſimè in Orationibus ſuis viderim valdè feruentem, & zeloſum, vti etiam in celebratione Miſſæ, quin, & mihi, & alijs in Seminario poſt Nouitiatum exiſtentibus præclara, ac ſingularia Orationem tam Vocalem, quàm Mentalem inſtituendi dedit monita, & inſtructiones. §.64. *Religio.*

Paupertatis Monaſticæ mirè fuit amans, & obſeruator, nam quando eleæmoſyna afferebatur, priùs diligentèr expendit Monaſterij, & Fratrum neceſſitatem; ſed ſi quid fortè abundaret, potiùs remiſit, quàm quod in craſtinum aſſeruari permitteret; hinc etiam de oleo pro fomentanda lampade coram Venerabili Sacramento, non ampliùs me vidente voluit acceptare, quàm re diligentèr expenſa putabat omninò neceſſarium fore. §.65. *Amor Paupertatis*

Conſtitutionum Ordinis adeò fuit obſeruans, vt modicos quantumuis exceſſus ſatis ſeuerè caſtigauerit. §.66. *Exacta obſeruatio Inſtituti Religioſi.*

Humilitatem in hoc maximè oſtendit, dum ſeſe quoad omnia, ſicut vnus ex minimis Fratribus geſſit, ac prætèr obligationem vilia quæuis munia obiuit in culina, & alibì, vndè certe cum ego, tum alij non parùm fuimus ædificati. §.67. *Humilitas.*

 Quàm

§.68. *Carnis macerationes.* Quàm rigidus fuerit in ſuam Carnem, patet ex hoc, quod à Feſto Beatæ Mariæ Virginis aſſumptæ ad Feſtum Sancti Michaelis Archangeli non niſi vnica vixerit contentus refectione per diem, pariterque ſingulis per annum ſextis ferijs,non niſi vnicum adhibuit ferculum,ſeu pulmentum, nec non in Quadrageſima à ſolita veſpertina abſtinuit refectione, quæ omnia, tam ego, quàm alij Confratres in ipſo obſeruauimus;Vidi etiam, quod in ſextis ferijs Quadrageſimæ publicè in Refectorio ſeueram adhibuerit diſciplinam.

§.69. *Zelus ſalutis Animarum.* Quia eidem Patri Fideli Comes ſubindè extiti, vidi, quod magno erga proximi ſalutem, tum corporalem, tum Spiritualem arſerit zelo, nam indefeſſus fuit in concionando, Confeſſiones excipiendo, Infirmos viſitando, conſolando mæſtos, & oppreſſos, ſopiendo diſcordias inter alios enatas &c.

De viſu. XV. *Teſtes Reuerendus Frater Meinradus ex Rappenſuil Religioſus profeſſus Cappucinorum Laicus, ætatis annorum 42. ſuper 5. Articulo Proceſſu pag.181.tergo dixit.*

§.70. *Religio, & Oratio.* Orationi Pater Fidelis multùm ſanè deditus fuit, ſæpiùs enim vidi,& aduerti ipſum,alijs Patribus more conſueto Cellas ſuas finito Matutino repetentibus, per horam, ac diutiùs etiam in Eccleſia perſeueraſſe,coramquè Venerabili Sacramento oraſſe, ac meditationibus vacaſſe, itaut aliquotiès ei dixerim, mi Pater, ne quæſo nimiùm ſe affligat, ſi enim in grauem incideret aliquem morbum, rebus non erit benè proſpectum.

§.71. *Eadem Oratio.* Cum ipſi concionandum fuit, vidi quoque integra hora interdùm illum coram Venerabili Altaris Sacramento flexis genibus oraſſe,quod etiam pari modo finita Concione præſtitit. Quotidiana Miſſæ Sacrificia magna cum deuotione, & feruore offerre ſolitus fuit.

§.72. *Religio ex alijs.* Erga Diuam Virginem ſingulari quoque ferebatur affectu, vidi enim multoties, cum à ſtudijs,& alijs negocijs liber extitit,eundum hortum ingreſſum fuiſſe, Roſariumque peroraſſe, non minùs multotiès etiam obſeruaui,occurrente aliqua vigilia *Beatæ*.Mariæ Virginis, cum ei ſubſequenti die feſto concionandum non erat, vino omninò abſtinuiſſe, meram aquam bibendo.

§.73. *Iuſtitia.* Iuſtitiæ virtutem in eo exercuit, quia nos Fratres tamquàm Guardianus Veldkirchij ſine vllo ſingulari affectu, & paſſione gubernauit. Cumquè ei in Viſitatione aliquid demandatum extit, ſedulò cum magna obſeruantia executus eſt.

§.74. *Prudentia.* Tali etiam Prudentia prædi⁀us fuit,vt magnus ad ipſum fuerit factus concurſus, etiam à Primarijs quibuſque Perſonis,quæ ipſum conſulebant, maximè verò Pauperes, Viduas, Pupilloſque commendatos habebat, illoſque conſilijs, & operibus iuuit. Et hæc omnia tanquàm Ianitor Monaſterij Veldkirchienſis vidi.

§.75. *Fortitudo.* Fortitudinem demonſtrauit, quia aliquotiès magno animo in diſcrimen magnum ad aliorum commodum, ac ſalutem ſeſe coniecit. Nàm cum aliquando Milites in Ciuitate Veldkirchij tumultu concitaſſent, & domum Officialis cuiuſdam Auſtriaci ibidèm inuadere, atque conſcendere voluiſſent,imo fores Cellæuinariæ inſultibus iàm effregiſſent,quod cum Pater fidelis cognouiſſet, atquè ad auxilium ferendum vocatus fuiſſet, mox in Ciuitate ſe conferens Milites ità ſedauit, vt maiora indè detrimenta non ſint ſecuta,& hoc publicum, & notorium vniuerſæ Ciuitati Veldkirchienſi extitit.

§.76. *Temperantia.* Obſeruaui in eo magnam abſtinentiam in cibo, & potu, præſertim quod multotiès portione ſua ſponte caruit,Militibus ægris in Caſtra tranſmiſit, ſicut multotiès vidi.

Volun-

§.77. *Paupertatis amor.*
Voluntariæ Paupertatis Pater Fidelis adeò amans extitit, vt mihi ſæpiùs iniunxerit nè nimiùm de tranſmiſſis bonis eleæmoſynis acciperem,ſed puram tantùm neceſſitatem, potiuſquè iterùm remitterem, in noſtris quidem Monaſterijs multos habui Guardianos, qui & ipſi Zelatores Paupertatis exiſterunt; Verùm nullum vnquam expertus fui,qui ſuperfluitatem ſeueriùs prohibuerit, quam Pater Fidelis. E' contrà etiam ſi quid de neceſſarijs defuit,in procurando illa tam pro benè valentibus, quàm ægtis Fratribus ſolicitus quoquè fuit.

§.78. *Obedientia.*
Obedientiam non ſolùm ab alijs, quibus ipſe præerat,obſeruari volebat, verùm etiam ipſemet hanc Virtutem ſtrictè,& ſedulò in exequendis ijs, quæ à Superioribus ipſi demandata fuerunt, obſeruauit, ac in mortem vſquè præſtitit.

§.79. *Humilitas.*
Idem Pater Fidelis licèt Superior, & Guardianus exiſteret, attamèn non abhorruit in culina patinas, & quadras &c. lauare, ægrorum inſupèr Fratrum (ſaluo honore) excrementa, ſeù ſordes, ac immunda vaſcula efferre conſueuit, nam hoc ſæpiùs expertus ſum,in hoc officio manè ab ipſo me præuentum eſſe.

§.80. *Carnis macerationes.*
Quàm ſeuerè Corpus ſuum,& carnem macerauit, prætet alia etiam ex his colligo,quod in illius cella larum cingulum cilicinum, quo abſque dubio ſæpiùs vſus fuerit, obſeruatim; Iterùm quod per totum annum diebus Lunæ, Mercurij, & Veneris, nihil aliud niſi cocta legumina, tempore verò quadrageſimali, & Aduentus nullos omninò calidos ſumpſerit cibos, ſed tantùm modica quantitate panis, & vini contentus fuerit. In Vigilijs verò Beatæ Mariæ Virginis,& Sanctorum Apoſtolorum tantùm panem, & aquam adhibuit; excepto hoc cum ſequenti die ſermonem ad populum habiturus erat, tunc modicum etiam vini ſumpſit. Hæc omnia ipſemet coram ſpectaui,& aduerti, quando nimirùm tamquam Laicus Frater Menſæ Fratrum inſeruiui. Hoc etiam iſtius recordor, quod in ieiunio Quadrageſimæ veſperi nunquam conſuetà aliàs colatione ſe refecerit, niſi cum ſequenti die concionaturus erat. Demùm etiam obſeruaui,quod ſæpè dictus Pater Fidelis à Feſto Aſſumptionis Glorioſæ Virginis Mariæ, vſque ad Feſtum Sancti Michaelis, in prandio quidèm illos, qui appoſiti fuerunt, cibos comederit, in cęna verò quamuis alij Fratres cibis calidis veſci ſolerent, ipſe abſtinuit, ac ieiunauit,finalitèr etiam cum Iunioribus Fratribus ſingulis diebus Veneris Quadrageſimæ, publicè in Refectorio diſciplinam facere conſueuit, neque vllam aliàs pro more Religionis intermiſit, quantum ego aduertere potui &c.

De auditu, & … in pluribus
XXIII. *Teſtis Admodum Reu. Pater Frater Ioannes Baptiſta Polonus Sacerdos, & Religioſus profeſſus Capuccinorum ætatis annorum* 41. *ſuper* 5. *Articulo Proceſſu pag.*201.*dixit*.

§.81. *Iuſtitia.*
Ex auditu habeo,quod licèt charitatiuus erga Proximum,ac Fratres ſuos fuerit,nemini tamen pepercerit, ſed delinquentes ſatis ſeuerè punierit.

§.82. *Prudentia.*
Prudentiam ſingularem, qua Pater Fidelis præditus fuit, colligo ex eo, quod valdè conſideratus, & circumſpectus fuerit, cùm in verbis, tùm in rebus agendis, quod nempè in ipſo multifariàm obſeruaui.

§.83. *Obſeruatio Inſtituti Religioſi.*
De hac virtute illud ſingulare mihi occurrit,quod in aggrediendo Ordinis noſtri inſtituta ſemper fuerit cordatus, ac magnanimus.

§.84. *Caſtitas.*
Quod vel leuiſſimè contra hanc virtutem ſenſualitate aliqua deliquerit, vtiquè non animaduerti,nec quod in conuerſatione vnquàm nimis fuerit effuſus, obſeruaui.

§.85. *Modeſtia.*
Alitèr non obſeruaui, quàm quod ſingularem ſemper in verbis, geſtis,& conuerſatione prætulerit modeſtiam.

§.86. *Paupertatis,& Obedientiæ amor.*
Nec alitèr conſtat, quàm quod ſingularitèr amans fuerit religioſæ paupertaperta-

pertatis, vti, & obedientiæ, contra quam nil vnquàm ab ipſo actitatum ſcio &c.

De viſu in pluribus. XLVIII. *Teſtis Adm Reu.P.Fr. Matthias ab Augia Sacerdos, & Religioſus profeſſus Capuccinorum ætatis annor.47.ſuper 5.Artic,Proc.pag.265.dixit.*

§.87. *Religio, & Pietas,* Quia ſpecialis in Patre Fidele à Superioribus fuit obſeruata Religio, pietas, feruor, zelus, idcircò poſt emiſſam Profeſſionem Ordinis,& Sacræ Theologiæ ſtudia abſoluta in Guardianum hinc indè fuit conſtitutus.

§.88. *Prudentia,* Ipſe ergo de in Prouincialis in peragendis viſitationibus curæ meæ commiſſorum Monaſteriorum expertus ſum,quod ſæpè dictus Pater Fidelis tamquàm Guardianus in regendis ſibi concreditis Patribus, & Fratribus ſingularitèr fuit prouidus,maturus, diſcretus,iuſtus ſimul, & manſuetus, laborioſus, ac fortis, ſeù magnanimus, maximè in aggrediendo, & proſequendo miſſionem, tàm arduam, & periculoſam ad vſque mortem ſuam.

§.89. *Obedientia,* Virtutis Obedientiæ, præter ſuperiùs iam dicta, adeò fuit ſtudioſus, vt in quantum ego animaduerti, ſi vel ipſas ſuorum Superiorum cogitationes potuiſſet rimari, & aſſequi, iuxtà illas ſtatim ſeſe accommodaſſet, quinimò illum ſingulare quoddam totius obſeruantiæ religioſæ fuiſſe Speculum notaui, & id in ipſo præ cæteris tamquàm Prouincialis obſeruaui.

§.90. *Paupertatis amor,* Quanti etiam voluntariam Paupertatem fecerit, colligo ex eo,quod licèt in ſeculo propter ſingularem doctrinam, ac linguas Italicam,& Gallicam, quas perfectiſſimè callebat, aliaſque ſingulares Animi,ac fortunæ dotes, quibus præditus fuerat optimas commoditates nanciſci potuiſſet; his tamen omnibus non attentis, ſed pro Dei, & æternæ ſalutis amore ſpretis, inſtitutum potiùs Cappuccinorum ſectari, & amplecti maluit,in quo quidem inſtitutu poſtmodùm hinc indè Guardianus exiſtens, quàm fuerit obſeruans Paupertatis, partim ipſe ego in viſitationibus comperi, partim ab alijs Ordinis noſtri Fratribus audiui, quod nempè non modò ſuperflua, ſed etiàm non valdè neceſſaria reiecerit.

§.91. *Caſtitas.* Contra Caſtitatem quoque mihi nè minimum quidem ab ipſo commiſſum conſtat.

§.92. *Humilitas.* Quàm idem Humilitatis ſtudioſus fuerit, ex eo conijcio, quod licèt ſuſpicienda præ alijs talenta habuerit, nec minimum tamen ſe alijs prætulerit, ſed potiùs ſimplicioribus ſeſe accomodando, & ſubmittendo, alijs optimum præbuerit exemplum.

§.93. *Carnis maceratio-nes.* Hoc ego ſcio, & obſeruaui tamquàm Prouincialis, quod non contentus ordinarijs mortificationibus Ordinis, in extraordinarijs quoque,& ſupererogatiuis adhibendis nulli alteri ceſſerit.

§.94. *Oratio* Ab indè etiàm ſcio, quod Orationi ſeſe iuxtà inſtitutum Ordinis accuratè accommodauerit.

§.95. *Zelus ſalutis Animarum.* De magno Animarum, & Proximi ſalutis zelo mihi ab alijs maximoperè fuit commendatus, eundemque vel exindè colligere potui, quod tanta animi promptitudine arduam miſſionem in Rhætiam, & Pretegouiam ſuſceperit.

Concordant alij plures Teſtes ex dictis Proceſſibus Curienſi, & Conſtantienſi, ac etiam ex Mediolanenſi.

Num.5.

Donum Prophetiæ ex Prædictione ſui Martyrij, & tumultus Hæreticorum.

De Donis Supernaturalibus.

Ex Proceſſu Curienſi auctorit. Apoſt. fabricato.

Ex auditu proprio Ven. Serui Dei. X. *Teſtis Prænobilis D. Io: Gaſpar KleKler de Veldegg ætatis annorum 42. ſuper 16. Articulo Proceſſu pag.184.dixit.*

Circa

Circa donum Prophetiæ aliud mihi non conſtat quàm quod ipſe d. Pater Fidelis hic VeldKirchij paulò ante profectionem ſuam in Rhætiam coram me ſeriò affirmauerit, ſtatum modernum apud Griſones minimè ſie diù duraturum, imò breui in apertam rebellionem erupturum; Quando etiam vltimo mihi vale dixit, inter alia vt præſcius mortis ſuæ, ſe viuum à rebellibus iſtis non rediturum aſſeruit, nec ob id deterrebatur, ſed potiùs ad mortem illic ſubeundam ſe diſponebat &c.

§. 1. *Prædictio Rebellionis.*

§. 2. *Prædictio ſui Martyrij.*

XIII. *Teſtis Prænobilis D. Zaccharias Raynoldt olim Conſul Curienſis, ætatis annorum 48. ſuper 5. Artic. Proc. pag. 195. tergo dixit.*

Ex Epiſtola Ven. Serui Dei.

Quod ipſe mortem ſuam præſcierit, ex hoc colligi poteſt, quod ille in vxoris meæ litteris ſeſe ſubſcripſerit -- *breuì vermium eſca*.

§. 3. *Prædictio ſui Martyrij.*

XVI. *Teſtis Nobilis Matrona D. Sophia Papuſſin vxor* XIII. *Teſtis, ætatis annorum 45. ſuper 5. Articulo, de Spiritu Prophetiæ, Proceſſu pag. 204. tergo dixit.*

Ex auditu proprio Ven. Serui Dei.

Dictum Patrem Fidelem Spiritu Prophetiæ ditatum fuiſſe, apparet In primis ex eiuſdem Prophetia à me ſuperiùs inſinuata, quando nimirum prędixit mihi, quod in Rhætia longè duriora contingerent, & Coniux meus Dilingæ ſecurior foret, quàm in his partibus. Item hoc apparet ex alijs verbis, quæ idem Pater Fidelis ore ſuo proprio dixit in domo mea, & hypocauſto coram me, & plurimis alijs, quando videlicèt allocutus fuit Dominum Bullionem, qui ètiam tunc mecum erat; Sic enim idem Pater Fidelis audiente me locutus eſt. Domine Bullion, habet Dominatio Veſtra, à quibus præcaueat, milites enim in Rhætia pullorum inſtar trucidabuntur: quod, vt patet, ac omnibus notum eſt, breui poſt euenit. Neque minus ex ſupra poſita ſubſcriptione, quia ipſe ſcripſit, quod *breuì vermium eſca* ſit futurus, colligere licet, quod ipſe mortis ſuæ reuelationem habuerit. Nam ſicut Datum litterarum ſonat, id breui poſt ſubſecutum eſt &c.

§. 4. *Prædictio aduerſitatum in Rhætia.*

§. 5. *Prædictio Rebellionis.*

XXX. *Teſtis Nobilis D. Ioannes Iacobus Sandholtzer à Zunderberg, ætatis annorum 55. ſuper 4. Artic. Proc. pag. 230. dixit.*

Ex auditu proprio Ven. Serui Dei.

Quod ſe ibidèm in Rhætia occubiturum præcognouerit, colligo ex eo, quod valedicens mihi immediatè ante ſuum obitum, dixerit. Quia in Rhætiam proficiſcendi obedientia mihi iniunxit, ecce paratus ſum, & ſi hìc non ampliùs nos viſuri ſumus inuicem, in futura ſaltem vita, & Deo volente in Beata Patria iterùm conueniemus. Addiditque, quod Pretegouienſes in fide non ſint permanſuri, proùt euentus poſteà edocuit, & adhuc docet.

§. 6. *Prædictio ſui Martyrij.*

§. 7. *Prædictio deficientium à Fide.*

XLIII. Teſtis *Admodum Reuerendus Pater Frater Ioannes à Kruevvangen Sacerdos, & Religioſus profeſſus Capuccinorum ætatis annorum 48. ſuper 5. Articulo, de dono Prophetiæ, Proceſſu pagina 267. tergo in fine dixit.*

Ex auditu proprio Ven. Serui Dei.

Dono Prophetiæ dictum Seruum Dei non caruiſſe, ex ſubſequentibus putarem colligi poſſe: Cum adhuc eſſemus Veldkirchij, dixit mihi. Rhæti rebellabunt, & nos illùc deſtinati, habebimus acre certamen, & niſi me obedientia illùc dirigeret, non irem; Ad quod ego dixi; Pater eamus, & moriamur, & habebimus coronam vitæ æternæ. Quo audito ipſe Pater Fidelis gaudens intulit: hoc eſt tutiſſimum, & optimum.

§. 8. *Prædictio rebellionis.*

§. 9. *Gaudet ſe Martyrium ſubiturum fore.*

Et infrà pagina 268. tergo.

Alio item tempore cum eſſemus in Gruſch, & ſermo eſſet de Rhætis, contigit, vt me præſente, & audiente, ſæpè dictus Pater Fidelis Auſtriacos milites allocutus fuerit; In vna hora nos inuadent, & fuſtibus cædent, & ſparris capita veſtra cruentabunt. Quæ quidem poſtmodùm ſubſecutus euentus docuit. Vlteriùs quia ego in domo quadam dicti Pagi Gruſch abſconditum ſparrum vidi, id ſæpe dicto Patri Fideli retuli, ad quod ipſe ſubiunxit dicens; eiuſmodi ſparris populum noſtrum ignomi-

§. 10. *Prædictio rebellionis, & martyrij.*

minioſè tractabunt, & expellent. Idque paritèr, vt prædixit, paulò poſt adimpletum fuiſſe, notorium eſt, & publicum.

§. 11. *Prædictio aliorum.* Sunt & alia, quæ idem Seruus Dei prædixit etiam audiente me, quorum tamen omnium nunc reminiſci non poſſum. Interim tamen ego huius finalis opinionis ſum, quod ipſe Pater Fidelis reuerà ſpiritu Prophetiæ præditus fuerit, & maximè in ordine ad miſſionem Rhæticam, & ſuum Martyrium, & ad nonnulla alia, quæ poſt Martyrium ſuum in Rhætia futura erant.

Epiſtola V. Serui Dei.

Tenor Epiſtolæ à ſupradicto Teſt. XIII. relatæ Proceſſu pagina 291. tergo.

Nobilis, multùm honorata, & virtuoſa Domina, vti Mater; præter exiguarum precum mearum oblationem, hac mea reſponſione tibi ſignificare debeo, quod mihi heſterno veſperi, dum ex Pretegoia per altas niues eluctando hùc deueniſſem, litteræ tuæ ſint redditæ: ex quibus afflictionem tuam cum dolore percepi, & ſubindè cogitaui, quod dilectus Deus optimos quoſque amicos ſuos haud patitur in hoc ſæculo vitam abſque afflictionibus trahere, quas tamen eorumdem Animarum ſaluti interim quoque proficuas præſtat, quin etiam in hac adhuc vita, illos demùm ſuaui rurſus conſolatione demulcere ſolet. Ideò bono ſis animo; te tuaque omnia dilecto Deo, à quo eadem accepiſti, reſignes, tunc ipſe tamquam verè ſolicitus Pater, benè, ritè, conſolanterquè iuxta Diuinam ſuam voluntatem cuncta ad finem vſque deducit, cui nos quotidiè ſubmittimus, dicentes, fiat voluntas tua, ſicut in Cælo, & in Terra. Hiſce nos omnes Diuinæ prouidentiæ fidelitèr vbique commendo: humilitèr rogans, vt nomine meo Dominum tuum coniugem, liberoſque familiaritèr ſalutes. Spero intra octo, vel decem dies (niſi quid aliud obſtet) me apud vos fore, volente Deo &c. Datum raptim in Zizers trigeſima Ianuarij, Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo.

Dominæ in Chriſto.

Promptus Seruus.

§. 12. *Prædictio ſui obitus.* Frater Fidelis Capuccinus Indignus, breui eſca vermium.

Ex Proceſſu Conſtantienſi auct. Apoſt. fabricato.

Ex auditu Religioſi, qui audiuerat ab ipſo V. Seruo Dei.

XV. *Teſtis Reuerendus Frater Meinradus ex Rappens Religioſus profeſſus Capuccinorum Laicus, ætatis annorum 42. ſuper dicto Articulo Proceſſu pagina 184. dixit.*

§. 13. *Prædictio ſui martyrij.* Rerum futurarum cognitionem quod attinet, repeto ea, quæ ſuperius inſinuaui, nimirùm me huius eſſe opinionis, ipſum præuidiſſe in Rhætia ſe trucidandum fore; Hùc, & illud ſpectat, quod ex Patre Ioanne, qui cum ipſo in Pretegouiæ partibus fuit, referri audiui, nimirum cum ad anguſtum aditum ſimul inter montes Preregouiæ ſitum perueniſſent, Pater Fidelis Patrem Ioannem ſic affatus eſt, mi Pater ex his partibus viuus ampliùs non ſum reuerſurus; Quod ità etiam accidit, cùm illic peremptus fuerit, & demortuum tantùm eius Cadauer poſtmodum per illum anguſtum montium aditum exportatum ſit.

Ex Proceſſu Mediolanenſi auct. Apoſt. fabricato.

De auditu proprio Ven. Serui Dei.

III. *Teſtis Illuſtriſſimus Dominus Ioacchimus Columna Baro Felsij Tirolenſis ætatis annorum 30. ſuper 5. Articulo Proceſſu pagina 102. tergo in principio dixit.*

Ra-

Ragionando meco il detto Padre ſignificò più volte, e prediſſe la Ribellione di queſti Eretici, e perciò io cercai maſſime nell'vltimo di ſtare auertito, e prouedere. Di più mi ricordo, che l'vltimo Venerdì, che fù alli ventidue di Aprile mille ſeicento ventidue, eſſendo il Padre ritornato da Luceyn, oue fù con l'Illuſtriſſimo Signore Baldirone, venne la ſera à caſa mia in Gruſch, e perche digiunaua, non fece altro, che beuere vn poco, & all'hora ſi trattò di queſta ribellione, mà io laſciai il Padre con il mio Tenente per nome Gregorio Millei natiuo di Carinthia Paeſe ſoggetto alla Sereniſſima Caſa di Auſtria; Con queſto Tenente, hò poi inteſo, che il detto Padre parlò chiaramente della Ribellione. §.14. *Prædictio rebellionis.*

VII. *Teſtis Illuſtriſſimus Dominus Aloyſius de Sultz*, S.R.I. Comes è *Langrauijs Kleggouiæ ætatis annorum* 40. *ſuper* 15. *Articulo Proceſſu pag.* 159. *tergo dixit.* De auditu à pluribus Militibus.

Di più hò inteſo da molte perſone, che l'iſteſſo Beato Padre Fedele prediſſe anche la ſua morte, e Martirio, e queſto io l'hò inteſo particolarmente nel tempo, che, come hò detto ſopra, io mi ritrouauo in Coira, e fù circa mezzo anno doppo la ripreſa di detta Città di Coira, che viene ad eſſere dell'anno mille ſeicento ventitre, & ciò me lo riferirno l'iſteſſi ſoldati del ſudetto Signor Colonnello Aloiſio Baldirone, i quali ſoldati erano ſtati inſieme col Beato Padre Fedele nella Rhetigouia, oue fù martirizato. §.15. *Prædictio ſui Martyrij.*

XI. *Teſtis Dominus Ioannes Georgeus Bitterla Ciuis Mediolanenſis ætatis annorum* 45. *ſuper* 15. *Articulo Proceſſu pag.* 209. *tergo dixit.* De auditu Hæreticorum.

Quando io ritornai da Tauos, come ſopra hò detto, e paſſato Kloſterlin, arriuai à quell'altra Terra vicina à Seuis, doue io alloggiai in caſa di quel Landamma, all'hora queſto Landamma mi diſſe, che detto Padre Fedele haueua preuiſto, e predetto la ſua morte, e perciò ſi marauigliò meco quell'Eretico per qual cauſa il Padre Fedele ſapendo queſto non foſſe fuggito. Queſto iſteſſo io hò ſentito più volte, ſtando come ſopra hò detto nella Città di Coira, perche gli Eretici più volte mi diſſero, che il detto Padre Fedele haueua preuiſto, e predetto la ſua morte, e coſtoro parimente diceuano, e perche non ſi ritirò, e non fuggì ſapendolo? §.16. *Prædictio ſui Martyrij.*

Ex Proceſſu Curienſi auctorit. Apoſt. fabricato. Num. 6.

XII. *Teſtis Praenobilis, & Strenuus Dominus Daniel Greutzing Conſul, & Capitaneus de Veldkirkio, ætatis annorum* 52. *ſuper* 8. *Articulo Proceſſu pag.* 192. *ad medium dixit.* Alia Prædictiones. Ex auditu vxoris.

Mihi autem Malantij Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo primo in menſe Decembris periculosè admodum ægrotanti, magnam exhibuit Charitatem, viſitando me, & conſolando, vbi etiam Vxori meæ (vti ab illa poſtea, ac etiam alijs domeſticis intellexi) priuatim dixit, vt bono ſit animo, ac benè ſperet, me enim ex hac præſenti infirmitate, quantumuis omnium opinione magna, & periculoſa non moriturum, ſed reconualiturum, quod quidem euentus ipſe demonſtrauit. §. 1. *Prædictio ſanationis à deſperata infirmitate.*

XVI. *Teſtis Nobilis Matrona Domina Maria Papuſſim ætatis annorum* 45. *ſuper* 5. *Articulo Proceſſu pag.* 203. *in fine dixit.* Ex auditu proprio V. Serui Dei.

Similitèr antequam ipſe in Rhætiam, Pretegoiam ex Veldkirchio proficiſceretur, cum ego magnum dolorem ex diſceſſu dilecti mei Coniugis Zachariæ Reinold, inquam, ab Illuſtriſſimo Epiſcopo Dilingano conſtituti Capitanei conciperem, tunc præfatus Pater Fidelis hæc mihi dixit, deſine contriſtari, & ſis benè conſolata, nam tuus Coniux apud Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum Dominum Epiſcopum Dilinganum §. 2. *Prædictio immunitatis à periculis.*

ſecurior erit, quàm hìc Veldkirchij, aut in hac Regione, in Rhætia enim longè duriora contingent. Quod poſtmodùm ipſa experientia docuit; dum in Rhætia nimirùm omnia ſurſquè deque ferrentur. Et hoc, vt retuli, Ipſe Pater Fidelis ore ſuo proprio mihi prædixerat.

Ex auditu proprio ipſius Ven. Serui Dei.

XLIII. *Teſtis Admodum Reuerendus Pater Frater Ioannes à Kruenuargen Sacerdos, & Religioſus Profeſſus Capuccinorum ætatis annorum* 48. *ſuper* 15. *Articulo Proceſſu pag.* 268. *dixit.*

Cum autem ſimul aſcenderimus in Pretegouaim, & iàm perueniſſemus ad Cluſam, ibì ego Patrem Fidelem ſic allocutus fui: videat Paternitas Veſtra, quàm difficiles ſint iſti aditus, ſi Regio hæc iterùm amitteretur, quid fieri poſſet, vt iterùm recuperaretur. Tunc ipſe Pater Fidelis loquens de illa eadem Rhætiæ Regione, mihi reſpondit dicens. Regio hæc iterùm amittetur, ſed eadem denuò recuperabitur, & pauci noſtrorum cadent, at hoc non niſi per Miraculum fiet. Quæ quidem omnia talitèr poſtea euenerunt, prout publicum eſt, & notorium.

§. 3. *Prædictio amiſſionis & recuperationis Pretegouiæ.*

Alia quadam vice cum eſſemus in Rhætia, idem dictus Pater Fidelis me præſente palam Pretegouienſibus locutus, eſt dicens: Si Sereniſſimum Archiducem Leopoldum per vnam viam expuleritis, per aliam ingredietur, & terra veſtra igne, & ferro deuaſtabitur, quod vtique tunc euenit, quando Duce Domino Comite de Sultz Rhætia iterum recuperata fuit, eodem videlicèt Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo poſt mortem Patris Fidelis.

§. 4. *Prædictio ingreſſus Archiducis Leopoldi Pretegouiam.*

Ex Proceſſu Mediolanenſi auct. Apoſt. fabricato.

Ex auditu pluriũ.

I. *Teſtis Dominus Andreas de Michelis Ciuis Veldkirkienſis ætatis annorum* 25. *ſuper* 15. *Articulo Proceſſu pag.* 89. *dixit.*

§. 5. *Prædictio amiſſionis, & recuperationis Pretegouiæ.*

Quando io dimorauo in Coira, come ſopra hò detto, per camerata del Signore Cleinans, mi diſſe, che il Beato Padre Fedele haueua predetto, che quel Paeſe di Agnedina baſſa, Pretegauu, e Contorni ſi ſarebbe perduto da Cattolici, ma che di nuouo ſarebbe ſtato ricuperato, e mi pare, che detto Signore Cleinans mi diceſſe, che egli medeſimo l'haueua ſentito dalla bocca propria di eſſo Beato Padre; Queſto medemo io l'hò inteſo da altri molti, & in Velchirchio mia Patria ſi dice publicamente, che eſſo Beato Padre prediſſe la rebellione delli Eretici, la perdita delli ſudetti Paeſi, & anco la ricuperatione, e di tutto ſe ne parla come coſa veriſſima; Di più io mi ricordo hauere inteſo da molti ſoldati, e d'altri Cittadini di Velchirchio, che il Beato Padre Fedele haueua anche predetta la ſua morte, e Martirio, ma non mi ricordo preciſamente del modo, che prediſſe ciò.

§. 6. *Prædictio rebellionis.*

§. 7. *Prædictio ſui Martyrij.*

De auditu plurium, qui audiuerant ab ipſo Ven. Seruo Dei.

V. *Teſtis Per Illuſtris Dominus Alphonſus Vareſius Mediolanenſis ætatis annorum* 26. *ſuper* 15. *Articulo Proceſſu pag.* 118. *dixit.*

Ne i luoghi, e tempi ſudetti con le occaſioni di ſopra narrate io inteſi raccontare più volte da varie perſone, che il ſudetto Padre Fedele, auanti foſſe martirizzato, haueua profetate varie coſe, e prima profetò la Rebellione, che erano per fare quelli Eretici, e con molta prudenza ne diede motiuo al detto Signor Colonnello Baldirone, che in quel tempo gouernaua il Paeſe per Sua Altezza; Di più profetò, che in quella Ribellione egli morirebbe per mano delli Eretici, e ſi perderebbe quel Paeſe. Di più profetò, che l'iſteſſo Paeſe di nuouo ſi ricuperarebbe, mà che queſta ricuperatione ſarebbe con Miracolo; Di queſte preditioni ſe ne ragionaua ſingolarmente frà noi ſoldati, e mi ricordo, che quelli del Signor Colonnello Baldirone, che furono con detto Padre Fedele nella Valle di Pretegauu, & l'haueuano veduto, e trattauano con-

§. 8. *Prædictio rebellionis,*

§. 9. *Prædictio ſui Martyrij.*

§. 10. *Prædictio amiſſionis, & recuperationis Pretegouiæ.*

con eſſo lui, queſti confermauano le ſudette preditioni, come coſe,che detto Padre veramente profetò,di modo che ſe ne ragionaua frà di noi, come di coſa certiſſima, & indubitata, ſi come dunque il detto Padre profetò, così ſuccedè compitamente, perche l'anno ſudetto mille ſeicento ventidue nel meſe di Aprile cominciarono quelli Eretici Grigioni a ribellarſi nella Valle di Pretegauu, e di mano in mano in altre parti, di modo, che ſi perdè tutto quel Paeſe, nel giorno ſteſſo, nel quale cominciò la Rebellione, fù martirizzato l'iſteſſo Padre Fedele, e finalmente nell'anno medeſimo del mille ſeicento ventidue di nuouo ſi ricuperò il Paeſe, e queſta ricuperatione fù veramente miracoloſa, & io vi fui preſente, & aiutai, e con la perſona mia, e con la mia Fantaria &c.

VII. *Teſtis Illuſtriſſimus Dominus Aloyſius de Sultz S.R.I. Comes &c. ætatis annorum 40. ſuper 15. Articulo Proceſſu pagina 159. dixit.* — Ex auditu plurium, & ex publica voce, & fama.

Io hò inteſo molte volte da varie, e molte perſone, che il Beato Padre Fedele viuendo prediſſe, come nella Rhetia ſi ſarebbero gli Eretici ribellati, e che ſi ſarebbe perduto da'Cattolici il Paeſe di Rhetigouia, anzi di queſta preditione vi è fama, e voce tanto publica, che anco i fanciulli ne ragionano nella Città di Veldhirchio, oue trouandomi io circa l'anno mille ſeicento ventiquattro hò inteſo come ſopra. — §. 11. *Prædictio rebellionis.* §. 12. *Prædictio amiſſionis Pretegouiæ.*

Et infrà ibidem tergo.

Di più hò inteſo molte volte da varie, e molte perſone, che il Beato Padre Fedele prediſſe, come doppo la ribellione, e perdita della Rhetigouia, di nuouo i Cattolici hauerebbero racquiſtato quel Paeſe. Di queſta preditione vi è anco fama, e voce publica nella Città di Veldchirchio, oue io l'hò inteſo come ſopra. Mi ricordo in oltre di hauere inteſo queſto medeſimo dalli iſteſſi Grigioni, i quali mi affermarono, che il Padre Fedele haueua predetto queſto; mi ricordo in oltre di hauerlo inteſo da alcuni Signori Canonici di Coira, e mi pare anche di hauerlo ſentito dalla bocca iſteſſa di Monſignore Reuerendiſſimo Veſcouo di Coira. — §. 13. *Prædictio recuperationis Pretegouiæ.*

Di più eſſendoſi già ricuperata l'Agnedina baſſa, e la Valle di Partenz, che fù l'anno mille ſeicento ventidue, trà la fine del meſe di Agoſto, e nel meſe di Settembre, doppo la detta ricuperatione io mi ricordo di hauere inteſo da molte perſone, che il ſudetto Beato Padre Fedele viuendo haueua predetto, che ſi ſarebbe queſta recuperatione con poca perdita de'noſtri, e con Miracolo; e ſicome il Beato Padre prediſſe, così è auuenuto puntualmente. Perche ſi come conforme alla preditione di eſſo Beato Padre ſi ribellarono gli Eretici Grigioni, e ſi perdè il Paeſe dell'Agnedina baſſa, Dritture, & altri luoghi circonuicini, che fù l'anno mille ſeicento ventidue, e cominciò nel meſe di Aprile, così nell'iſteſſo tempo fù martirizzato eſſo Beato Padre Fedele, e pochi meſi doppo il martirio di lui ſi fece la recuperatione, da eſſo Beato Padre ſimilmente predetta, e ciò ſuccedè à forza d'armi, tenendo io in quella Guerra l'officio ſempre di Capitano Generale, e ſi come il Beato Padre prediſſe, che ſi ſarebbe la ſudetta ricuperatione con poca perdita de'noſtri, così fù, perche in tante ſcharamuzze, aſſalti, e battaglie, che noi faceſſimo contro queſti Ribelli Eretici, ſempre reſtaſſimo vittorioſi, e pochiſſimi delli ſoldati noſtri morirono; E pure delli Eretici nemici tanto forti, e ſi bene armati ſe ne fece più volte gran ſtrage &c. — §. 14. *Prædictio d. recuperationis cum interitu paucorum Catholicorum.*

VIII. *Teſtis Dominus Chriſtophorus Romer Scriba Capitanei &c. ætatis annorum 28. ſuper 15. Articulo Proceſſu pag. 222. tergo dixit.* — Ex auditu plurium Militum, qui audierant ipſum Ven. Seruum Dei concionantem.

L'anno ſudetto mille ſeicento ventidue, doppo che fu martirizzato il Beato Padre Fedele, doppo la rebellione de'Griſoni, e la perdita, che noi Cattolici faceſſimo di quelli paeſi, finalmente nel fine di Agoſto, e meſe

 di

di Settembre dell'anno ſteſſo noi recuperaſſimo vn'altra volta il Paeſe; doppo queſta recuperatione ragionando io molte volte con li ſoldati noſtri, e particolarmente con quelli del Signor Colonello Aloiſio Baldirone, li quali erano ſtati inſieme col detto Beato Padre Fedele, quando predicaua nel Pretegauu, e quando iui fù martirizzato, all'hora io inteſi da molti ſoldati, che il Beato Padre Fedele ſtando nella Valle di Pretegauu diſſe più volte alli ſoldati, che eſſo era apparecchiato di ſpargere il ſangue per la Cattolica noſtra Santa Romana Fede, e di più, che li Eretici ſi ſarebbero ribellati, e che molti Cattolici ſarebbero ſtati ammazzati, e li altri ſcacciati da quelli Paeſi; Mà aggiongeua il Beato Padre, che ſe bene li Cattolici perderebbero quel Paeſe, e molti anche la vita in quella ribellione, ad ogni modo quelli, che foſſero morti per la Cattolica Fede, hauerebbero guadagnato il Paradiſo, e che da poi vn'altra volta ſi ſarebbe ricuperato quel Paeſe. Queſte coſe io le hò inteſe più volte dalli ſoldati noſtri, alcuni de' quali anco mi diſſero di hauer ſentite queſte coſe dalla bocca iſteſſa di detto Beato Padre Fedele, e ſe bene io non mi poſſo ricordare bene del nome di tutti, ad ogni modo mi pare, che queſto anche me lo diceſſe all' hora il Signor Giouan Giacomo Fiſcher Sargente ſotto al Signor Capitano Vuiez nel reggimento del Signor Colonello Baldirone, il quale Fiſcher era Cattolico, e natiuo del Marcheſato, e Città di Bada, & adeſſo habita in Alſatia in Amerſuir, e queſto ſi era ritrouato in Parteoz col Beato Padre Fedele, e da lui ſi era confeſſato. Sò certo, che queſto Fiſcher mi diſſe più volte le ſudette coſe, mà non mi ricordo certo, che egli diceſſe di hauerle ſentite dalla bocca iſteſſa del Padre Fedele, mi pare però più di sì: di tutte le ſudette Profetie vi era fama, e voce publica frà di noi ſoldati, & in Maienfeld auanti, e doppo l'incendio di d. Città ſe ne ragionaua trà di noi, come di coſa veriſſima.

§. 15. *Prædictio amiſſionis, & miræ recuperationis Prætegoviæ.*

Num. 7. Ex Proceſſu Curienſi auctorit. Apoſt. fabricato.

Extaſes.

De viſu.

IX. *Teſtis Admodum Reuerendus Pater Frater Syneſius, Sacerdos, & Religioſus profeſſus Capuccinorum, ætatis annorum 30. ſuper 5. Articulo Proc. pag. 178. dixit.*

De Extaſibus Patris Fidelis aliud nihil obſeruaui, quàm quod quaſi immobilis conſiſtens lacrymatus fuerit; Circa verò Prophetiæ donum, mihi occurrit primò ſuperiùs allegata, nempè ſibi ſub Miſſæ Sacrificio de ſubeundo Martyrio, inſpiratio facta; deindè ſubſequens prædictio, cum mihi diſcedens, vt ſupra, addidit, me vltimò in hac forma vidiſti.

Ex Proceſſu Mediolanenſi auct. Apoſt. fabricato.

De auditu plurium Militum.

I. *Teſtis Dominus Andreas de Michelis Ciuis Veldkirchienſis ætatis annorum 25. ſuper 6. Articulo Proceſſu pag. 89. in principio dixit.*

In queſto tempo ragionando con alcuni ſoldati Cattolici del Reggimento del Sig. Colonello Baldirone, io inteſi da molti di loro, che il Beato Padre Fedele fù veduto rapito in Dio, & eleuato in Eſtaſi, mentre il Beato Padre ſi ritrouaua in vn luogo diſtante da Tauos circa vn'hora, queſto io l'hò inteſo più volte, quando il Quartiere noſtro era nel ſudetto luogo di Ghezies, e ſe bene non mi ricordo preciſamente il tempo, fù però auanti foſſe licentiata la Soldateſcha, e può eſſere trà l'anno mille ſeicento ventitre, e mille ſeicento ventiquattro.

De Geſtis in Miſsione paulò ante Martyriū. Num. 8.

Geſta in Miſſione V. Martyris, & Machinationes hæreticorum in eundem.

Ex Proceſſu Curienſi auctorit. Apoſt. fabricato.

De viſu, & auditu proprio.

VIII. *Teſtis Admodum Reuerendus Dominus Georgeus Heuſler Sacerdos, & Parochus ad Sanctum Petrum Diæceſis Curienſis ætatis annorum 33. ſuper 3. Articulo Proceſſu pag. 170. dixit.*

§. 1. *Labores, & conatus in conuertendis Hæreticis.*

Quod Fidei puritatem ad vltimum vſque Spiritum conſtantèr ſeruauerit, ex eo concludo, quod ad Rhætos hæreticos conuertendos deſtinatus, maximè laborauerit eorum hæreſes euellere, & Catholicam Fidem inducere, hinc de Articulis Fidei non tantùm in ſuggeſtu tractauit, ſed me præſente in Zizers Rhætiæ primario Pago Rhætos hæreticos ad amplexandam Fidem Catholicam, & Catholicos in ea perſeuerandum in tumultu præſenti, qui tunc temporis, nempè anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimoſecundo exiſtebat, adhortatus eſt feriò, ad quod quidem prædicationis, & conuerſionis munus tantum habuit feruorem, vt in dictum pagum Zizers ex Oppido Meyenfeldenſi per altiſſimas, quas Cœlum depluerat niues, ſeſe contulerit pedes: prædicatione ſua tantùm effecit, vt aliquot perſonæ, die quodam Dominico, me, & pluribus alijs in Eccleſia Zizeriana præſentibus, & adſpectantibus, publicè Fidei Catholicæ profeſſionem emiſerint. Memini etiam probè me tunc cum pluribus alijs præſentem fuiſſe, quandò milleſimo, ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo in dicto pago Zizers, ac in Ædibus ibidem Parochialibus Nobiles Dominos Rodulphum de Salis, & Laurentium Gopffer Landamanum in Zizers per binas, aut ternas horas in Articulis Fidei Catholicæ inſtruxit, & grauiſſimis rationibus hæreticos, eorum errores circa Fidei Myſteria refutauit, ac in particulari multa cum ipſis de Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramento conuerſatus eſt, & dictum Dominum Laurentium adhortatus eſt, vt intellectum ſuum circa tàm inſcrutabile Myſterium Fidei captiuaret, & Eccleſiæ Cattholicæ Sacerdotibus fidem adhiberet. Alio quodam Dominico die circà Feſtum Purificationis Beatæ Mariæ Virginis Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo, poſtquam Pater Fidelis in Eccleſia Parochiali Zizeriana Cultum Diuinum concionando, & prædicando peregit in publicum Conuentum, ſeu Cœtum, veniens ſupradictus Nobilis Dominus Rodulphus de Salis, receptam, & traditam ſibi paulò ante à Patre Fidele Fidei Cattholicæ profeſſionem publicè, & coram toto Cœtu legit, & emiſit, quo facto, Pater Fidelis publicè exclamauit, & edixit, vt ad exemplum huius Nobilis Viri omnes, ac ſinguli, qui in præſenti tumultu militari Catholicæ fidei addicti eſſe velint, in publicum prodirent, & ſigno aliquo ſenſibili, ſeu externo fidem ſuam proteſtarentur. Itaque multi ſtatim publicè prodierunt in medium, & porrectione manuum ſuarum dicto Patri Fideli facta declarauerunt, ſe bonos Cattholicos permanſuros, & hoc poſtmodùm ab illis met audiui, qui fidem ſuam talitèr profeſſi fuerunt, pariterquè de hoc in dicto pago Zizeriano communis eſt vox, fama, & notitia.

§. 2. *Affectus heroicus prædicationis.*

§. 3. *Confutatio errorum Hæreticorum.*

§. 4. *Publica profeſſio Fidei Catholicæ plurium Hæreticorum.*

Ad dictæ fidei Catholicæ propagationem ſpectat etiam, quod inter alios actus Religionis etiam Calendarium nouum Romanum in dicto pago Zizers introduxerit, & ad eundem etiam in Venderſarz introducendum me quoque feriò eſt adhortatus.

§. 5. *Alia geſta ad Religionis Catholicæ propagationem.*

XXVIII. *Teſtis Dominus Iacobus Merchardt Chirurgus Veldkirkÿ ætatis annorum 26. ſuper Articulis Proceſſu pag. 227. tergo dixit.*

Partim de viſu, & partim de auditu.

Ratione dicti Patris Fidelis primò atteſtor hoc, quod ipſum nouerim in Pre-

§. 6. *Prauidens rebellionem Catholicos hortatur ad ſacramentalem Confeſſionem.*

Pretegouia, dùm ipſi in Kublitz confeſſus ſum, vt miles ſub Baldironico Regimine. Secundò aliter non aduerti, quàm quod prædictus Pater fuerit Vir, & Capuccinus valde deuotus, & zeloſus, præſertim veſperi, antequam ipſe, & multi alij milites à Rebellibus Pretegois, & Rhætijs trucidati fuerunt, ipſe nos milites feriò adhortatus eſt, & fideliter admouit ſic dicendo: Cum in magno vitæ diſcrimine ſimus, nec ſciatis quando inuadendi ſimus, proindè obſecro, vt nos reconciliemus Deo

§. 7. *Quam omnes Catholici emiſerunt, & multi Haretici conuerſi ſunt.*

per Sacramentalem Confeſſionem, & abſolutionem; Et cum hac feria ſua adhortatione non tantùm effecit, vt milites Catholici eidem confeſſi ſint, verùm etiam multi Acatholici, qui ſub noſtro Regimine fuerunt, ad ipſum venerunt, & præuia facta confeſſione ſe abſolui curarunt, ſicuti partim ipſe vidi, partim ab alijs audiui: Mihi etiam certò conſtat, quod per feruentem cohortationem dicti Patris Fidelis aliquot hæretici in Kublitz conuerſi fuerint, qui poſtmodùm à reliquis multas perſecutiones paſſi ſunt.

De auditu proprio V. Serui Dei.

XXX. *Teſtis Nobilis, & Strennus Dominus Ludouicus VVietz Officialis Auſtriacus ætatis annorum 28. ſuper Articulis Proceſſu pag. 232. dixit.*

Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo circa Feſtum Paſchæ Malantij exiſtens, Reuerendo Patri Fideli paulò ante Martyrium colloquutus inter alia dixi, ac quæſiui, cur ſe tantis, & tàm certis ob oculos

§. 8. *Cauſa Martyrij ex parte V. Serui Dei.*

verſantibus periculis, vitam illi certiſſimè auferentibus, obijcere velit, & obijciat? Ipſe ſeruus Dei mihi reſpondit, ſe hoc facere ob ſuperiorum ſuorum obedientiam, & conuerſionem hæreticorum in his partibus magno numero exiſtentium, & ob ſalutem proximi ſui: Addidit, quod quamuis indignum ſe reputaret, nihilominùs ad Dei Gloriam, Catholicæ Religionis propagationem, & proximorum ſuorum ſalutem, ſæpè ex intimo corde ab Omnipotenti Deo petijerit Martyrij aſſecutionem, cuius coronam ſibi à Domino Deo præparatam ſciret, ſuper quibus dicti Patris reſponſis ego non parùm obſtupui, & apud me pro certo teneo, quod non niſi ob Catholicæ Fidei odium, eò quod illius propagationem tam feruentèr quæſiuerit, fuerit trucidatus à Rebellibus hæreticis Pretegoijs, prout de hoc ipſo ab eo ſtatim tempore, & hactenùs ſemper paſſim, & vbique communis vox fuit, & fama, & adhuc eſt.

§. 9. *Conuerſio triū Hæreticorum.*

Idem ego probè etiam recordor, & ſciò, quia vidi, quod dictus Seruus Dei Pater Fidelis tres ex militibus mihi commiſſis ad fidem Catholicam conuertit, & quod duo ex illis Catholicæ fidei profeſſionem fecerint, & eoſdem (prout, & alios meos milites) me præſente, & audiente, efficacibus verbis ad fidei conſtantiam, & ad fortitèr pro ea ſubeundam mortem, mediante qua martyrij palmam, & coronam vna ſecum ad

§. 10. *Charitas erga Milites infirmos.*

pturi forent, eſt exhortatus: Vidi deniquè, & obſeruaui, quod Optimus Pater multam Charitatem, & officia erga milites infirmos, eoſdem viſitando, conſolando, iuuandoque exercuerit.

De auditu ipſius V. Serui Dei.

XLIII. *Teſtis Admodum Reuerendus Pater Frater Ioannes à Kruenuangen Sacerdos, & Religioſus profeſſus Capuccinorum, ætatis annorum 48. ſuper 5. Articulo Proceſſu pag. 262. tergo dixit.*

§. 11. *Exhibitio capitum pro Catholica Religionis propagatione, hæreſumque extirpatione.*

Magnum etiam dicti Serui Dei Patris Fidelis ad Fidei Catholicę propagationem, hæreſumque extirpationem, zelum, & feruorem colligo ex præſenti hoc, quod Dominis Iudicibus Apoſtolicis exhibeo, ſcripto, in quo ſeptem Puncta continentur, propria Patris Fidelis manu exarata, & Sereniſſimi Archiducis Leopoldi Præfecto Domino Aloyſio Baldironi Tridentino poſt Dominicam tertiam à Paſchate Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo in dicto pago Gruſch Pretegoiæ eo fine ab ipſo præſentata, vt mediante Suæ Serenitatis, & eiuſdem Officia-

lium

lium authoritate, ac imperio fides Catholica in Pretegoia vberiùs incrementum capere, & firmiùs conſeruari poſſet. Porrò de eiuſmodi punctis iàm egerat Pater Fidelis cum Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo noſtro Diœceſano, Domino videlicèt Ioanne Ilugio Epiſcopo Curienſi; & quantùm ab eodem Patre percepi, dictus Reuerendiſſimus Dominus Epiſcopus probauerat eiuſmodi puncta; & ſimul collaudauerat, vt aptè proponerentur Pretegouienſibus. §.12. *Dicta capita ab Epiſcopo approbata fuerunt.*

Tenor dictorum Punctorum, Proceſſu Curien. pag.264. §.13. *Tenor dd. capitum.*

Puncta Communitates in Pretegoia cõcernentia.

PRimò. Vt Prædicantes ex hac Regione amandentur.

Secundò. Vt ſubditis omne exercitium Zuuinglianum, Caluiniſticum, vel aliud, quod Romanæ Catholicæ Eccleſiæ contrarium eſt, totalitèr & omninò abrogetur, tam intrà, quàm extrà Pretegoiam.

Tertiò. Vt non clandeſtinè ſimul conueniant, & ſuos libros hæreticos ſibi inuicem prælegant.

Quartò. Vt ſubditi Viri, ac Mulieres, Liberi, ac familiæ (ſinè præiudicio tamen ſuorum negotiornm domeſticorum, atque ob alias rationabiles cauſas, quas probabunt) adigantur, & ſub pœna obligentur ad Catholicas Conciones, & Cathechiſmum accedere.

Quintò. Conciones autem, & Cathechiſmus ſingulis diebus Dominicis, & feſtiuis ſecundùm reformatum nouum Calendarium (quod impoſterùm à Prætegoijs acceptum eſto) habebuntur: In hebdomada autem ad minimum ſemel.

Sextò. Nemo etiam debebit cogi Catholicam Fidem ſuſcipere, aut ſuam, vt falſam abiurare, donec per Conciones, Cathechiſmum, aut familiaria colloquia fuerint informati, & inſtructi, itaut liberè, & non coactè fidei Catholicæ Romanæ profeſſionem emittant, & ſuam vt falſam abiurent, & reprobent. Interìm nemo ad Miſſam, aut ad confitendum adigi debebit, donec, vt ſupra dictum eſt, Catholicus fiat.

Septimò. Vt pro noſtræ Sanctæ Catholicæ Religionis exercitio in omnibus Templis Altaria, & Cathedræ erigantur.

Et infrà pag. 274. tergo poſt relata ſupradicta Puncta Religionis ſubdit.

Horum itaquè Articulorum publica Intimatio, & explicatio prædicta facta eſt, prout ſuprà in pago Gruſch Prætegoiæ Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo in menſe Aprilis poſt Dominicam tertiam à Paſchate, feria nimirùm circitèr quarta. §.14. *Intimatio dd. capitum.*

Subſequentèr in eadem hebdomada poſt Dominicam tertiam à Paſchate Anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi ſecundi, nimirùm feria ſexta, quæ fuit vigeſima ſecunda Menſis Aprilis, facta eſt conuocatio aliorum hæreticorum in alio quodam pago Prætegoiæ Luceyn, ſiue Lucinum appellato, ſed illi hæretici nolebant conuenire, & cùm tandem nonnulli eorum fuiſſent congregati, idem Dominus Baldiron intimauit illos articulos in genere, & in ſpecie tradidit ſimilitèr Patri Fideli, Pater autem Fidelis, ibidem quoque perſonaliter exiſtens, ore ſuo proprio propoſuit eiuſmodi articulos, ac prout ſupra paritèr aptis verbis explicauit; ſed tunc hæretici ibidem congregati cæperunt contradicere, & tumultum excitare, dicentes, ſe habere Fidem Euangelicam, Pater autem Fidelis verbis pacificis ſedauit tumultum, & conatus eſt eis perſuadere, quod fides illorum non erat tecta, & ſi ſaluari vellent, neceſſarium eſſe, vt Fidem Catholicam amplecterentur; Quibus omnibus ego quoque interfui, eaque vidi, & audiui. §.15. *Cõtradictiones Hæreticorum circa dicta capita, eorumq; tumultus.* §.16. *Ven. Seruus Dei tumultum ſedauit.*

Ex

Ex publico, & notorio, & in pluribus de viſu.

X. *Teſtis Admodum Reuerendus Pater Frater Alexius de Pago Kurnuiler Spirenſis Sacerdos, & Religioſus profeſſus Capuccinorum, ætatis annorum 25. ſuper 5. Articulo Proc. pag. 162. tergo dixit.*

Publicum, & notorium eſt, quod Pater Fidelis à Sigmaringa Profeſſus
§. 17. *Initium Miſsionis V. Serui Dei.* noſter Capuccinus, idemque Sacerdos, Concionator, & Confeſſarius
miſſus fuit in Rhætiam ad propagandam Catholicam Fidem; quæ miſ-
ſio cœpit ab anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo primo, cum ille eſſet
Guardianus in Monaſterio Veldkirchenſi. Anno autem ſequenti mil-
§. 18. *Fructus Spirituales d. Miſsionis.* leſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo cum ex laboribus dicti Patris Fi-
delis vlterior in dies fructus ſpiritualis in Rhætia colligeretur, eamque
miſſionem, & Sancta Sedes Apoſtolica, Sacraque Congregatio de Pro-
paganda Fide non ſolùm approbaſſent, prout publica vox, & fama eſt,
§. 19. *Geſta V. Serui Dei & Teſtis in Miſsione ad Animarum ſalutem.* verùm etiã ad ampliora promouere ſatagerent; Tunc & ego miſſus fui,
vt in eadem vinea Domini collaborarem; Cum ego tempore Quadra-
geſimalis ieiunij eodem Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecun-
do Curiam Rhætorum veniſſem, ibidèm reperi præfatum Patrem Fide-
lem, qui mihi etiam in mandatis dedit, vt quædam procurarem, quæ
Dei Cultum, & Animarum ſalutem in ea miſſione pertinebant. Ille ve-
rò paulò poſt ad alia Rhætiæ loca ſe contulit, vt inibi Sanctam Catholi-
cam, & Apoſtolicam Romanam Fidem euangelizaret, prout etiam re
ipſa præſtitit, & prò poſſe Animarum ſaluti cooperatus eſt. Ego autem
cum ſocio meo Patre Hugone ex Tauu, Sacerdote Capuccino remanſi
Curiæ, & in Dominica Paſſionis in Eccleſia Cathedrali Concionem
habui, & Calendarium quoque Gregorianum publicaui. Poſteà diſceſ-
ſi in Pretegouiam, & deueni in Arcem Caſtels, indè veni in Luceyn, in
Cublis, in Fideris, in Ienats, quibus in locis permanſi vſque ad proxi-
mum feſtum Dominicæ Reſurrectionis ibidem concionando, celebran-
do, Confeſſiones militum excipiendo, & diſcurrendo per ea loca, ad
quæ vel occaſio, vel tempus dabatur. Celebrato Paſchatis feſto, reuer-
ſus ſum in Caſtels, & feria ſecunda Paſchæ Concionem habui, & Miſ-
ſam celebraui in pago Grüſch, vbi frequentes habui Confitentes ex
militibus, ex Incolis neminem. Ibi adfuit deuota quædam Virgo, oriun-
da ex vicino pago Seuis, nomine Agatha, quam Deus in pago Rappen-
ſuuil illuminauerat, vt Fidem Catholicam profiteretur. Hæc multis
precibus inſtitit, vt in pagum Seuis aſcenderem, dixitque, velle ſe id
Incolis annunciare, itaut frequentiſſimum auditorium ibi ſim habitu-
rus, promiſi, me venturum craſtina die, præcurrit illa, publicat Seuien-
ſibus venturum Capuccinum, concinaturum, habiturum Miſſam, & ad-
hortabatur, vt data hora aduenirent. Mane ſequenti adſum, pulſo ad
Templum ſolemniter, nemo comparet; egredior in Pagum, habeo oc-
§. 20. *Impedimenta præſtita à Mulieribus hæreticis prædicationi Catholicæ Fidei.* currentem cateruam iuuentutis, incipio cum illis Cathegeſin: & ecce
occurrunt Matres, percutiunt filios, minis abigunt, talemque tragediam
mali ibidem excitarunt, vt vix prædicta mulier Agatha auderet com-
parere: Seuienſes enim illi erant obſtinati hæretici, & Sanctam noſtram
Catholicam Romanam Fidem abhorrebant, eoſque oderant, qui illam
inter eos propagare nitebantur.

Die vigeſima Martij Anni eiuſdem milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi ſecun-
§. 21. *Alia geſta Teſtis in d. Miſsione.* di ex pago Grüſch ad Congregationem Badenſem diſceſſi. Iàm enim
Patres Heluetiæ noſtræ Prouinciæ ſtatuerant celebrare Congregatio-
nem Prouincialem Badæ ad diem decimam octauam, menſis Aprilis anni
eiuſdem milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi ſecundi, cui Congregationi in-
tereſſe volebat Illuſtriſſimus, ac Reuerendiſſimus Dominus Alexander
Scap-

Scappius ad Heluetios, & Rhætos Catholicam Fidem, opportuna forent; ea ex communi voto,& decreto maturiùs, & vberiùs ibidem concluderentur. Porrò ex mandato dicti Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi Domini Nuncij, ego ad dictam Congregationem comparere debui; vt facta Miſſionis viſitatione referrem, quæ pro dicta Catholicæ Fidei propagatione occurrerent. Sed Admodum Reuerendus Pater Matthias ab Augia, tunc temporis Miniſter noſter Prouincialis iniunxerat mihi, vt hunc diſceſſum meum intimarem dicto Patri Fideli ad effectum, vt ipſe Pater Fidelis Miſſioni, & ſaluti Animarum proſpicere poſſet, & ea quoque ſuſtinere, ac implere, quæ alioquì fuiſſent mei muneris, ac oneris, ſi ibidem adhuc permanere potuiſſem; Hæc igitur expoſui ... dicto Patri Fideli oretenùs,cum ambo eſſemus Curiæ; deindè ſcripſi eidem ex prędicto pago Gruſch Pretegoię, ſignificando, quod iam diſcedere me oportebat, ſimulque precando, vt aduentum ſuum maturaret, nam prætèr negotium Conuerſionis hęreticorum aderant etiam duodecim, vel plures nationis Gallicæ milites, qui in Paſchate confiteri petierant, ſed ego propter linguæ imperitiam eorum Confeſſiones excipere non valueram, quos ipſe optimè audire poterat,cum etiam calleret Gallicum idioma.

§.22.
Nuncius Apoſtolicus,& cæteri Patres ob ſtrenuas Virtutes V. Serui Dei, eum conſtituunt Miniſtrum principalem Miſſionis.

Paulò poſt obitum dicti Patris Fidelis, cum nos Auſtriaci Milites poſtrema vice Mayenfelda ædderemus, dixerunt Rhæti ad me, & ad alios, vos filij Diaboli, abite hinc, & ſi redieritis, ſiuè Clerici, ſiuè Monachi, tunc vos omnes trucidabimus; ſicuti Capuccino factum eſt; ſcitote, quod nos huiuſmodi Clericos, & Monachos in noſtra Regione pati nolimus, ſed illo trucidabimus, antequàm veſtram putridam Fidem ſuſcipiamus.

§. 24. *Odium Hæreticorū in Sacerdotes, & Religioſos.*

§. 25. *Odio Religionis V. Dei Seruus occiſus fuit.*

Memini prætereà poſtquàm ex Meyenfeld domum reuerſus fui, me anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo tertio in Ianuario, vt puto a duobus Hæreticis Meyenfeldenſibus, quorum alter Auriga, alter Faberlignarius fuit, expreſsè audiuiſſe, quod Pater Fidelis Capuccinus ſolummodò ob Catholicam Fidem, quam ille in ipſorum Regionem voluit introducere, trucidatus fuerit.

§. 26. *Solùm ob Prædicationē Catholicæ Fidei trucidatus extitit.*

Ex auditu Hæreticorum.

LXXIX. *Teſtis D. Iacobus Surle ex Monte Farina, ætatis annorum 46. Proceſſu pag. 366. tergo dixit.*

Quod ad Beatum Patrem Fidelem Capuccinum attinet, & præſertim eiuſdem mortem, ſeù martyrium, ego Malantij, & Fleſchij, in quibus locis ſub Capitaneo Grentzuig, & Capitaneo Kleinhans militauī, & Quartir habui, anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo, & milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo tertio à Rhętis hæreticis ſæpiùs audiui, quod ipſum ideò trucidauerint, quandoquidèm ipſis Papiſticam Religionem inducere voluerit, & concionatus ſit. Ego etiam Fleſchij in Ædibus Andreæ Hermanni, quas ego cum alijs pro Quartir habui, ipſum Hermannum, illius vxorem, & filium Marthiam Herman multotiès dicentes audiui, quod ipſi laruatos illos (ideſt Capuccinos) omninò in Regione ſua pati nolint,

§. 27. *Ob propagationem Catholicæ Religionis Ven. Dei Seruus occiſus fuit.*

nolint, neque ipſorum fidem ſuſcipere, ſed potiùs trucidare velint, ex quibus facilè colligo, bonum Patrem Fidelem, vt qui tunc temporis in Rhætia commoratus, & Catholicam Fidem concionatus fuit, ſolummodò ob hanc cauſam trucidatum fuiſſe.

LXXX. *Teſtis D. Matthias Nachbaur Incola Veldkirchij, ætatis annorum 29. Proceſſu pag. 368. dixit.* In aliquibus de viſu, & in aliquibus ex auditu Hæreticorum.

Quod ad Beatum Patrem Fidelem Capuccinum attinet, ego ipſum noſcere cœpi in Rhætia, quandò nimitùm anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo, tamquàm Miles ſub Capitaneo Gretzing, & Capitaneo Kleinhans ſtipendia feci. Tùm ipſum Malantij, & Fleſchij ſæpiùs vidi Militum Confeſſiones excipientem, ipſos Sacroſanctis Sacramentis prouidentem, & alia huiuſmodi bona opera exercentem. Ipſe etiam ego audiui eum nos Milites feruidè adhortantem fortitèr, & conſtantèr, vt in Fide Catholica perſeueraremus.

§. 28. *Pietatis opera à Ven. Seruo Dei geſta.*

Item in prædictis Malantij, & Fleſchij, alijſque in locis expreſsè audiui hæreticos Rhætos talia Verba effundentes. Volumus iſtos, nequam Capuccinos, & Sacerdotes fures omnes ex Regione eijcere, & antequàm ipſorum Papiſticam Fidem ſuſcipere velimus, potiùs ipſos interficiemus. Et ad huiuſmodi ſermones dictus Beatus Pater Fidelis breui poſt trucidatus fuit; Vndè ipſe à me, & alijs Catholicis meritò pro Sancto Martyre habetur.

§. 29. *Odium Hæreticorũ in Capuccinos Catholicam Religionẽ propagantes.*

LXXXI. *Teſtis D. Gaſpar Reſtlin Incola Veldkirchij, ætatis annorum 32. Proc. pag. 369. tergo dixit.* In aliquibus de viſu, & in aliquibus de auditu Hæreticorum.

Beatum Patrem Fidelem ego in Rhætia Fleſchij, & alijs in locis, in quibus ego tamquàm miles vna cum pluribus alijs quandoquè ſub Capitaneo Brentzing, & Kleinhans Quartir accepi, ipſum vidi multotiès concionantem, Confeſſiones excipientem, & alia opera Charitatis erga ægrotos milites exercentem, itaut ipſe ab omnibus Catholicis multùm laudatus, magniquè extimatus fuerit. Cum autem ſupradictus Pater Fidelis Martyrio affectus fuit, ego in Pago quodam Pretegoiæ nomine Fleſch verſatus fui, vbi ſæpè audiui, quod hæretici Rhæti, & milites gloriati, ac ſimul minati fuerint, quod qualiter Patrem Fidelem, eo quod ipſis Papiſticam Fidem concionatus ſit, occiderint, ita, & ſimili modo omnes reliquos Capuccinos, & Sacerdotes tractare velint, & experiri, quiſnam ipſos Rhætos à ſua fide auertere, & Papiſticam introducere tentaturus ſit.

§. 30. *Pietatis opera à V. Seruo Dei exercita.*

§. 31. *Hæretici gloriabantur necem intuliſſe V. Martyri ob Prædicationẽ Fidei Catholicæ.*

LXXXIII. *Teſtis D. Valentinus Werlin Pretegoiæ, vnus ex Præfectis loci Saas, ætatis annorum 60. Proc. pag. 373. tergo dixit.* In aliquibus de viſu, & in aliquibus de auditu Hæreticorum.

Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo, aliquot ante diebus priùs quàm ipſe Pater Fidelis Capuccinus Beatus Seruus Dei trucidatus fuit, Colomnellus Baldiron ob quædam negotia in Pagum Gruſch me miſit, vbi prima vice ipſum Patrem Fidelem vidi, qui, & inter cætera quæſiuit ex me, num eſſem Catholicus? cui cum ego, ita ſum Catholicus, catholicè viuam, & moriar, reſpondiſſem, inquiebat ille, & ſuam propriam manum ſuo pectori ſuperimponens hortabatur me, vt in iſta fide ſemper conſtans perſeuerarem, & vlteriùs aiebat, hanc ſolam, veram, & ſaluificam eſſe fidem, & quod hoc ita ſit, velle ſe dixit animam ſuam pro anima mea oppignorare.

§. 32. *Studium Ven. Serui Dei in Fidei Catholica propagationem.*

Et infra pag. 374.

Quod ad ipſius Patris Fidelis Martyrium, & obitum ſpectat, ego ipſe ſæpiùs ab iiſdem Pretegoijs audiui, quod ipſi in ſuis Communitatibus, & Congregationibus, expreſsè, lucidè, & clarè (inter quos præſertim fuit Martinus Liettin ex Krublitz Arnanus, ſiue Præfectus) dixerint, & locuti fuerint ſic: meritò iſtum Capuccinum (Patrem Fidelem) occidimus,

§. 33. *Hæretici gloriabantur occidiſſe Ven. Seruum Dei ob Prædicationem Fidei Catholicæ.*

dimus, quia ipſe adeò verſutus, & aſtutus nequam fuit, vt nos omnes ſucceſſu temporis, verbis ſuis delinitis, & planis ad Papiſticam Fidem reduxiſſet.

Præterea ſæpiùs etiam audiui, Prætegoios gloriatos fuiſſe, quod ipſi Capuccinum trucidauerint, & tali medio in antiquam fidei libertatem ſe iterùm poſuerint.

§.34. Eadem gloriatio.

Et propter id, quod ego ipſe in dicto Patre Fidele piæ memoriæ vidi, & ab alijs audiui, & propter bonum eius exemplum, & Sanctam Doctrinam, quam ipſe prædicauit, æſtimo ipſum glorioſum, & magnum Sanctum in conſpectu Dei exiſtere, & quia ipſe ob Catholicam Fidem, quam docuerat, & in Pretegoiam introducere voluerat, Martyrio affectus, & occiſus fuit, cenſeo ipſum verum eſſe Martyrem, qualis etiam fama de illo habetur apud omnes Catholicos in hac Regione.

§.35. Sanctus Martyr exiſtimatur.

Ex Proceſſu Conſtantienſi auct. Apoſt. fabricato.

XV. *Teſtis Rev. Frater Meinradus à Rappenſuuil Religioſus profeſſus Capuccinorum Laicus, ætatis annorum 42: ſuper 17. Articulo Proc. pag. 184. tergo dixit.*

In pluribus de viſu, & in aliquibus de auditu Hæreticorum.

Quæ in hoc Articulo continentur, ita ſe ſe habere ab alijs, eum à Religioſis noſtri Ordinis, tùm à Secularibus perſonis audiui, ſicuti de his communis vbiquè fama, & publica vox eſt, quod Pater Fidelis ob Catholicam Religionem ab hæreticis occiſus fuerit, quamuis autem tunc ego non fuerim præſens, poſtea tamen eodem adhuc anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo in Cœmeterium Seuiſianum deueni, vbi eiuſdem Patris Fidelis Cadauer cum alijs quibuſdam exhumare iuſſi, & quandoquidèm expreſſa ſigna in habitu depræhendi, Patrem Fidelem circa ſiniſtrum latus Corporis ad viginti minimùm vulnera accepiſſe, magna commiſeratione motus, duos Ruſticos ex Pago Seuis, qui iuxta me ſteterunt, ſic affatus ſum, quantam crudelitarem erga bonum Patrem exercuiſtis? reſponderunt mihi; Vulnera illa Patri inflicta fuiſſe à quibuſdam militibus, qui coniurauerant, arma ſua, & gladios ſuos in nequam hunc hæreticum (ita appellabant Patrem Fidelem) ſe adacturos, inque eius Corpore verſuros, vt meliorem hinc aciem percipiant: Præfati quoque Ruſtici indicabant, magno ob necem talis viri ſe affici dolore. Vlteriùs aduerti Patris Fidelis coſtas in dextera Corporis parte omninò contuſas, & fractas fuiſſe, ſicut, & in tibia ſiniſtri pedis magnum vulnus inflictum fuit. Caput quod attinet illud in ſiniſtra parte ita contuſum, ac diffractum erat, vt fruſtilla omnia nobis colligenda, interiuſquè ſubducto panno lineo à nobis componenda, ac conglutinanda fuerint; in altera parte verò Capitis, duo ſæua, & immania vulnera viſenda erant, vt mirum non fuerit, quod Pater Fidelis mox in terram cadens breui poſt Animam Deo reddiderit.

§.36. Teſtis vidit Cadauer Ven. Martyris ſauciatum.

§.37. Hæretici necem intulerunt V. Martyri ob Religionem.

§.38. Teſtis vidit partes Corporis contuſas, & plura vulnera.

Quod ſæpedictus Pater Fidelis ſolummodò ob confeſſionem Fidei Catholicæ occubuerit, quantùm æſtimo, etiam indè concludi poteſt, nam cum Rebelles Rhæti ea ipſa die, qua Patrem Fidelem trucidarunt, Auſtriacum quendam Capitanei Locumtenentem nomine Popp cepiſſent, illum ad mortuum Patris Fidelis Corpus, quod adhuc inſepultum in terra iacuerat, deduxerunt, dictumque Capitanei Locumtenentem ſic affati ſunt; Vides hìc Idolum tuum, quod vos Papiſtæ ita adoraſtis, ac tanto in honore habuiſtis, cum tamèn tàm magnus fuerit hæreticus. Et ſupradicta omnia, vti inſinuaui, ipſe met ab eodem Domino Fridcrico Popp audiui.

§.39. Solùm ob confeſſionem Catholicæ Fidei Hæretici ſeſſi ſunt necem V. Seruo Dei intuliſſe.

LIII.

LIII. *Teſtis Illuſtriſſimus D. Fridericus Popp Centurio Archiepiſcopi Salisburgenſis, ætatis annorum 37. Proc. pag. 309. tergo dixit.* In pluribus de viſu, & in aliquibus de auditu Hæreticorum.

Dicti Patris Fidelis exhumationem, ſeù translationem, quod concernit, res hoc modo geſta eſt. Poſtquàm dicto milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo Anno, Dominus Belli Dux Aloyſius Comes de Sultz &c. Pretegouiam cum alijs Rhætiæ partibus rursùm vi, ac armata militum manu ſubegiſſet, ac deuiciſſet, mihi tamquàm Capitanei Locumtenenti, & qui iam antea à prædicta Rhætorum Captiuitate liber euaſeram, iniunctum fuit, vt cum pluribus alijs Sclopetarijs tres Capuccinos, è quorum numero Frater Meinradus, Monaſterij tunc Conſtanſienſis Ianitor etiam vnus extitit, vſque in Pagum Seuis comitarer, & contutarer, ibiquè Patris Fidelis glorioſæ memoriæ Sepulcrum ipſis demonſtrarem: quod etiam à me factum fuit; nam inſinuatum Sepulchri locum indè bene noueram, quia illud ipſum eo tempore, quo captiuus in Seuis extiti, aliqui Pretegouienſium mihi demonſtrarunt, ſimulque cauillando ad me dixerunt: Ecce hic tumulatus iacet Capuccinus tuus, ideoquè Teſtis noſter eſto, quod eum more Papiſtico, crucem tumulo inffigendo, ſepeliuerimus. Poſtea quàm ergò dictis Capuccinis Sepulchrum Patris Fidelis beatæ memoriæ oſtendi, illique tumulum aperuiſſent; Ego ipſe Corpus ſuo Capuccinorum habitu indutum conſpexi in Sepulchro poſitum; Quia verò præfati Capuccini eo tempore ad transferendum Corpus, nec Tumbam, ſeù loculum, in quo illud reponerent, ac includerent, ſecum haberent, ego ipſe vidi, quod terram ſupra Cadauer congeſſerint, & ſicuti antea fuerat, operuerint (capite ſibi reſeruato) poſt duas verò circitèr ſeptimanas, rursùm ex gratioſo mandato Domini Belli Ducis Comitis de Sultz cum pluribus Sclopetarijs, & ſex Capuccinis, è quorum numero ipſemet D. Pater Prouincialis vnus erat Mayenfelda, rursùm verſus Pagum Seuis iter direxi, vbi poſtquam aperto rursùm Tumulo, Corpus extraxerunt, illud viua calce operientes, repoſuerunt in Tumba lignea, quã clauis infixis concluſerunt, & in Carrum collocarunt: Indè omnes ſimul cum corpore prędicto Meyenfeldam regreſſi ſumus, & ibidèm in quadam domo, poſtmodùm verò in Caſtris aſſeruatum extitit, quouſque Caſtra mota ſunt, ac Curiam versùs ductus fuit exercitus: tunc nimirum Tumbam Rhædæ impoſitam, illud nobiſcum ad portas vſque Ciuitatis perduximus. §.40. *Odium Catholicæ Fidei.*

Ex Proceſſu Mediolanenſi auct. Apoſt. fabricato.

V. *Teſtis Perilluſtris D. Alphonſus Vareſius Mediolanenſis, ætatis annor. 26. ſuper 17. Articulo Proc. pag. 125. dixit.* De auditu plurium, & præſertim Hęretici pręſentis Martyrio.

Queſto Martirio fù fatto l'anno ſudetto mille ſeicento ventidue adì ventiquattro Aprile, & il Corpo di eſſo Beato Martire fù ſepolto nel Cimiterio di detta Chieſa di Seuis, preſſo al luogo, doue fù martirizzato, e di queſta Sepoltura io ne ſono informato per publica voce, e fama, e perche io in fatti viddi li ſteſſi Padri Capuccini, e parlai con eſſi loro, quando andarono à riconoſcere il luogo della Sepoltura. Di più io hò inteſo le ſudette coſe, anche per bocca di vn Eretico Grigione, il quale fù fatto prigione nel tempo, che noi entraſſimo nella Rheria, e combattendo recuperaſſimo, come ſopra hò detto, il Paeſe, queſto Eretico reſtò prigione della Compagnia del Capitano Alberto Adolfo, queſto Capitano all'hora era ammalato in Velchirchio, mà la ſua Compagnia fece quel prigione con vn'altro, e queſta Compagnia era nel Terzo iſteſſo, che la mia, deſideroſo io adunque d'intendere particolarmente, come foſſe paſſato il Martirio di detto Padre Fedele, io domandai que-

ſto prigione all'Alfiere di detta Compagnia, che ſi chiamaua il Ceraſola, queſto Alfiere mi concedè quel prigione, & io l'intertogai diligentemente ſopra il Martirio ſudetto, & egli mi raccontò, come li ſuoi Grigioni, che egli non chiamaua Eretici, mà Criſtiani riformati, haueuano ammazzato il ſudetto Padre Fedele Capuccino nel luogo, tempo, e maniera ſudetta: E confeſsò di più, che non per altra cagione l'haueuano ammazzato, ſe non perche il detto Padre Fedele voleua diſtruggere la loro Religione riformata, così mi raccontò coſtui in vn luogo chiamato Cicero, e fù nel principio di Settembre dell'anno ſudetto mille ſeicento ventidue, e me lo raccontò nello ſteſſo corpo di Guardia publicamente, & egli di bocca propria ſi confeſſaua eſſere della ſteſſa Religione riformata, che in verità è peſſima Ereſia; di più confeſsò coſtui all'hora, e diſſe, che egli era ſtato preſente nell'atto medemo, quando il detto Padre Fedele fù martirizzato, e diſſe di hauere egli ſentito, e veduto tutte le ſudette coſe fatte contra del Martire, mà raniſtoſi poi, e temendo, che noi non l'ammazzaſſimo in vendetta del Santo Martire, ſoggionſe queſto Eretico dicendo, ſe bene io ſono ſtato preſente quando fù ammazzato il Padre, ad ogni modo io non l'hò mai ferito.

§.41. *Haretici necem intulerunt Ven. Martyri ſolùm ob ſtudiū extirpandi corū ſectam.*

§.42. *Haereticus id referens interfuit Martyrio.*

De auditu Hæreticorum, & in aliquibus de viſu, & circa Martyriū de auditu alterius ex Interfectoribus.

VI. *Teſtis D. Ioannes Iodocus Rhatus, Sacræ Theologiæ Studens, ætatis annorum 27. ſuper 17. Articulo Proc. pag. 145. tergo dixit.*

L'anno mille ſeicento ventidue adì ventiquattro Aprile cominciarono li Grigioni Eretici nella Valle di Parienz à ribellarſi, & ad ammazzare li Cattolici. In quel tempo io mi ritrouauo nella ſudetta infelice reſidenza di Pontreſina in Agnedina alta, & il giorno ſeguente venne la nuoua certa di queſta ribellione, e ſi diceua in prima che, quelli Eretici haueuano ammazzato tutti li Capuccini, poi ſi inteſe la verità, che ſolo haueuano ammazzato il detto Padre Fedele. Queſto ſi diuolgò per tutta l'Agnadina alta in breue tempo, e queſta morte fù coſa tanto publica, e notoria, che ſe ne parlaua, come di coſa veriſſima, e ſempre ſentij dire, che quelli Eretici haueuano ammazzato eſſo Padre Fedele, e che ciò era ſucceduto nella Terra di Seuis nella detta Valle di Partenz, & occorrendomi caminare per tante parti della Rhetia, ragionando io con tanti, e tanti di quelli Eretici intorno alla morte di detto Padre, ſempre tutti confeſſauano, che il detto Padre fù ammazzato per mano di eſſi medemi Eretici, intorno poi alla maniera della morte, all'hora non me la diſſero, inteſi però, che eſſo Beato Martire moſtraua tanto grande allegrezza nell'atto del ſuo Martirio, che quanto più era ferito, e percoſſo, tanto più egli ſi moſtraua allegro, e pieno di giubilo. Queſto io l'inteſi con la ſeguente occaſione. L'anno ſteſſo mille ſeicento ventidue nel Meſe di Giugno, ſtando io nell'Agnedina alta viddi, che l'Agnedina baſſa fumaua, ed inteſi, che i Soldati di Sua Altezza haueuano poſto fucco in alcuni luoghi di detta Agnedina baſſa, e nominatamente in Sernetz; E che di più era reſtato morto mio Padre, per queſto io venni nell'Agnedina baſſa, nel tempo, che l'Eſercito de' Grigioni ſi ritrouaua in detta Valle. Arriuato dunque in Sernetz, lo trouai abbrugiato, nè hauendo altro inditio de'miei Parenti, mi auiai verſo i Monti per cercarne conto, & in queſto viaggio m'incontrai in vn Eretico huomo di ſtatura alta, e veſtito di meſchia, il quale penſando, che io foſſi Cattolico, & vno delli rimaſti addietto nella partenza del Sig. Colonnello Baldirone, abbaſsò l'Archibugio per ammazzarmi: In queſto ſoprauenne il ſudetto Predicante per nome Giacomo Michele Goiano, il quale mi riconobbe, e diſſe à colui, che ſi fermaſſe, perche io ero vno de' loro

§.43. *Haretici faſſi ſunt trucidaſſe Ven. Seruum Dei.*

§.44. *Finalis perſeuerantia Ven. Martyris.*

Cauſa ſcientiæ.

Pre-

Predicanti, e coſi colui ſi fermò, e con tale occaſione io lo conduſſi à Sernetz in caſa di mio Padre, nella quale trouai, che era ſaluato dall' incendio tutto quello era ſotto li volti di pietra; in queſta caſa dunque §.45.
ragionando io con colui, che mi haueua voluto ammazzare, eſſo mi *Ex auditu alterius*
diſſe di propria bocca, che egli con le ſue mani haueua aiutato ad am- *ex Occiſoribus.*
mazzare in Seuis il principale de' Capuccini, e ſi gloriaua di ciò, e diſſe, che eſſo, e gli altri ſuoi Compagni l'haueuano ammazzato, perche queſto Capuccino Papiſta voleua diſtruggere la Fede Euangelica. Aggion- §.46.
ſe di più quell'Eretico, e diſſe, che mentre egli con altri Compagni *Martyrium illatum*
andauano ferendo, e percotendo il detto Padre Fedele, all'hora eſſo *ob ſtudium deſtruē-*
Padre moſtraua grande allegrezza, e tanto più queſto Capuccino mo- *di ſectam.*
ſtraua ſegni di gaudio, e di giubilo, quanto più diſpettoſamente lo fe- §.47.
riuano, e percoteuano, e che in queſta ſerenità, e giubilo cadè in terra, *Idem Interfector fa-*
e lo laſciarono per morto. Coſi mi raccontò coſtui alla preſenza di *tetur finalem perſe-*
detto Predicante Goiano, & io credo ſenza dubio, che mi raccontaſſe *uerantiam V. Mar-*
quello, che veramente ſuccedè coſi. *tyris.*

Et ſuper 26. Articulo pag. 148. tergo.

Quanto alla vita del ſudetto Padre Fedele, non ſi può dire, ſe non che §.48.
foſſe di vita Santiſſima, perche hauendo egli praticato tante volte, e *Vitæ irreprehenſi-*
con tanti Eretici, ad ogni modo, come hò depoſto, niuno mai lo potè *bilitas, quam Hære-*
notare in coſa alcuna difettuoſa, anzi tanti, e tanti confeſſauano la *tici faſſi ſunt.*
verità, e diceuano, che egli era di vita Santa. I Predicanti iſteſſi, come ſopra hò detto, erano forzati confeſſare la ſteſſa verità, e ſe haueſſero potuto trouare in eſſo Padre Fedele vna minima imperfettione, ſubito hauerebbono fatti delli Colloqnij per leuar à lui, & à tutti li Capuccini il credito. Quanto al Martirio io tengo indubitatamente, §.49.
che detto Padre Fedele nella ſua morte foſſe, e che ſia vn vero Martire *Veritas Martyrij ex*
di Gieſù Chriſto, e della Santa Cattolica, & Apoſtolica Romana Chie- *pluribus.*
ſa. Le cauſe, per le quali io mi perſuado queſta verità, ſono le ſeguenti.

Prima, perche eſſo Padre Fedele venne nella Retia per propagare la Cat- §.50.
tolica Fede, & eſtirpare l'Ereſie; Queſto io sò non ſolo per publica *Prima ratio.*
fama delli Cattolici di quei contorni, non ſolo per relatione particolare di molti Padri Capuccini, ben informati, mà di più lo sò per quello mi è auuenuto di trattare col Sereniſſimo Signore Arciduca Leopoldo l'anno mille ſeicento ventitre nel fine d'Agoſto, quando io parlai con Sua Altezza in Alſatia, doppo la mia conuerſione, e con altri Officiali Colonnelli di Sua Altezza; anzi queſta verità era conoſciuta dalli ſteſſi Predicanti, che perciò ſi riſolſero di fare tanti Colloquij con le determinationi ſopradette.

La ſeconda cauſa è, perche eſſo Padre Fedele, ſicome venne per propaga- §.51.
re la Cattolica Fede, & eſtirpare l'Ereſie, coſi vi attendeua con i fat- *Secunda ratio.*
ti, non perdendo mai tempo, ne occaſione: Queſta verità la sò anco per relatione delli ſteſſi Predicanti, che l'oſſeruauano.

La terza cauſa è, perche eſſo Padre Fedele, quantunque foſſe zelantiſſimo della Cattolica Fede, ad ogni modo era molto prudente, e non violen- §.52.
taua alcuno, mà con dottrina ſoda, con trattar piaceuole, & affabile, *Tertia ratio.*
con l'eſempio di ſua vita irreprenſibile ſi andaua inſinuando, e procuraua di propagar la Cattolica Fede, ne hò mai inteſo, che deſſe vn minimo faſtidio ad alcuno, anzi per quanto poteua, cercaua di far benefitio à tutti, è lo poteua fare con l'occaſione, che li Soldati di Sua Altezza taluolta aggrauauano quei Paeſani, & il Padre Fedele ſi addo- §.53.
praua in benefitio de' Paeſani, che però quelli, che l'ammazzarono, non *Odium Fidei, non*
lo poterono fare per odio, che portaſſero alla perſona di detto Padre *perſonæ.*
Fedele, mà per l'odio, che haueuano alla Cattolica Fede, di più io

mi

§.54. *Rebellio exorta in odium Fidei.*

mi perſuado, che eſſo Padre Fedele ſia vn vero, e Santo Martire, perche quella ribellione Eretica, nella quale fù ammazzato eſſo Padre, hebbe origine, e fù procurata, & effettuata per mezzo de' Predicanti, come ſopra hò depoſto, e queſti Predicanti non ſi copriuano con altro, che con il Manto della Religione, dicendo, che conueniua di prender l'armi, per ammazzare queſti Capuccini, per intereſſe della Fede Euangelica. Di più perche doppo la ribellione diuolgandoſi la morte di eſſo Padre Fedele Capuccino, ſi diuolgo inſieme la Cauſa, perche l'haueuano ammazzato, che fù, perche eſſo Padre Capuccino voleua diſtruggere la loro Fede Euangelica; All'hora io mi ritrouauo nella ſudetta infelice reſidenza di Pontreſina, & occorrendomi di andare quà, e là, non ſolo per l'Agnedina alta, mà anco per l'altre Prouincie della Retia, vi ritrouauo la ſteſſa fama, e voce publica, ne mai inteſi, che l'haueſſero ammazzato per altra cagione. E' vero, che alcuni politici Eretici diſſero, che l'ammazzare vn Capuccino, è tanto, come l'ammazzare vn Prencipe, e però coſtoro diceuano, che non ſi doueua ammazzar il detto Padre Fedele, mà à queſto riſpondeuano gli altri, che per intereſſe della Fede Euangelica non ſi poteua fare altrimente, & allegauano l'eſempio de' Valtellini, dicendo, che ſe i Papiſti haueuano ammazzato i Predicatori Euangelici per difendere la loro fede; molto più gl'Euangelici doueuano ammazzare queſto Capuccino Papiſta. A queſti ſimili diſcorſi io mi ſono trouato preſente, e gli hò ſentiti più volte nel tempo, che durarono le tenebre della cecità mia, e mi ritrouauo nella Retia.

§.55. *Martyrium illatum fuit in odium Fidei.*

§.56. *Teſtis fuit præſens colloquijs Hæreticorum.*

§.57. *Quarta ratio veritatis Martyrij.*

E più io mi perſuado queſta verità, perche quando la Valle di Partenz già ribellata domandò l'aiuto di alcuni Griggioni, all'hora queſti domandarono, perche quella ſi foſſe moſſa, e che coſa pretendeua. Riſpoſero gli Ambaſciatori della Valle di Partenz, che ſi erano moſſi per intereſſe della loro Fede Euangelica, e che pretendeuano di mantenerla contro li Papiſti; Queſta interrogatione, e riſpoſta paſsò nominatamente trà detta Valle di Partenz, e quella di Tauò, e quelli di Berguogn, e d'Agnedina alta, e ſe bene tutte queſte Communità haueuano negato al principio di concorrere con quelli di Partenz, ad ogni modo quando inteſero, che la guerra ſi era cominciata, e ſi voleua fare per la fede Euangelica, tutte vi concorſero. Quanto all'Agnedina alta io lo sò, perche hò veduti gli Ambaſciatori mandati da quelli di Partenz, i quali vennero nell'Agnedina alta, e ſi dichiararono, che haueuano cominciato, e voleuano proſeguire detta guerra per la fede Euangelica. Quanto all'altre Communità io lo sò per relatione di altri molti.

§.58. *Quinta ratio.*

Di più io mi perſuado queſta verità, perche vno di quelli iſteſſi, che aiutò con le proprie mani ad ammazzare il Santo Martire, me lo diſſe di bocca propria, & affermò, che egli con gli altri ſuoi Compagni ammazzò in Seuis il detto Padre Fedele Capuccino, perche queſto Capuccino Papiſta voleua diſtruggere la fede Euangelica, così egli mi diſſe in Caſa di mio Padre in Sernez l'Anno iſteſſo mille ſeicento ventidue alla preſenza del ſudetto Predicante Goiano, come hò già depoſto.

§.59. *Sexta ratio.*

Di più io mi perſuado queſta verità per l'eſempio, e teſtimonio vniuerſale dell'iſteſſi Cattolici, tanto di Germania, quanto quà in Italia, perche hauendo io trattato con tante perſone Cattoliche, e tante volte, e mentre fui nella Retia, e quando doppo la mia Conuerſione andai in Alſatia da Sua Altezza, come ſopra hò detto, & vltimamente quà in Italia, io hò veduto, e vedo chiaramente, che tutti quelli, i quali hanno cognitione della morte di eſſo Padre Fedele, tutti lo tengono, e riueriſcono per vero Martire di Chriſto Signor Noſtro, e della Santa

Cat-

Cattolica, & Apoſtolica Romana Chieſa. Doppo la mia Conuerſione io ſono ſtato in Coira, & lui hò viſitato il Sepolcro di eſso Beato Martire, e mi ſono raccomandato all'intercellione di lui. Queſto medemo hò veduto, che lo faceuano altre perſone principali, come il Signor Conte di Lodrone Trentino, & vn Signore di Fels all'hora Ambaſciatore di Sua Altezza preſso alli Griggioni, e pratticamente veggo, che la deuotione, e riuerenza verſo detto Beato Martire ſempre và creſcendo.

VII. *Teſtis Illuſtriſſimus Dominus Aloyſius de Saltz S. R. I. Comes &c. ætatis annorum 40. ſuper Articulo 6. & ſequen. Proceſſu pag. 158. terg. dixit.* Ex auditu Hæreticorum.

Intorno à tutto queſto io non sò altra coſa particolare, ſe non che hauendo io parlato moltiſſime volte con molte, e diuerſe perſone del Beato Padre Fedele, ſempre, e da tutti hò inteſo, che detto Padre fù di vita ſanta, e piena di virtù, ne mai hò inteſo coſa in contrario, anzi di queſto v'è fama, e voce publica in molti luoghi di Germania, e maſſimamente doue il Beato Padre viſſe, e conuersò, di più l'iſteſſi Eretici Grigioni hanno dato Teſtimonio di queſta verità, & io nel tempo, che reſtai nella Città di Coira, come General Commiſſario di Sua Altezza, doppo hauerni translatato il Corpo del Beato Martire, hò inteſo, & vdito ragionare molti Eretici, i quali lodauano il Padre Fedele come huomo, il quale foſse viſsuto ſempre ſantamente trà di loro, e l'iſteſſi Eretici confeſsauano, che ſe bene il Padre Fedele quanto alla Religione era Papiſta, ad ogni modo non meritaua di eſsere ammazzato, perche era huomo di ſanta vita. Gli Eretici, li quali mi hanno teſtimoniato queſta verità, ſono molti, ſe bene io adeſso non li sò nominare diſtintamente.

§.60. *Sanctitas Ven. Martyris celebratur ab ipſis Hæreticis.*

XV. *Teſtis Dominus Iacobus Iecble, ex Auguſta Miles, ætatis annorum 29. ſuper 21. Articulo Proceſſu pag. 246. tergo in principio dixit.* De auditu Hæreticorum.

La cauſa perche li Eretici ammazzaſſero detto Beato Padre, fù perche predicaua contro l'Ereſie, e cercaua di propagare fra quelle genti la noſtra Santa Fede; E queſto fù coſa publica tra di noi Soldati, & io iſteſso in Maienfelda, quando iui viddi eſſo Beato Padre, e ſentij la ſua Santa Meſsa, all'hora viddi molto bene, e notai quanto haueſsero à male alcuni Eretici, che eſso Beato Padre ſi affaticaſse di eſtirpare l'Ereſie; perche io ſteſso ſentij le mormorationi, che detti Eretici faceuano contro di eſso Padre, lamentandoſi, che voleſse diſtruggere la loro Religione, e perciò moſtrandoſegli adirati, e ſdegnati.

§.61. *Hæretici odio habebant Ven. Seruum Dei ob propagationem Catholicæ Religionis.*

Ex Proceſſu Curienſi auct. Apoſt. fabricato.

Num. 12. Publica exiſtimatio Martyrij.

I. *Teſtis Admodum Reuerendus Dominus Georgius de Monte, Sacerdos, & Canonicus Cathedralis Curienſis, ætatis annorum 52. ſuper 26. Articulo Proc. pag. 146. tergo dixit.* De viſu, & auditu.

Quod ſæpè dictus Dei Seruus Pater Fidelis, non ſolùm tunc quandò Corpus ipſius, Tumba incluſum, Curiam fuit deportatum, & prout ſupra eum ſolemni Proceſſione in Eccleſia Cathedrali tumulatum, tamquàm Indubitatus Martyr Dei, & qui prò eius Eccleſia, & Fide occubuerit gladijs impiorum, fuerit tentus, habitus, & ab omnibus dictæ Proceſſioni præſentibus Catholicis cultus, ſed etiam quod hactenùs ſemper, & adhuc in tali apud Catholicos, ac me ipſũ præſertim fuerit, ac perſeueret conceptu, & tanquàm verus Dei Martyr colatur, & ſpecialitèr quod dies illius obitus à multis obſeruetur, dubium non eſt; nàm huiuſmodi ipſe ego obſeruaui, & vidi, nec alitèr de ipſo, quàm de Martyre mentionem fieri ab alijs audiui multotiès. Experientia porrò ipſa

conſtat, quod dicti Patris Fidelis Veſtes, & habitus, ac Reliquiæ adeò magnì ab omnibus fiant, vt fælicem ſe is putet eſſe, qui huiuſmodi aliquid poteſt nanciſci. Vidi etiam non ſemel ipſius Imaginem, ſeu Effigiem depictam, & ad eius Sepulchrum ſaltē vnū, aut alterum votum ex cera appenſum videre eſt; Et vt paucis multa complectar, de indubitato Patris Fidelis Martyrio, & Sanctitate communis apud Catholicos vox eſt, fama, & reputatio.

De viſu, & auditu.

II. *Teſtis Admodum Reuerendus Frater Gaudentius ex Lauffenburg, Sacerdos, & Religioſus profeſſus Capuccinorum, ætatis annorum 30. ſuper 26. Articulo Proc.pag. 150.terg.dixit.*

Quod dictus Pater Fidelis hactenùs, & etiam nunc ab omnibus Catholicis in his Rhætiæ partibus pro vero Dei Martyre, ac Sancto habitus ſit, & reputetur, colatur, & inuocetur, eiuſdem Veſtes, & Corpus pro veris Reliquijs habeantur, & venerentur, ſcio ex proprio viſu, & auditu, & quod pro Sancto Martyre etiam in locis alijs Germaniæ, & maximè in noſtro Sancto Ordine Diui Franciſci habeatur; vidi paritèr, & audiui, obſeruauique, quod Populus Catholicus eius obitus diem obſeruet, & Imaginem veneretur.

De viſu, & auditu.

III. *Teſtis Nobilis Dominus Franciſcus Vverdemann Norimbergenſis ætatis annorum 51. ſuper 26. Articulo Proc.pag. 152 tergo dixit.*

Quod itèm à tempore ſupradictæ ſepellitionis Patris Fidelis, vſque in hodiernam diem Sepulchrum ipſius à multis vtriuſque ſexus perſonis frequentetur, ego ipſe obſeruaui ſæpius, atque vidi, qualem autem quiſque inibì deuotionem exercuerit, mihi quidē non conſtat. Hoc autem benè ſcio, quod ipſum omnes Catholici vnà mecū pro Sancto Viro, ac Martyre Dei, atque ipſius Veſtes, & Reliquias, vti aliorum Sanctorum in magno honore, atque reputatione habeant.

De viſu, & auditu.

IV. *Teſtis Dominus Georgeus Hurbain, Organiſta Cathedralis Curienſis ætatis annorum 27. ſuper 26. Articulo Proc.pag. 154 tergo dixit.*

Verum eſt, quod non ſolùm ego pro mea perſona dictum Patrem Fidelem pro Sancto Viro, ac vero Dei Maryre habeam, vt qui pro Catholica Fide ſolùm, quam magno cum zelo prædicauit, atque in Prætegoia, ac Rhætia introducere voluit (vt cunctis notum eſt) ab hæreticis occiſus, & trucidatus eſt; Verùm etiam audio, video, atque aduerto, nihil aliud, quàm ipſum etiam eſſe in ſimili conceptu apud omnes alios Catholicos Eccleſiaſticos, atque ſeculares; Video enim, quod Veſtes ipſius, & quicquid ab ipſo haberi poteſt, in magna veneratione, vt Reliquiæ habeantur; & quod Sepulchrum ipſius à multis ſemper, & adhuc frequentetur, coram quo genibus flexis oratur, & quod multi diem ſepulturæ ipſius ſingulari cum deuotione celebrent, & eius Imagines emantur à multis, & aſſeruentur.

De viſu, & auditu.

V. *Teſtis Admodum Reuerendus, & Clariſſimus Dominus Leonardus Butzenreiner Prothonotarius Apoſtolicus, Sacræ Theologiæ Doctor, & Canonicus Curienſis, ætatis annorum 42. ſuper 26. Articulo Proc.pag. 160. dixit.*

Quod famam, & opinionem Sanctitatis dicti Serui Dei Patris Fidelis concernit, illum non ſolùm ego, ſed omnes mecum Catholici (maximè de ijs, qui hìc VeldKirchij, aut vicinis partibus degunt, loquor) pro Viro Sancto, & indubitato Dei Martyre habemus, reputamus, & colimus, eiuſdemque Habitum, ſeu Veſtes, ac in primis Caput veneramur, vidique ſæpiſſimè coram illo homines genibus flexis orantes, & eius ſe ſe patrocinio ſine dubio commendantes.

Audiui etiam ab Illuſtriſſimo ipſomet Domino Comite à Sultz eius interceſſione Meyenfeldenſe Caſtrum à conflagratione, & diſruptione fuiſſe præſeruatum, & alias etiam Miraculoſas ſanationes ad applicationē illius Reliquiarum obtigiſſe. Et

Et de præfata Sanctitatis, & Martyrij illius fama, & opinione communis eſt, & hactenùs ab eo tempore, quo occubuit, fuit vox, & fama, taliterque tenetur, & reputatur: hinc ego non dubito, quin eius meritis, & patrocinio hinc indè vera Miracula, & quę naturalitèr, talitèr, ac tàm cito fieri non potuiſſent, contigerint, qualia vero huiuſmodi ſint in ſpecie, poterant ſuper huiuſmodi alij Teſtes oculati deponere.

VI. *Teſtis Admodum* Reuerendus *Dominus Ioannes Georgeus Sacht, Sacerdos VeldKirchienſis ætatis annorum 35. ſuper 26. Articulo Proceſſu pag. 166. dixit.* — De viſu, & auditu.

Quod non ſolùm à me, ſed ab omnibus Catholicis hìc exiſtentibus dictus Pater Fidelis pro vero, & indubitato Martyre Dei, & qui non niſi pro Dei, & Eccleſiæ gloria, & exaltatione occubuerit, habeatur, reputetur, & colatur, ſcio, & audiui, & vidi, dùm multi ad Sanctum illius Caput ſeſe conferunt, illud venerantur, eundem Seruum Dei, ac Martyrem in ſuis neceſſitatibus inuocant, eiuſdemque Canonizationem votis omnibus expetunt, & expectant.

Concordant ex dicto Proceſſu Curienſi Teſtes VII. *pag.* 168. *in fine* VIII. *pag.* 171. *serg.* IX. *pag.* 179. *ad finem* X. *pag.* 184. *ad finem* XI. *pag.* 188. *poſt medium* XII. *pag.* 193. XIII. *pag.* 195. *serg. in fin.* XIV. *pag.* 197. *terg. in princip.* XV. *pag.* 200. *serg. in fine, &* 201. XIX. *pag.* 210. *terg.* XX. *pag.* 215. *ad med.* XXI. *pag.* 216. *serg. ad fin.* XXII. *pag.* 217. *serg. in fin.* XXIII. *pag.* 219. *poſt medium* XXVII. *pag.* 226. *in fine, & tergo* XXVIII. *pag.* 228. *paſt medium* XXIX. *pag.* 230. *in fine, & terg.* XXX. *pag.* 232. *terg. in princip.* XXXI. *pag.* 234. *terg. ſub initium* XXXII. *pag.* 235. *terg.* XXXIII. *pag.* 238. *serg. poſt medium* XLIV. *pag.* 281. *serg. ſub initium* LI. *pag.* 317. *ſub initium* LXI. *pag.* 334. *terg.* LXX. *pag.* 350. *ad finem* LXXX. *pag.* 368. *serg.*

Et ex Proceſſu Conſtanſienſi auctoritate Apoſtolica fabricato Teſtes X. *pag.* 169. *terg.* XV. *pag.* 185. *tergo poſt medium* XLII. *pag.* 266. *sergo ad medium.*

Et ex Proceſſu Mediolanenſi auctoritate Apoſtolica fabricato Teſtes I. *pag.* 90. *serg.* II. *pag.* 97. *ad finem* III. *pag.* 107. *terg. poſt medium* IV. *pag.* 124. *serg.* V. *pag.* 128. *terg.* VI. *pag.* 151. *terg. poſt medium* VII. *pag.* 169. VIII. *pag.* 183. IX. *pag.* 197. *ad finem* XI. *pag.* 211. XII. *pag.* 216. *in fine, & tergo* XIII. *pag.* 226. *serg. in princip.* XVII. *pag.* 245.

Ex Iuribus compulſatis in Proceſſu Curienſi, auctoritate Apoſtolica fabricato pag. 300. *tergo.*

Num. 13. Publica atteſtatio Senatus VeldKirkienſis ſuper Sanctitate, & Martyrio Ven. Serui Dei, & alijs.

Nos Conſul, & Senatus Auſtriacæ Ciuitatis VeldKirk videntes in dicta Ciuitate noſtra per Admodum Reuerendos Nobiles, & Clariſſimos Dominos, Dominum Ioannem Zollerum Sacræ Theologiæ Doctorem, Apoſtolicum Prothonotarium, Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi Curienſis Vicarium in Spiritualibus Generalem, & Cathedralis Eccleſiæ Curienſis Præpoſitum, Dominum item Ioſephum Mohor, Sacræ Theologiæ Doctorem, Canonicum, & Scholaſticum Curienſem, nec non Dominum Sebaſtianum Zierlerum Canonicum paritèr, & Cuſtodem Curienſem, veluti Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Subdelegatos Commiſſarios, ſuper Vita, Geſtis, & Miraculis glorioſæ memoriæ Reuerendi Patris Fidelis à Sigmaringa Capuccini, & Martyris, pro eiuſdem Canonizatione ſolemne Proceſſum, & examen Teſtium inſtitui, & fabricari: Inſuperquè grato animo, ac memori mente apud nos recolentes, quantum dictus Dei Seruus apud nos paulò ante eiuſdem obitum, in Mona-

§. 1.
Pietatis opera à Ven. Seruo Dei exer cita.

naſterio Ordinis Capuccinorum hic exiſtente degens, nobis, ac vniuerſæ Ciuitatis exhibuerit verbo, & exemplo charitatem, & Spiritualia maxima beneficia, ex certa noſtra ſcientia, & præuia matura noſtra conſultatione, de communi omnium, necnon ſingulorum noſtrorum vnanimi planè ſententia, ſub conſcientia noſtra, & quando opus foret ad ſuprad ctorum Dominorum Indicum Subdelegatorum Apoſtolicorum delationem, ſolemni pro veritatis noſtræ mox ſubſcriptæ corroboratione præſtando iuramento, publicè fidem facimus, loquimur, & teſtamur.

§. 2.
Communi omnium opinione Ven. Seruus Dei exiſtimatur Martyr.

Primò præfatum Dei Seruum, & opinione noſtra indubitatum, ac verum Dei Martyrem Patrem Fidelem, prima, qua ad nos à ſuis Superioribus deſtinatus fuit, vice, adeò ſe nobis gratum, & acceptabilem reddidiſſe, vt quandò eum nobis, iuxta Ordinis Capuccinorum Conſtitutiones fortè præcipiendum, & aliorsū deputandum, verebamur. Tunc eundem nobis vlterius reſtitui, & ad promouendam per ipſum animarum noſtrarum ſalutem remitti ſummis votis, & enixè à Reuerendis, ac Relig oſis Patribus in Prouinciali comm Congregatione præſentibus contenderemusque vtique impetrauimus, & eundem ad nos poſtmodùm redeuntem cum magna noſtra conſolatione, ac ſatisfactione recepimus.

§. 3.
Excellentia Ven. Serui Dei in Concionibus.

Secundò verum, & publicum eſt, ſimilem d. Dei Seruo Concionatorem hic Veldkirchij nunquam exitiſſe ab hominum memoria.

§. 4.
Acerrimus vitiorū inſectator extitit.

Tertiò, præfatum Dei Seruum Patrem Fidelem non ſolùm contra vitia, & præſertim contra ſuperbiæ ac blaſphemiæ crimen, magno feruore concionatum fuiſſe:

§. 5.
Prædixit ſuum Martyrium.

Verùm etiam antequam vltimò in Prætegoiam pro Hæreticorum Conuerſione proficiſceretur anno Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo in menſe Aprilis, publica facta valedictione è ſuggeſtu, audientiam aliquorum noſtrorum ſeniorum petijſſe, & in Curia nobis valedicendo, tali nos ſermone compellaſſe:

§. 6.
Eius ſancta monita.

Cum iam ſim abiturus, & vt ſcio, nunquam reuerſurus, vos ſeriò admonitos, & rogatos volo, vt vitia, & maximè ſuperbiam, & blaſphemiam neutiquàm feratis, vel patiamini, ſummoque zelo vobis Viduas, atque Pupillos commendo &c. Quartò ex relatione aliquorum noſtrorum ad quandam Inquiſitionem deputatorum, ſignificamus, quod prædictus Pater Fidelis extrema tentans apud perſonam hæreſi ſuſpectam,

§. 7.
Eius conatus pro extirpandis prauis erroribus.

ſalutaria, ac firma argumenta ad depellendos ſcrupulos, & falſas opiniones adhibuerit; Cum verò tunc temporis parùm, aut nihil frugi ſit ſecutum, res ad nos, tamquam ad Secularem Iudicem delata, & Ciuitas nominatæ perſonæ ſuſpectæ, tandiù interdicta fuit, donec aliundè profeſſæ Fidei teſtimonium adferret. Ipſe verò Pater Fidelis zelo Catholicæ Fidei, & Religionis ardentiſſimè ſuccenſus, etiam ad occultas Inquiſitiones inſtituendas, tàm de carnis commeſtione, quàm librorum ſuſpectorum viſitatione plurimùm laborauit.

§. 8.
Labores Ven. Serui Dei in exercendis pietatis operibus.

Quintò teſtamur, quod etiam publicum, & notorium eſt, præfatum Patrem Fidelem maximo zelo munus ſuum prædicationis peregiſſe, lætaque fronte confeſſiones quocumque tempore excepiſſe, ægrotoſque non ſine magna eorum conſolatione ſemper viſitaſſe: Et in his, alijſque omnibus, ita ſe præſtitiſſe, vt certum nobis reliquerit, nil illi antiquius fuiſſe, quàm vt inprimis inculpatæ ſuæ vitæ exemplo, ſanctaque conuerſatione, deindè, & frequentibus ad Populum habitis concionibus, & priuatis exhortationibus, & Sacramentorum adminiſtratione, bonorumque operum exercitatione tum Dei, & Sanctorum gloriā, tum ſui, ac proximorum ſpiritualem ſalutem, Catholicæque Fidei propagationem, & Eccleſiæ augumentum ſolicitè quæreret.

§. 9.
Sanctus Martyr ab omnibus exiſtimatur.

Sextò notum facimus, quod Conciues noſtri, & finitimi populi, vnuſquiſque pro ſua priuata deuotione, eundem Patrem Fidelem, vt verum Chriſti Martyrem piè colunt, &

inuo-

innocant, eiuſque Sacrum Caput in hac Vrbe noſtra apud Eccleſiam Patrum Capuccinorum aſſeruatum, cæteraſque illius Reliquias, & Imagines ſummo zelo venerantur, hinc attendentes, quod idem Pater Fidelis, & Diuinę Gratiæ adiutorio ſimul, ac priuilegio, & ſingulari induſtria, obedientia item promptiſſima, cæteriſque perfectiſſimarum virtutum ſuarum meritis palmam Sacri Martyrij eo tempore adeptus eſt, quo inſtantibus nobis ita VeldKirchienſi Capuccinorum Monaſterio in Guardianum præfectus fuerat, vt inſimul promouendæ ſaluti noſtræ Spirituali inuigilaret; Conſiderantes vlteriùs, quod ille antequam in Rhætiam vltimò proficiſceretur, priuatim, & publicè nobis valedixit, ſaluriſque noſtræ percupidus arguendo, obſecrando, increpando, omnem operam adhibuit, vt vitijs eradicatis, virtutes conſectaremur, & Orthodoxam Catholicam Religionem puram, & immaculatam in nobis ſemper tueremur. Recolentes præterea, quod idem Pater Fidelis, & ſui pro Chriſto Martyrij præſcius, propioquam mortem ſibi ab hæreticis inferendam haud obſcurè nobis reuelauit: Et in vltima illa ſua concione publicè habita, ne dum VeldKirchienſibus valedixit, ſed eoſdem etiam Diuinæ protectioni fideliter commendauit. Idcircò nos quidem Conſul, & Senatus Auſtriacæ Ciuitatis VeldKirch, & noſtro, & totius Ciuitatis nomine, ante Sanctiſſimum Dominum Noſtrum Papam genua flectentes, poſt humillima pedum oſcula, obſecramus, & obteſtamur, vtidem Sanctiſſimus dictum piæ memoriæ Patrem Fidelem Sanctorum Martyrum Cathalogo adſcribere dignetur, vt quem vnuſquiſque noſtrum pro ſua adhuc priuata deuotione veneramur, eundem vniuerſi publico tandem, Sacroque Ritu colere, ac velut ſingularem ad Deum pro nobis Patronum adorare, inuocare, debitaſque illi gratiarum actiones vbiquè referre valeamus. Itaque has noſtras litteras teſtimoniales, ſimul, & obſecratorias, rogamus, & petimus, vt Admodum Reuerendi Nobiles, & Clariſſimi Viri Domini Iudices ſubdelegati recipiant, admittant, & præcipiant per Notarium deputatum regiſtrari in actis dicti Serui Dei, ac Martyris Patris Fidelis. Actum in Curia noſtra, & ſigillo noſtro munitum. Datum vndecima die menſis Nouembris anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſexto.

§. 10. Eius labores pro Fidei Catholicæ propagatione.

§. 11. Præcognitio imminentis Martyrij.

§. 12. Supplicatio pro Ven. Martyris Canonizatione.

Sigillatum ſolito ſigillo in cera viridi, & ſignatum. Vidit Ioannes Chriſtophorus Amberg &c.

Ex Proceſſu Conſtantienſi auct. Apoſt. fabricato. Num. 14.

XXIV. *Teſtis Admodum Reuerendus Pater Frater Anſelmus è Brigantia Sacerdos, & Religioſus profeſſus Capuccinorum, ætatis annorum 42. ſuper 31. Articulo Proceſſu pàgina 212. dixit.*

Primum ſignum ſiue Miraculum manifeſtationis Martyrij Fratri Germano abſeti.

Reuerendus Pater Frater Apollinaris à Sigmaringa Sacerdos, & Concionator Capuccinus, inuitatus fuerat ab Admodum Reuerendis Patribus Ieſuitis Conſtantiæ, vt in eorum Eccleſia ibidem Concionem faceret pro die vigeſimo quarto Aprilis milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo, idque occaſione ſolemnitatis Sanctorum Ignatij, & Xauerij, quę ibi eo die celebrabatur: Cum autem inſtaret hora, in qua dictus Seruus Dei Pater Fidelis Martyrio afficiebatur, tunc idem Pater Apollinaris cæpit quendam quaſi agonem mortis pati, adeout cum in ſuggeſtum aſcendiſſet, tunc adſtantes populi manifeſtò agnoſcerent, quod idem Pater Apollinaris inſolitum quid patiebatur, nemo tamen ſciebat pro tunc, ſed poſtquàm promulgatum eſt Martyrium, tunc etiam ſimul manifeſtum fuit, quòd qua hora Pater Fidelis Martyrio coronabatur, eadem, & ipſe Pater Apollinaris agonem illum patiebatur.

Religioſus veritimiliter de viſu.

Religioſus de facto proprio.

XLV. *Teſtis Admodum Reuerendus Pater Frater Apollinaris à Sigmaringa Sacerdos, & Religioſus profeſſus Capuccinorum ætatis annorum 44. ſuper Articulis Proc.pag:283.ſerg.dixit.*

Interrogatus itaque, an ſciat, vbi, & qua die dictus eius germanus Pater Fidelis obierit, ſeu occiſus fuerit?

Reſpondit. Publicum eſt, & notorium, quod occiſus fuerit die vigeſima quarta menſis Aprilis anno Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo in Pago Seuis Pretegoiæ.

Interrogatus ad hæc, vbi nam Teſtis eo tempore reperiretur?

Reſpondit. In hac Vrbe Conſtantiæ, vbi eram tunc temporis Guardianus, licèt immeritus, Fratrum Monaſterij noſtri Conſtantienſis.

Interrogatus, qua hora dicta diei vigeſima quarta Aprilis præfatus ſuus germanus Pater Fidelis occiſus fuerit, & à quibus?

Reſpondit. Publica vox, & fama eſt, quod fuerit à Rebellibus Pretegoijs propè Eccleſiam Seuis, & quod hoc acciderit ante meridiem dictæ diei circa horam decimam.

Interrogatus ad hæc, an Teſtes eo tempore alicubi Concionem habuerit, & vbi?

Reſpondit. Concionem habui in Eccleſia Patrum Societatis Ieſu in hac Vrbe Conſtantiæ, occaſione Solemnitatis, quæ ibi inſtituta eſt pro Canonizatione Sanctorum Ignatij, & Xauerij Patrum eiuſdem Societatis.

Interrogatus, quænam cauſa fuerit, quod vbi dictam Concionem habiturus fuerat, tunc talem, ac tantam alterationem, & anguſtias in Suggeſtu, ſeu Cathedra conſtitutus paſſus fuerit, vt idipſum etiam Populus ibidem congregatus cum admiratione aduerterit?

Reſpondit. Obſecro amore Dei, ne me ad hæc reſpondere cogatis.

Tunc Domini Iudices Remiſſoriales Teſtem ſeriò monuerunt, vt memor eſſet præſtiti iuramenti, ac proindè liberè, ac ſimplicitèr, & candidè ad interrogata reſponderet, neque enim talia Interrogatoria fruſtrà moueri.

Reſpondit igitur, ac dixit: Talem tunc alterationem, & anguſtias ſuſtinui, quales anteà in vita mea nunquàm: Erat etiam, ac ſi Caput meum grauiſſimis ictibus, & percuſſionibus vulneraretur: Et tunc quidem planè ignorabam, quid hoc eſſet, nunquàm enim talia, prout ſuprà, expertus vnquàm fueram. Poſteà verò vbi cognoui, quod eo ipſo die, & tempore germanus meus Frater Fidelis occiſus, & trucidatus fuerit, tunc intelligere, & coniectari cœpi, quod ea de cauſa Deus Optimus Maximus id mirabilitèr in me operatus fuerit, & me ſentire feciſſet.

Quibus auditis, cùm aduerterent præfati Domini Iudices Remiſſoriales, quod Teſtis rubore ſuffunderetur, eo quòd ſuper his reſpondere cogeretur, noluerunt eum ampliùs vexare, ſed mandarunt, vt eidem relegeretur Teſtimonium, vt ſupra ab ipſo datum.

Num. 15. De Signis, ſiuè Miraculis poſt Martyrium ſucceſsis.

Secundum ſignum, ſiuè Miraculum Floris enati ſuper Sepulcro Ven. Martyris.

Ex Proceſſu Curienſi auct. Apoſt. fabricato.

Ex aliorum Relatione.

I. *Teſtis Adm. Reu. D. Georgeus de Monte, Sacerdos, & Canonicus Cathedralis Curienſis, ætatis annorum 52. ſuper 28. Articulo Proceſſu pag: 147. ter. dixit.*

Quod pulcherrimus quidam flos è medio Sepulchri dicti Patris Fidelis, dum adhuc in Cæmeterio Seuienſi ſepultus iaceret, excreuerit, alitèr mihi non conſtat, quàm ex aliorum relatione.

Ex Proceſſu Conſtantienſi auct. Apoſt. fabricato.

V. *Teſtis Nobilis, & Strenuus Dominus Capitaneus Iacobus Staiger Vranienſis ætatis annorum 60. ſuper 29. Articulo Proceſſu pag. 152. dixit.* De viſu.

Florem, qui è Sepulchro Patris Fidelis in Seuis exereuerat, ipſum quidem non potui diſcernere, quia iam emarcuerat, & perierat, cùm ad Tumulum veniſſemus; vt verò certiùs cognoſcere poſſem, qualisnam, & cuius ſpeciei demùm flos ille fuerit, aliquantulum ſeminis de eo mecum ſumpſi, ea intentione, vt dicta ſemina, proximo ingruente Vere, terrę demandarem; inſinuata autem ſemina poſtmodùm Meyenfeldæ cum pluribus alijs meis rebus per incendium perierunt.

Ex Proceſſu Mediolanenſi auct. Apoſt. fabricato.

I. *Teſtis D. Andreas de Michelis Veldkirchienſis, ætatis annorum 25. ſuper 29. Artic. Proceſſu pag. 91. dixit.* De auditu plurium Militum.

In Veldchirchio vi è publica voce, e fama, che ſopra il Sepolcro del Beato Martire in Pretegauu nacque vn fiore, che fù riputato, e tuttauia ſi tiene per coſa miracoloſa, così molte volte da molti Soldati hò inteſo, che tutto ciò è vero.

III. *Teſtis Illuſtriſſimus D. Ioachimus Columna Baro Felsÿ Tirolenſis, ætatis annorum 30. ſuper 28. Artic. Proc. pag. 108. ter. dixit.* De auditu plurium.

Hò ſentito anche raccontare da molti, che mentre ſtaua il Corpo del Santo Martire ſepolto nel Cimiterio di Seuis, vi nacque in mezzo del Sepolcro vn fiore di nuoua ſorte, che fù creduto communemente per Miracolo. E di queſto fiore me ne parlò il Signor Chriſtoforo Mauritio mio fratello, il quale andò in quei Paeſi con l'Illuſtriſſimo Sig. Conte Gio: Battiſta di Lodrone poco doppo la ricuperatione del Paeſe, fatta doppo il Martirio ſudetto.

VI. *Teſtis D. Ioannes Iodocus Rhatus, Sacra Theologia Studens, ætatis annorum 27. ſuper 28. Artic. Proceſſu pag. 152. dixit.* Ex publica voce, & fama.

Io hò ſentito per voce, e fama commune, che Dio noſtro Signore hà fatto Miracoli per i meriti di detto Beato Martire, & hò ſentito in particolare di vn fiore, che nacque ſopra il Sepolcro di lui.

VII. *Teſtis Illuſtriſſimus D. Aloyſius de Sultz, Sacri Romani Imperÿ Comes &c. ætatis annorum 40. ſuper 29. Artic. Proceſſu pag. 169. ter. dixit.* Ex auditu videntis, & ex publica voce, & fama.

Io hò inteſo nominatamente dal ſudetto Capitano Giacomo Steier Nobile Heluetico, quale fù mandato da me nel Cimiterio ſudetto di Seuis al Sepolcro del Beato Martire, e da vn altro Tenente Saliſburgieo, anzi vi è fama, e voce publica, che ſopra il Sepolcro di detto Beato Martire in Seuis, mentre vi ſi ritrouò il Corpo Sacro, nacque vn fiore di nuoua ſorte, il quale fù tenuto per coſa miracoloſa, & in ciò conueniuano tutti communemente.

VIII. *Teſtis D. Chriſtophorus Romer, Scriba Capitanei &c. ætatis annorum 28. ſuper 29. Artic. Proceſſu pag. 191. ter. in fine dixit.* Ex relatione Militum, & ex publica voce, & fama.

Non potui ergò videre neque florem, neque incendium. Tamèn eodem tempore benè ſciui ego, tàm ex publica voce, & fama, quàm ex peculiari etiam Militum noſtrorum relatione, quod è medio Sepulchri, vbi iacebat Corpus Beati Martyris in Cœmeterio Seuis, ibi enatus eſt flos quidam, qui communitèr ab omnibus reputatus eſt pro flore Miraculoſo, quem Deus voluerat ibi enaſci in teſtimonium Sanctitatis, & Martyrij Patris noſtri Fidelis.

Filiolam meam Philippinam tunc temporis nouennem quod ſpectat, illa ante biennium adeò grauibus, & moleſtis ſingultibus cæpit laborare, vt per continuas quatuor hebdomadas (excepto tempore ſomni) ijs cum magna importunitate vexata fuerit, ac quidem cum tali impetu ſingultus illi graues è pectuſculo eruperunt, vt ad ſpatium triginta paſſuum extra domum audiri potuerint; ad hæc etiam ambobus in pedibus omni officio neruorum deſtinata fuit, vt ijs neque conſiſtere, neque incedere valuerit, ſed illos corpuſculo ſuo tantùm ſecum traxit, magniſque inſuper conflictata fuit doloribus: Maritus quidem meus, et egonullis omninò pepercimus ſumptibus, ſed huius Ciuitatis Conſtantienſis Medicos ordinarios, vt Dominum Doctorem Schloher, nunc piæ memoriæ, & Dominum Doctorem Ioannem Conradum Felſium conſuluimus, & quamuis ij omnem ſuam artem, diligentiamque adhibuerint, nihil tamen effecerunt, ſed vnanimi conſenſu taſſi ſunt, defectum hunc puellæ non naturalem exiſtere, præſertim verò Doctor Schloher inquiebat, conſilia vbicumquè placeret, vt exquireremus, ſe enim puellæ mederi non poſſe, cum magicis artibus ita effecta ſit miſera, naturalibus idcircò medijs eandem iuuari non poſſe. Accidit poſtmodùm, quod Domino meo Marito conſilium à quodam bono amico fuerit datum, vt nimirùm Guardianum Patrum Capuccinorum Conſtantiæ Patrē Apollinarem accedat, forſan ipſum media habere, quibus puella reſtitui valeat; quod etiam poſtmodùm contigit. Cum enim dictus P. Apollinaris (qui Beati Patris Fidelis à Sigmaringa Capuccini, & Martyris Germanus exiſtit Frater) Puellulam quadam vice poſt prandium in Domo noſtra viſitaſſet, illiuſque defectum inſpexiſſet, exindè nos Parentes ex hypocauſto paulìſpèr diſcedere iuſſit, ipſe verò cum Fratre Barnaba Confratre ſuo interim apud puellam orauit, finitaq; oratione, oſſiculum quoddam extraxit, & (vt filiola nobis poſtmodùm retulit) pedes illo tetigit, ac deliniuit: quo facto, cum breui poſt iterum abijſſet, filiola adhuc illo Veſperi pedibus conſiſtere, ac incedere, & in lectulum vſq; ſuū deduci potuit, quod tamen ante ab hac integro iam menſe fieri nequiuerat, & plus eſt, ſine vllo deinceps adhibito medio naturali intra proximè ſequens triduum illi ſingultus ceſſarunt, pedeſque illius ità roborati fuerunt, vt rursùm ſicuti ante hac ſola deambulare, ac currere potuerit; vno verbo omninò ſana, ac benè valens reduita eſt; hactenùſque (Deo ſint laudes) perſeuerauit; ſirmitèr itaque credo puellam tantummodò per inuocationem, ac contactum Reliquiarum dicti Patris Fidelis glorioſæ memoriæ (poſt Dei concurſum) in integrum non ſine euidenti Miraculo reſtitutam fuiſſe.

§. 8. *Primum Extremū.*

§. 9. *Inutilitas remediorum.*

§. 10. *Morbus exiſtimatur ſupernaturalis.*

§. 11. *A Medicis proclamatur.*

§. 12. *Applicatio Oſsiculi Ven. Martyris.*

§. 13. *Secundum Extremum.*

§. 14. *Bona valetudinis continuatio.*

Religioſus, qui Puellæ applicauit Officulum Ven. Martyris. De viſu.

LI. *Teſtis Admodum Rev. Pater Fr. Apollinaris à Sigmaringa Sacerdos, & Religioſus profeſſus Capuccinorum, ætatis annorum 44. ſuper Artic. Proc. pag. 282. in fine dixit.*

Nobilem Dominum Ioannem Sculetum Patritium Conſtantienſem optimè noui, benè item, ac recentèr memini, quod dictus Dominus Sculletus ad Monaſterium noſtrum Conſtantiæ veniens, ibidem me rogarit, quatenùs filiolam ſuam periculosè ægrotantem viſitare, & Reliquias (de quibus ab alijs intellexit) germani mei fratris Patris Fidelis eidem applicare vellem, ego difficultèr ſatis, & ægrè aſſenſum præbui; Verumtamèn quia dictus Dominus Sculletus adeò inſtitit, & rogauit, ego tandem eiuſdem petitioni annuens, ac ædes illius non multò poſt ingreſſus, puellolam inuiſi, cuius vbi pedes omninò diſtortos, ac motu

§. 15. *Primum Extremū.*

caren-

carentes vidi, ad hæc eandem filiolam acerrima, & doloroſiſſima tuſſi laborantem vidi, & audiui, ego magna ergà eam fui commiſeratione motus, & ſtatim Parentes illius ex hypocauſto, in quo puella iacebat, ſeu Sellæ inſederat, exire paulìſpèr perij; Quo facto, in genua mea cum Comite meo, ſeu Socio, Fratre videlicèt Barnaba ex Badena Ciuitate Capuccino prædicto procumbens, quinquies Pater, & Aue ad Deum recitatis, puellulæ pedes, & collum etiam ſuprafato articulari oſſe de altera manuum Germani mei Fratris Patris Fidelis proueniente, quodque prout ſupra à Reuerendo Patre Matthia Augienſi Prouinciali meo acceperam, tetigi, & perliniui; Sperabam enim, quod ob merita, & interceſſionem dicti Serui Dei, ac Martyris Patris Fidelis, quem idcircò inuocaui, Puellula illa conualeſceret: quo quidem facto, non multò poſt Parentibus, & Puellulæ valedixi, & in Monaſterium meum temeaui: Quis verò ad præfatum attactum, & applicationem Reliquiarum effectus fuerit ſubſequutus, non multùm fui ſolicitus, nec indagaui, ipſi met præfati Parentes me melius poterunt indicare, accidit autem hoc anno, vti puto, milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto.

§.16. *Primum Extremũ.*

§.17. *Applicatio Oſsiculi Ven. Martyris.*

LII. *Teſtis Nobilis, & Clariſſimus Dominus Ioannes Conradus Pelſius, Medicinæ DoctorConſtantienſis, ætatis annorum 33. ſuper Articulis Proc. pag. 286. dixit.*

Medicus de viſu, & in aliquibus de auditu.

Dictam filiolam ego ipſe aliquotiès inuiſi, tamquàm Medicus ad curandum vocatus. Et hoc accidit de Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto circitèr, eandem filiolam tunc temporis infraſcriptam plures alij Medici ſimilitèr viſitarunt. Et meo, & aliorum quoque dictorum Medicorum iudicio eadem filiola tunc maleficio infirmabatur. Quarè edico, quod in tantum ſimilium affectuum cauſæ Medicos ſugiunt, in quantum huius non intellecti nulla ſit curatio morbi; Et id circò dictam maleficiatam filiolam, denegato naturalitèr proportionato remedio, curare non potuimus. Poſtmodùm verò eadem filiola ſanitati reſtituta eſt, quod ſupernaturalitèr eueniſſe cenſeo. Et vt à fidedignis accepi, hoc accidit ob merita, & intereeſſionem Beati Patris Fidelis à Sigmaringa piæ memoriæ Capuccini, & Martyris, cuius etiam Reliquiæ eidem Infirmæ ad impetrandam ſanitatem applicatæ fuerunt.

§.18. *Primum Extremũ.*

§.19. *Morbus à Medicis deſperatur.*

§.20. *Secundum Extremum.*

§.21. *Inuocatio V. Martyris.*

LIII. *Teſtis: Admodum Rev. Pater Frater Barnabas à Badena Sacerdos, & Religioſus profeſſus Capuccinorum, ætatis annorum 46. ſuper Articulis Proc. pag. 290. in fine dixit.*

Religioſus præſens applicationi Oſſiculi V. Martyris.

Omninò pręſens aderam quando Pater Apollinaris Nobilis Domini Ioannis Sculteti domum acceſſit, illiuſque ægrotam filiolam inuiſitauit, benè inſuper adhuc memini, quod poſtquam ægræ Puellæ Parentes Pater Apollinaris ex hypocauſto ſecedere iuſſit, nos ambo in genua procubuerimus, recitatiſque quinque Pater Noſter, & totidèm Salutationibus Angelicis, imploratoque ſuffragio Patris Fidelis piæ memoriæ, prædictus Pater Apollinaris articulare oſſiculum de manu Patris Fidelis piæ recordationis extraxerit, illoque collum Puellæ (quandoquidèm graui admodùm tuſſi, ac moleſtis ſingultibus laborabat) ſimilitèr etiam eiuſdem pedes, quibus nullatenus inſiſtere poterat, tetigerit, ac perliniuerit. Quis verò deindè in Puella effectus ſequutus ſit, hunc illius Parentes meliùs referre poterunt.

§.22. *Applicatio Oſſiculi Ven. Martyris.*

§.23. *Primum Extremũ.*

Num. 20.

Septimum Signum, ſiuè Miraculum ſubitæ ſanationis Puellæ, cui fermè perditus erat oculus.

Ex Proceſſu Conſtantienſi auctoritate Apoſtolica fabricato.

XXXV. *Teſtis Nobilis, & Clariſſimus Dominus Nicolaus Hamerer Archi-*

Pater ſanatæ de viſu.

grammateus, hoc eſt Magnus Cancellarius Conſtantiæ ætatis annorum 51. ſuper 30. Articulo Proceſſu pag. 231. tergo dixit.

§. 1. *Primum Extremũ.*

Verum eſt, quod mihi nouennis paruula filiola eſt, nomine Anna Clara, quæ anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimotertio fermè videbatur vno ocellorum lumine priuanda, iam enim vitio claudebatur, aperta verò palpebra, iam iam excreſcens quædam pellicula in oculo depræhendebatur; Cum verò Pater Apollinaris à Sigmaringa Capuccinus (vt in Superiori depoſitione de me ipſo facta dictum eſt) à me diſcederet, filiolaque ipſum caſu extra hypocauſtum comitaretur clauſo ocello, rediens illa rursùm intrò aiebat ad me, aliosque præſentes: Pater Apollinaris liniuit, ac tetigit oculum meum officulo cuiuſdam gallinæ, ego tamen benè cogitabam aliud officulum fore, illo itaque Veſperi hac de re nil aliud motum fuit, vſque ad ſequentis diei mane circa horam tertiam, aut quartam: tunc filiola antequàm illuceſceret interiori tantummodò induta, induſio è lectulo ſuo prætèr morem ſe proripuit, vnoque curſu ad me in hypocauſtum veniens inquiebat: Pater mi, apertus eſt mihi oculus, & nunc benè cerno. Audito iſto tàm inopinato euentu, vehementer obſtupui, diù multùmque mecum deliberans, quid hæ res ſibi vellent, ac portenderent, primùm iterum recordabar meorum pedùm, quibus rurſum mox poſt diſceſſum Patris Apollinaris (vt ſuperiùs inſinuatum) gradum figere poteram: lachrymas itaque ob lætitiam fundens ad Dominum Hectorem Dornſperger rogatum miſi, me vt accedere dignaretur: Venienti illi totam rem, vti euenerat, enarraui, nempè poſt viſitationem Patris Apollinaris, prima hora, grallis tamen ſuffultum me ingredi potuiſſe, ſimul etiam quid filiolæ Annæ Claræ acciderit recenſui; per Diuinum itaque amorem ipſum exoraui, vti Monaſterium Capuccinorum accedat, Patrique Apollinari hæc eadem ſignificet, & quid de his ſentiat, exquirat; Quod præfatus Dominus præſtitit, acceptoque reſponſo, hæc, quæ ſequuntur, mihi magno cum meo ſtupore retulit, quod nimirùm die heſterna tàm ſubitò incedere valuerim, cum antea etiam in lecto ob nimios dolores pedes mouere nequiuerim, hanc fortè eſſe cauſam; Patrem ſcilicet Apollinarem pallio germani fratris ſui Patris Fidelis piæ memoriæ indutum fuiſſe, pedeſque meos illo ipſo tetigiſſe. Similiter eundem ocellos filiolæ meæ Annæ Claræ articulo quodam, ſeu officulo de manu Patris Fidelis perliniuiſſe, hinc forſan Deum Omnipotentem gratia ſua ſuccurriſſe, vti hoc medio tam oculus, quàm pedes curati ſint. Ita Teſtis ego Nicolaus Hamerer, firmæque inſuper huius exiſtimationis ſum, ac credo, præfatam meam filiolam ſolummodò ad attactum illarum Reliquiarum, & per merita, & interceſſionem dicti Serui Dei, ac Martyris Patris Fidelis in integrum reſtitutam eſſe; præſertim quia ante hac media nulla naturalia, ſiue medicamenta adhibita quidquam præſtiterant, cum tamen quatuor diuerſos Medicos ob calum hunc, & periculum cæcitatis conſuluerim, qui omnes oleum, & operam in eadem puella curanda perdiderunt.

§. 2. *Applicatio Oſsiculi Ven. Martyris.*

§. 3. *Secundum Extremum.*

§. 4. *Exiſtimatio Miraculi.*

XXXVI. *Teſtis Domina Catharina Haslachin, Vxor ſupradicti Domini Nicolai ætatis annorum 42. ſuper Articulis Proceſſu pag. 233. terg. dixit.*

Mater ſanatæ de viſu.

§. 5. *Primum extremũ.*

Quod filiolam meam Annam Claram concernit, eo ipſo tempore, quo maritus lecto affixus grauitèr decumbebat, ſiniſter ipſius oculus cæpit vitio aliquo laborare, itaut, neque aperire, neque claritatem diei, nec lucem ampliùs pati valeret; ad hæc in tantum ocellus clauſus extitit, pupilla ampliùs videri non potuerit, vbi vero vi aperiebatur, videre erat pelliculam quandam excreſcentem iàm iàm pupillæ ſuperinducii; maritus igitur meus, & ego nullis ſumptibus parcentes, varios Docto-

res

res artis Medicinæ (ex quibus Dominus Doctor Ioannes Conradus Felſius Conſtantienſis Ciuitatis Phyſicus adhuc viuus) ad Puellam adducti fuerunt, qui tamen medijs ſuis eidem adhibitis nihil effecerunt.

§. 6. Remedia fruſtrà adhibita.

poſtmodum accidit, vt cum Reuerendus Pater Apollinaris a Sigmaringa Capuccinus, & Beati Patris Fidelis Frater germanus maritum meum inuiſens, eidemque demùm valedicens, domum abire pararet, filiola mea ipſum extra hypocauſtum vſque ad gradus, ſeù ſcalam comitata fuerit, quod cum memoratus Pater Appollinaris (ſicut primo à puella, deindè à Domino Doctore Hectore Dornſperger percepi) aduertiſſet, exili quodam oſſiculo, ſeu articulo cuiuſdam digiti Patris Fidelis puellæ oculum tetigit, quo facto, abiit, Veſperi verò more conſueto filiola in lectulum ſuum ducta fuit, ſumno verò mane puellula

§. 7. Applicatio oſſiculi Ven. Martyris.

§. 8. Secundum extremum.

prætèr morem ſolitum è lectulo ſe proripiens, ac interiori tantum induſiolo induta, ad Patrem in hypocauſtum ingreſſa eſt, lætum afferens nuncium, ſe nimirùm oculum aperire, & illo rurſùm clarè videre poſſe, quod cum ego pariter intuita fuiſſem, & a filia audiuiſſem, oculumque ipſa met inſpexiſſem, non ſatis indè mirari, & lætari potui; Et quandoquidèm effectus hic ex attactu tantummodò Reliquiarum dicti Beati Martyris Patris Fidelis facto euenit, vt ſuperiùs iam inſinuatum, idque ego, cum ex ipſa filiola, oculum ſcilicèt ſuum oſſiculo cuiuſdam gallinæ, vt putabat, perlinitum inaudiuerim, tùm ex Domino Doctore Hectore, quem maritus meus ad Patrem Apóllinarem miſit, vt eidem indicaret, quæ tàm ſibi, quàm filiolæ ſuæ Annæ Claræ acciderint, intellexerim. itá firmitèr cenſeo, iſtud verum eſſe Miraculum, Sanctitatique dicti Patris Fidelis tribuendum. Et hoc indè multo magis, quod non dumtaxat oculus ille in puella ſanus permanſerit, ab illoque tempore nullo amplius vitio laborarit; Verùm etiam quia cum altero poſt anno præfata puella ſimile quid in dextero oculo paſſa eſſet, & iam iam grauis diſtillatio quædam in eo adſerteretur, tunc ego cum filiola Templum Capuccinorum Conſtantiæ adiui, illamque dicto Patri Apollinari iterum præſentaui, enixè rogans, vt ſi poſſibile foret, iſta vice etiam dexterum oculum periculo eximeret. Itaque idem Pater Apollinaris ſupra inſinuato oſſiculo, ſeu Reliquijs de dicti Patris Fidelis digito oculum filiæ meę tetigit; ex quo tempore nunquam ampliùs filia præfato laborauit oculo, & hactenus ſemper ſine vllis alijs adhibitis medijs vtroque oculo clarè videns permanſit; nulloſque dolores hactenus perpeſſa eſt. Idcircò beneficium hoc denuò præfati Patris Fidelis Sanctitati adſcribo.

§. 9. Exiſtimatio Miraculi.

§. 10. Renouatur Miraculum in altero oculo.

LI. *Teſtis Admodum Reuerendus Pater Frater Apollinaris à Sygmaringa Sacerdos, & Religioſus profeſſus Capuccinorum, ætatis annorum 44. ſuper Articulis Proc. pag. 280. terg. poſt med. dixit.*

Religioſus, qui oſſiculum Ven. Martyris applicauit puellę.

Idem quoque Dominus Doctor Dornſperger mihi vlteriùs tunc narrauit, quod dicti etiam Archigrammatei filiola Anna Clara, quod pridiè adhuc ita ex altero oculo laborabat, vt videre, ſeù lucem aſpicere nullo modo potuerit, ſed iuxta apparentiam omnindò cæca, ſeù orba videretur euaſura, ſummo mane ſe ſe è lecto ſuaptè proripiens, & ad parentem ſuum in hypocauſto exiſtentem perueniens, gratulabunda eidem expoſuerit, quod oculum, quem antea ſemper occluſum habebat, modò aperire poſſit, & aperuerit, imò rectè videat, & quod Pater Apollinaris oculum pridie veſperi paruo oſſiculo (vel, vti puella dicebat, gallinaceo oſſiculo) tetigerit. Ipſe itaque d. Dominus Doctor Dornſperger nomine dicti Archigrammatei obnixè rogabat, quatenùs indicare vellem, quomodò hoc acciderit, aut quale medium adhibuerim, ad cuius nempe applicationem talia, tàm in Parente, quam in filiola eue-

§. 11. Primum extremũ.

§. 12. Secundum extremum.

ne-

nerint. Ego his cum ſtupore quodam auditis, breuitèr reſpondi, quod pedes quidem Archigrammatei data opera, ſeu ſtudio, pallio, quo tunc indutus eram, & quondam germani mei Fratris Patris Fidelis fuerat,

§. 13. Applicatio oſſiculi Ven. Martyris.

tetigerim, iuxta lectum eiuſdem aſſidendo. Similitèr quod vbi oculum filiolæ eiuſdem Annæ Claræ malè affectum contemplatus, & deſuper miſertus fui, articuli quodam oſſiculo à Reuerendo Patre Matthia ab Augia Ordinis noſtri Prouinciæ Heluetica Miniſtro Prouinciali, mihi de dicti Germani mei Fratris altera manu communicato, tetigerim: & fortè Deo Optimo Maximo ſic diſponente, ex prædicto attactu, & ob merita, ac intercesſionem dicti Patris Fidelis Serui Dei vtrumque eueniſſe, prætcrea enim nihil aliud quidquam à me fuiſſe tentatum, aut adhibitum.

§. 14. Renouatur Miraculum in altero oculo.

Inſuper, & hoc memini, quod cum præfatæ filiolæ Annæ Claræ ſimile quid in altero quoque oculo poſtmodùm ſecundùm apparentiam, & inſpicientium iudicium euenire vellet, eiuſdemque Parentes deſuper valdè anxij eſſent, & ob id Mater eiuſdem Domina Catharina vnà cum filiola ad me in ipſo die Paraſceues in Eccleſiam Monaſterij noſtri Conſtantiæ veniſſet, rogans me, quatenùs iam antea expertas Reliquias filiolæ applicare vellem, tunc ego eiuſdem prædictæ filiolæ Annæ Claræ oculum eoram Altari præfato articulari oſſe Fratris mei Patris Fidelis perliniui, & attrectaui, ac dimiſſi. De effectu autem poſtmodum ſubſequuto, quia ego non admodùm fui ſolicitus, ipſimet Parentes, aut alij circa hoc meliùs, quàm ego, poterunt deponere.

Medicus:

LII. *Teſtis Nobilis, & Clariſſimus Dominus Ioannes Conradus Felſius Medicinæ Doctor Conſtantienſis, ætatis annorum 33. ſuper Articulis Proceſſu pag. 287. dixit.*

§. 15. Primum extremū.

Vlteriùs cum prædicti Domini Nicolai Hamerer filiola nomine Anna Clara ſic ægrotaret, vt eidem oculi ſuffuſio, ſeù collectio humoris præter naturam inter chriſtallinum, & túnicam corneam fluens, viſionem per

§. 16. Applicatio oſſiculi Ven Martyris.

aliquod tempus impediuerit. Tunc, prout ſimilitèr à fide dignis accepi, eidem filiolæ ad ſanitatem impetrandam applicatæ fuerunt Reliquiæ dicti Beati Martyris Patris Fidelis. Et exindè ita conualuit, vt

§. 17. Secundum extremum.

ſequenti ſummo mane ſana depræhenſa fuerit. Et quidèm cum ad huius affectus perſanationem Hipocrates præcipiat medicamenta infra

§. 18. Indicium Medici ſuper hoc Miraculo.

purgantia, corpus attenuantia, exſiccantia, ac demùm materiam per nares purgantia: Quorum medicamentorum vſus non vnum ſimplex medium, multo minùs breuiſſimam moram deſideret: Propterea tàm momentaneum Reliquiarum attactum non naturali, ſed dicti Beati Martyris Patris Fidelis cœlitus emiſſa virtute roboratum filiolæ huic viſionem reſtituiſſe, conijcio.

Num. 21. Octauum Signū, ſiuè Miraculum ſublitæ ſanationis Phræneticæ. Ipſa ſanata de facto proprio.

Ex Proceſſu Conſtantienſi auctoritate Apoſtolica fabricato.

XXXVIII. *Teſtis Domina Anna Egenderin è Brigantia, ætatis annorum 27. ſuper 5. Articulo Proceſſu pag. 238. dixit.*

§. 1. Primum Extremū.

Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto die nona Iulij cum è Templo, diuino peracto Officio, domum iuiſſem, ſubitò horrore quodam, ac tremore correpta, toto corpore ſudorem emiſi, itaut per ſubſequentes quatuor ſeptimanas eeu mortua in ſtrato decubuerim; ad hæc in tantum ſenſibus, ac intellectu deſtituta fui, talibuſque phantaſijs laboraui, vt elapſo dicto tempore, nullibi contineri, ac conſiſtere valuerim, ac nihil magis optarim, quàm interfecta, aut alia naturali morte

è vita

è vita decedere, quomodo verò varijs modis iſtud exequi tentauerim,
Maritus meus Gallus cum alijs vicinis, huius rei notitiam meliorem ha-
bentes, meliùs etiam indicare, ac de eo teſtari poterunt: Quantùm
autem mihi conſtat, non ex deſperatione aliqua mortem violentam
quærebam, ſed mihi ipſi imaginabar pro amore Dei, ac Chriſti, me ta-
lem expetere, & iſto modo me filiam æternæ beatitudinis futuram eſſe;
idcircò quò magis vapulaſſem, eò mihi res gratior accidiſſet, nihilque
acceptius ratione dictæ imaginationis, quam ſi amore Dei ab aliquo
interfecta fuiſſem. Quæ verò, aut qualia media ad pellendas has tam
graues phantaſias, perturbationemque capitis mihi adhibita ſint, ſimi-
litèr alij quoquè meliùs, quàm ego ipſa ſignificabunt; hoc certum eſt, §. 2.
nullam rem quicquam profuiſſe, donec reliquiæ quædam Beati Patris *Inutilitas remedio-*
Fidelis à Sigmaringa Capuccini, & Martyris, quas Admodum Reue- *rum.*
rendus Dominus Abbas Monaſterij Augiæ minoris propè Brigantiam §. 3.
tradidit, collo meo appenſæ fuerunt, quod quamprimùm factum, ſta- *Applicatio Reliquia-*
tim meliùs me habere cæpi, &ità quidem benè, vt ſtatim ad me ite- *rum Ven. Martyris.*
rùm redierim, & altera, aut tertia poſt die in capite, & aliàs adeò ſa- §. 4.
na reddita ſum, ac ſi nunquàm ægra extitiſſem. Cum tamen hæc ca- *Secundum Extre-*
pitis perturbatio, & phreneſis priùs pluribus menſibus durauerit, & ab *mum.*
hinc (Deo ſint laudes) omni prorsùs moleſtia me liberam ſenſi, va-
cuamque ſimilibus, grauibuſque cogitationibus quamdiù prælatas è
collo pendulas habui mecum Reliquias; at cum aliquot deindè lapſis
iam menſibus poſtquàm eas accepi (quomodo, aut quo caſu neſcio) §. 5.
perdidiſſem, neque ampliùs reperire poſſem, verum eſt, quod graui *Circumſtantia Mi-*
illa correptione phantaſiarum rursùs laborare, & affligi cæpi, & niſi *raculum augens.*
aliæ ſimiles Reliquiæ mox iterùm mihi procuratæ fuiſſent, facilè ite-
rùm in priores phantaſias, & grauem animi melancholiam recidere
potuiſſem, ideò cum ſubitò cæperim meliùs habere, & omnia tranſie-
rint, quamprimùm aliàs denuò acceptas Reliquias collo, vt priores
appendi, hactenùſque tam grauibus cogitationibus, ſeu tentationibus
caruerim, libentèr inſuper cum Marito, ac liberis domi remanſerim, &
interea adhuc vnum partum in lucem ediderim; itaque firmitèr credo,
mediantibus dumtaxàt dicti Beati Patris Fidelis Reliquijs, ſuffragijſque,
integram ſanitatem me recuperaſſe.

XXXIX. *Teſtis Dominus Gallus Spath Ciuis Brigantiæ, Maritus ſupradictæ* Maritus ſanatæ.
Annæ, ætatis annorum 28. ſuper Articulis Proceſſu pag. 240. tergo De viſu.
dixit.

Poſtquàm interrogor de ijs, quæ circà meam dilectam Vxorem Annam
Egenderin ante hac acciderint; res fundamentalitèr, & veracitèr ita §. 6.
ſe habet. Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto, nona Iulij *Primum Extremū.*
cum præfata mea Vxor Anna è Templo, finito Diuino Officio, domum
rediiſſet, ſubitò in talem morbum incidit, corruptioneque cerebri la-
borare cæpit, vt quatuor ferè hebdomadibus inſtar mortuæ ſtrato affi-
xa iacuerit, poſtmodum tanto horrore, ac phantaſijs correpta fuit, vt
conſortia hominum fugiens, nullibi conſiſtere potuerit, vnicè deſide-
rans, me Marito ſuo, liberiſque ſpretis (ſine vlla tamen à nobis acce-
pta cauſa) ſyluas, ac nemora petere; quemadmodùm, & in ſummo
frigore, & rigore hyemis aufugiens, integra aliquandò die foris man-
ſit. Inſuper eò iam deuenerat, vt nihil niſi mortem optauerit, fame,
aut frigore oppetere, & tantùm, vt ſibi imaginabatur, amore Chriſti;
imò ſæpiùs me enixè rogauit, vt ipſam interimerem, dicerem que na-
turali, aut alia aliqua morte obijſſe. Talibus quoque phantaſijs reple-
ta, magnam famem, nihil tamen manducare volens, paſſa fuit, & quam-
uis cibos benè præparatos haberet appoſitos, cochlearque iam ori ad-

moviſſet, nauſeando, cochlear cum cibis iterum proijciens reſpuebat. Contigit etiam, vt die Veneris Sacro, cingulum meum arreptum collo iam circumdederit; vt ſeipſam ſuſpendio enecaret: caſu adueniens id impediui; quo facto, cognito catenis quidem ferreis iam erat vincienda; erat enim verè furioſa, & inſana, omiſſum tamen pro illa vice id fuit, cum ſupereſſet adhuc ſpes aliqua, forſitàn quibuſdam medijs curari poſſe. Sicuti nouem menſibus magnos ſumptus faciens, fruſtrà

§. 7. *Inutilitas remediorum.*

omnia impendi. At mox vbi ab Admodum Reuerendo Domino Prælato Monaſterij propè Brigantinam Reliquias aliquas de Beati Patris

§. 8. *Applicatio Reliquiarum Ven. Martyris.*

Fidelis à Sigmaringa Capuccini, & Martyris Veſtibus communicatas accepi, Coniugiſque meæ Collo appendi, ſtatim omnia immutata fuerunt, manifeſtòque meliùs habere cæpit; intrà triduum quoque ita ſana, & benè valens effecta eſt, ac ſi nulla ante hac ægritudine laboraſſet; quo euentu viſo, cuncti obſtupuerunt, mihique gratulati ſunt.

§. 9. *Secundum Extremum.*

Quandoquidèm ergo multis quantum poteram expenſis, ratione ipſius factis, nihil effecerim, neque impetrauerim, at ſolùm mediantibus dictis Reliquijs Beati Patris Fidelis eo modo Vxor ſtatim reſtituta, & integræ ſanitati reddita ſit, ſano inſuper intellectu fidem coniugalem ſeruando, vera cum Charitate apud me, meoſque liberos hactenùs re-

§.10. *Circumſtantia adaugens Miraculum.*

manſerit, omni quoque tam graui tentatione caruerit: Effectum hunc euidens Dei Miraculum eſſe cenſeo, quod in ipſa per ſæpè repetiti Patris Fidelis beatæ memoriæ Reliquias præſtitum fuit; Contigit autem, vt cum ſæpèfata Vxor mea caſu Reliquias illas è collo pendulas ante aliquot menſes amiſiſſet, tunc in priſtinum morbum, ſeu melancholiam relabi inciperet: at mox vbi aliam particulam ex Reliquijs dicti Patris Fidelis ab eiuſdem ſupra inſinuati Domini Prælati liberalitate communicatam accepi, ipſique è ceruice vti priores ſuſpendi, ſubitò reſpirauit, hactenùſque ſemper benè valuit, incolumiſque permanſit.

Vicinus de viſu.

XL. *Teſtis Dominus Ioannes Reiner Ciuis Brigantinus, ætatis annorum 40. ſuper Articulis Proceſſus pag. 243. dixit.*

Mihi tamquàm vicino optimè notum eſt, prædictam Annam Egenderin

§.11. *Primum Extremū.*

ante duos circitèr annos eò deueniſſe, vt pluribus deinde menſibus cerebro, ac intellectu ipſius corrupto, & turbato, inſtar phreneticæ domi conſiſtere nolens, maximis in frigoribus aliquoties aufugiens diceſſerit; quam cum alijs ſæpiùs quæſitum exiui, inuentamque domum reducere iuui; vidi quoque illam quandoquè viſitans, adeò cibus nauſeabundam reſpuiſſe, vt omninò comedere quicquam noluerit, ſeipſam forſan ieiuniis, ac inedia enecare cupiens; quemadmodùm & aliàs ab illius Marito Gallo Spath percepi, ipſam aliquandò ſuſpendio, niſi caſu adueniens impediuiſſet, fortè perituram fuiſſe, cum iam cingulum col-

§.12. *Inutilitas Remediorum.*

lo inſertum habuerit. Neque etiam me latet, varia adhibita media, multoſque ſumptus impenſos fuiſſe, vt integræ ſanitati reſtitueretur, quibus tamen omnibus nihil effectum eſt, itaut iam catena ferrea liganda fuerit, ne fortè ſeipſam interimeret. Ecce in tali rerum ſtatu Reliquiæ quædam de Veſtibus Patris Fidelis à Sigmaringa piæ memoriæ

§.13. *Applicatio Reliquiarum V. Martyris.*

Capuccini, & Martyris à Domino Prælato Monaſterij Augiæ minoris propè Brigantiam ſiti tranſmiſſæ fuerunt, quæ cum primùm eidem è collo ſuſpenſæ ſunt, exinde infrà duos, aut tres dies integrum rursùs

§.14. *Secundum Extremum.*

intellectum, & ſanitatem recuperauit, & hactenùs ſempertaliter permanſit, itaut ne minimum aliquem defectum ampliùs in eam aduerterim. Cum itaque res eo modo conſtituta ſit, non ſolùm cum cæteris omnibus factum iſtud valdè miratus fui, verùm etiam credo poſt Deum tantùm per medium ſupra inſinuatarum Reliquiarum Patris Fidelis ipſam

ſam

ſam curatam fuiſſe : Cæterùm verò qualitèr, aut quomodò phreneſi correpta fuerit, ego ignoro.

Alter vicinus de viſu.

XLI. *Teſtis Dominus Iacobus Gollmann Brigantinus, ætatis annorum 50. ſuper Articulis Proceſſu pag. 245. dixit.*

§. 15. *Primum Extremũ.*

Quod meam vicinam Annam Egenderin ſpectat, magno in primis meo dolore multòties conſpexi, eandem pœnitùs phreneticam, intellectuque miserè orbatam extitiſſe, & ſeipſam fame enecare voluiſſe: audiui etiam ab illius Marito Gallo, quod die Veneris ſacro ſeipſam ſuffocare, ſeu ſtrangulare cupierit. Iterùm alia vice cum è domo elapſa eſſet, eo tempore, quo maximum erat frigus inque torculari iuxta magnum quoddam dolium, ſeu vas ſeſe occultaſſet, ibique manſiſſet, tandiù à nobis quæſita fuit, donec ibidem illam inuenimus, ipſamque mellitis verbis perſuaſam, & extractam de loco illo, domum perduxi: Mihi inſupèr notum eſt, Maritum eius nullis parcentem ſumptibus, vt iterùm reſtitueretur, sed inopiam ferè redactum eſſe. Cum itaque nulla media eidem quicquam profuerint, tumque primùm conualuerit, cum Reliquiæ quædam (quemadmodùm ab ipſius Marito, & alijs audiui) de Patris Fidelis fœlicis recordationis veſtibus è collo eiuſdem ſuſpenſæ ſunt; hactenùs etiam illa perſeuerantèr (quantum ſcio, & aduertere potui) ſano intellectu, bonaque valetudine vitam duxerit, omninò huius ſententiæ, ac opinionis exiſto, hoc Miraculum eſſe, & præfati Patris Fidelis à Sigmaringa Capuccini, & Martyris Sanctitati, meritiſque attribuendum.

§. 16. *Inutilitas Remediorum.*

§. 17. *Applicatio Reliquiarum Ven. Martyris.*

§. 18. *Secundum Extremum.*

Ex Proceſſu Conſtantienſi auctoritate Apoſtolica fabricato.

Num. 22. Nonum Signũ, ſiuè Miraculum ſubitæ ſanationis occulti cancri.

Ipſa ſanata de facto proprio.

LVI. *Teſtis Admod. Reuerenda Soror Cecilia Munſingerin Monialis profeſſa Ordinis Ciſtercienſis in Monaſterio Beatæ Mariæ Virginis in Valle Liliorum, ætatis annorum 23. ſuper Articulis Proc. pag. 297. tergo dixit.*

§. 1. *Primum Extremũ.*

Diebus quatuordecim ante nuper lapſum feſtum Sanctæ Mariæ Magdalenæ, adeò magni, & intenſi dolores in dextera mamilla me corripuerunt, itaut me halitum ducente, mox nimìs acutum ſenſerim dolorem, multò verò magis noctu, quàm de die affligebar, diebus verò decem, vel vndecim continuis, propter nimis acutas lancinationes, ante mediam noctem nullum omninò potui habere ſomnum, imo quamuis parùm deindè obdormiuerim, non diuturnus tamen, ſed modicus omninò, & inquietus erat ſomnus ob magnam moleſtiam dolorum, qui in dies augebantur, ac creſcebant; itaut quamuis interdùm per mediam horulam dormiuerim, ſeù quieuerim, ſtatim iterùm expergefacta fui, cumque iàm integro octiduo hoc ità perdurasſet, doloreſque mamillæ ſemper creuiſſent, illa molliùm intumuit, & ob nimìs acutos, quos patiebar, dolores, tribus noctibus ante feſtum Sanctæ Mariæ Magdalenæ nullo modo ſomnum capere potui: Ad hæc cum in peruigilio feſti Sanctæ Mariæ Magdalenæ conſpexiſſem inſinuatam dexteram mamillam meam pœnitùs rubicundam effectam eſſe, egoque non aliud arbitrarer, quàm quod illa exulceraretur; idcircò diutiùs rem hanc nolui ſilentio tegere, ſed Gratioſam Dominam meam Abbatiſſam accedens, illi afflictionem, neceſſitatemque meam dolens explicaui, ſimulque ad euitandum maius malum remedium aliquod petij, & precata ſum. Quæ cum dicto adhuc Veſperi ante feſtum Sanctæ Mariæ Magdalenæ neceſſitatem, ac defectum vberis ipſamet conſpexiſſet, me ſic affata eſt: En mea filia Cecilia, antequam naturale aliud medium, ſeù medicamentum

adhibeamus, priùs Spirituali medio vti volumus; dixitque, habeo particulam de Beati Patris Fidelis Capuccini, & Martyris habitu, quam mea Soror germana in Munſterlingen mihi honoris ergo donauit, illam in hunc finem tibi tradam, vt cum deuotione, ac firma fide ſuſcipias, illaque mamillam perlinias, ac deſupèr ponas; hæc enim ipſa particula plura iàm mira effecit. Poſtquàm ergo dicta mea Gratioſa Domina illo adhuc Veſperi præcedente feſtum Sanctæ Mariæ Magdalenæ, Reliquias eiuſmodi, ſeù particulam de Patris Fidelis glorioſæ memoriæ habitu mihi tradidiſſet, ego hora octaua, antequàm cubitum iui, Beatum Patrem Fidelem inuocaui, ac dictis Reliquijs meam dexteram, ac multùm tumeſcentem, & rubicundam mamillam firma fide, & bona deuotione, vti ſuffragijs Patris Fidelis bonæ recordationis mediantibus iterùm ſana efficerer, in forma Crucis liniui, ſeù tetigi, & poſtmodùm deſuper poſui. Quamprimùm id præſtiti, incontinenti omnis dolor receſſit, itaut mamilla, quam antea ſine ſenſu doloris tangere nequiui, inſinuata particula, ſeù Reliquijs poſtmodùm ſine vllo dolore in modum Crucis hinc indè delinire potuerim, imò non aliter res ſe habebat, ac ſi illis Reliquijs omnem prorsùs defectum vberis abſtergerem; cumquè iam per tres noctes præcedentes nunquàm obdormiſſem, ſed inceſſantèr acutiem, ſeù lancinationem ſenſiſſem, per hanc integram noctem ab hora nona benè, ac quietè obdormiui. Mane verò expergefacta, nullos ampliùs dolores, nec acutiem, ſeù lancinationem vllam in ſæpè repetita mamilla ſenſi, ſicut nec hactenùs nunquàm: neque minus eodem mane nec tumor, nec rubor ampliùs in vbere videri potuerunt. Hinc læta dicto mane illius diei feſti Sanctæ Mariæ Magdalenæ Gratioſam Dominam meam Abbatiſſam acceſſi, ipſique indicaui, qualitèr poſtquàm heſterno adhuc Veſperi ſub octaua hora, dicto vberi meo datas Reliquias de habitu Beati Patris Fidelis applicaſſem, omnis dolor incontinenti talitèr receſſerit, itaut nihil ampliùs ſenſerim, ſicuti neque nunc quidquam ſentio; placidè inſuper, ac benè per totam noctem obdormiuerim, nihilque ampliùs de tumore, ac rubore in dicta mea mamilla appareat. Poſtquàm ergo præfata mea Gratioſa Domina hæc omnia læta ex me percepiſſet, me ſic affata eſt, ac admonuit, vt preces aliquas in gratiarum actionem Omnipotenti Deo, inque honorem dicti Patris Fidelis beatæ memoriæ funderem, quod etiam mox præſtiti, quindecim Myſteria, ſeù tria Beatæ Mariæ Virginis Roſaria orando, ſingulis etiam adhuc diebus in gratiarum actionem pro accepta ſanitate preces aliquas in honorem dicti Patris Fidelis glorioſæ memoriæ, cuius interceſſioni, ac Sanctitati, poſt Deum, hunc effectum adſcribo, perſoluere ſoleo.

§. 2. Applicatio Reliquiæ V. Martyris.

§. 3. Secundum Extremum.

Præfecta Monaſterij de viſu, & auditu reſpectiuè.

LVII. *Teſtis Admod. Reuerenda Mater Soror Magdalena Hoplerin Monialis profeſſa in ſupradicto Monaſterio, & illius Abbatiſſa, ætatis annorum 56. ſuper Articulis Proc. pag. 3012 in fine dixit*

Quod ſpectat Sororem Ceciliam Munſingerin, profeſſam Monaſterij mei Dennikhon, id in primis teſtor, illam ipſam Veſpere immediatè præcedenti feſtum Sanctæ Mariæ Magdalenæ, Anno milleſimo ſexenteſimo vigeſimo ſexto in gradibus dicti mei Monaſterij ſubtriſtem omninò mihi occurriſſe, ibiquè à me petijſſe, vti eam audire, ſubſidioque eſſe vellem, inquiens, qualitèr nimirùm iàm à quatuordecim diebus in dextero vbere magnos, ac tales dolores, & acutas lancinationes, præſertim verò vltimo iſto elapſo triduo, paſſa fuerit, itaut partim inquietè, ac parùm dormierit, partim verò vltimis præcedentibus tribus noctibus omninò nullum ob dolores, & acutas lancinationes potuerit capere ſomnum; Cumquè inſuper dicta mamilla non ſolùm multùm intumuerit,

§. 4. Primum Extremū.

muerit, ſed etiam tota iàm appateat rubicunda; & ipſa idcircò in magnis verſetur anguſtijs, ne fortè mamilla omninò exulceretur: itaque ſe rogare, vt illi conſilium dare, eamque iuuare velim ad præcauendum maius malum. Itaquè quantum neceſſitas exigebat, illam audiui, & examinaui; Cumque ego ipſa conſpexiſſem vera eſſe, quæ mihi de tumore, ac rubore mamillæ ſuæ narrauit, hinc facilè ei fidem adhibui, quod nimirùm intenſis doloribus torqueatur, & de facili maius aliquod malum ſequi poſſit, niſi bonis medijs præcaueatur. Itaque cum ſimùl recordarer Reliquiarum, ſeù particulæ illius de habitu Patris Fidelis Capuccini, & Beati Martyris, quæ à prædilecta mea Sorore in Munſterlingen mihi hònoris ergo oblata fuit, & qua mediante, iam plura mira patrata fuerant circà alias perſonas, ægritudine laborantes, idcircò præfatam meam filiam Spiritualem ſic alloquuta ſui, vt tantùm ſit benè conſolata, me eidem iſto adhuc Veſpere aliquid Reliquiarum de dicto Patre Fidele beatæ recordationis largituram, quibus ſi bona cum deuotione, & fide firma erga Deum, & merita Patris Fidelis mamillam ſuam perliniat, & eaſdem mamillæ ſuper ponat, fortaſsis & ipſam ſine vllo alio medio adhibito naturali (quemadmodùm pluribus etiam alijs contigit) curandam fore: Quibus dictis, eidem præfata particulam de Patris Fidelis, ac Beati Martyris habitu tradidi. Subſequenti ſtatim die feſto Sanctæ Mariæ Magdalenæ præfata Soror Cæcilia ad me veniens mihi cum gaudio retulit, & indicauit, quomodò ſtatim, vbi heſterno adhuc veſpere circà horam octauam traditas de Beati Martyris Patris Fidelis habitu Reliquias malè affectæ mamillæ applicaſſet, illamque in formam Crucis perliniuiſſet, & eidem illas ſuperpoſuiſſet, omnis dolor, & acutæ lancinationes talitèr ſubitò receſſerint, ac ſi omnia fuiſſent abſterſa, ſe quoque ab hora nona per totam noctem benè, ac quietè dormiuiſſe, omnem inſuper tumorem, ac ruborem vberis diſparuiſſe, nulloſque ampliùs ſe in illo ſentire dolores. Hæc non ſolùm cum gaudio ex ipſa audiui, verùm etiam ego met in veritate vidi, quòd magnus ille tumor, ac rubor, quos præcedente veſpere in ſæpè repetito dextero vbere habuit, omninò receſſerant. Nec aliud ſcio, quàm dictam Ceciliam hactenùs nullos ampliùs dolores in mamilla ſenſiſſe, verùm ſemper ſanam, ac ſoſpitem, vti modò eſt, extitiſſe. Ideò cum ſolummodò ipſa per contactum, ſeù applicationem Reliquiarum de habitu Patris Fidelis bonæ memoriæ, tàm ſubito curata fuerit, ſine vllo alio adhibito naturali medio, ipſam Ceciliam Munſingerin adhortata ſum, vti beneficium iſtud, debita cum gratitudine recognoſcens dilecto Deo pro gratiarum actione, etiam ſub ſpeciali honore Patris Fidelis preces aliquas deuotè offerat.

§. 5. *Applicatio Reliquiarum V. Martyris.*

§. 6. *Secundum Extremum.*

LVII. *Teſtis Admodum Reuerenda Soror Maria Salome Schmedin Monialis profeſſa in ſupradicto Monaſterio, ætatis annorum 26. ſuper Articulis Proc. pag. 304. ad finem dixit.*

Altera Monialis de viſu.

De Sorore mea ſpirituali Cecilia Munſingerin, quæ etiam profeſſa Monaſterij Dennikhon exiſtit, & cum qua perpetuò habito, id mihi benè, ac probè cognitum eſt, illam per quatuordecim dies antè feſtum Sanctæ Mariæ Magdalenæ iſtius currentis milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi ſexti anni, multùm, & in dies magis, magiſque conqueſtam fuiſſe ob malè affectam dexteram ſuam mamillam: per exteriora etiam ſigna morum, & loquelam aduerti poterat, magnis illam premi doloribus, imò ſicuti ipſa met dixit, ob nimis pęnales lancinationes parùm tantùm, & cum magna moleſtia noctu dormire potuit; cumque vltimò, & iam proximè ante feſtum Sanctæ Mariæ Magdalenæ, mamilla mirum in modum intumuerit, rubicundaque effecta ſit, quemadmodùm ex ipſa intelle-

§. 7. *Primum Extremũ.*

xi, ac ego ſpectaui, hincque multùm fuit ſolicita, ne fortè mamilla eiuſmodi omninò exulceraretur, ipſa Cecilia veſpere immediatè præcedente feſtum Sanctæ Mariæ Magdalenæ noſtram Dominam Abbatiſſam adiuit, neceſſitatemque ſuam eidem explicans, conſilium, ac remedium aliquod poſtulauit. Iſtud quoque ex præfata Gratioſa Domina mea audiui, quod adhuc veſpertino illo tempore particulam (quam ſæpiùs vidi) de habitu Beati Martyris Patris Fidelis Capuccini, qui à

§. 8. *Applicatio Reliquiarum V. Martyris.*

Rhætis hæreticis crudelitèr trucidatus fuit, prouenientem, eidem hunc in finem tradiderit, vti illas Reliquias Ægræ mamillæ applicaret, ſeù ſuperponeret: eum enim ante hac plura iam effecerit mira, fortaſsìs & ipſam à Deo per merita fidelis Serui ſui, ac Martyris Patris Fidelis ſanitatem impetraturam eſſe. Quod etiam poſtmodùm euenit, quam-

§. 9. *Primum Extremū paulò ante ſanationem.*

uìs enim tam ego ipſa, quàm aliæ Sorores, & in primis Domina Abbatiſſa tempore adhuc veſpertino præcedenti ſolemnitatem Sanctæ Mariæ Magdalenæ dictæ Sororis Ceciliæ Munſingerin mamillam conſpexerimus grauitèr tumeſcentem, ac indè eam multùm cruciari, & affligi, ſolicitęque inſuper fuerimus, ne peius, ſeù grauius aliquod incur-

§. 10. *Secundum Extremum.*

rat periculum; attamen ego, & aliæ paritèr ſubſequenti die feſto ipſam ſoſpitem, ac incolumem vidimus, & quod magnus tumor in vbere omninò diſparuerit, conſpeximus. Et quandoquidèm ipſa Cecilia seriò affirmauit, nulla omninò alia re ſe vſam fuiſſe, niſi tantùm applicatione

§. 11. *Applicatio Reliquiarum V. Martyris.*

inſinuatæ particulæ de habitu Beati Patris Fidelis, itaque merito vnà cum alijs ob tam ſubitam, ac repentinam Sanitatis reſtitutionem multùm mirata fui, & obſtupui. Hinc etiam factum iſtud Sanctitati, & meri-

§. 12. *Secundum Extremum.*

tis ſæpè repetiti Beati Patris Fidelis attribuo, & hoc eo maiori iure, cum hæc ipſa particula, ſeù Reliquiæ de habitu plura iam eiuſmodi mira, vt ex Gratioſa Domina Abbatiſſa intellexi, circà alias perſonas effecerit.

Num: 23: Ex Proceſſu Conſtantienſi auctoritate Apoſtolica fabricato.

Decimum Signum, ſiuè Miraculum ſanationis morbi nouēnalis cū tremore

XLII. *Teſtis Admod. Reu. D. Gaſpar Schwartz Sacerdos, & Parochus in Valle Vuolpurch, ætatis annorum 41. ſuper Articulis Proc. pag. 247. ad finem dixit.*

Parochus de viſu

Et quidèm res ita ſe habet. Exiſtit ſub diſtrictu meo Parochiali perſona quædam maritata nominè Gertrudis Kelhofferin, quæ ob capitis quendam incognitum, eundemque nouennalem affectum, tàm inutilis fuit

§. 1. *Primum Extremū.*

reddita, vt nullum filum ducere, ne dùm alia grauiora, ac neceſſaria domeſtica munia obire quiuerit, quin ipſa continuis doloribus, ac capitis indiſpoſitione, nullo certo loco, ſiuè domi, ſiuè foris conſiſtere potuit. Quæ licèt ad aliquot pia loca ſeſe deuouens, eò peregrinata fuerit, nihil tamen effecit, aut impetrare potuit. Verùm vbi de Reli-

§. 2. *Innocatio V. Martyris cum applicatione Reliquiarum illius.*

quijs, & earum Virtutibus Patris Fidelis à Sigmaringa glorioſæ memoriæ Capuccini, & Martyris inaudiuit, ipſa quoque bona ſpe, ac fide concepta ad Monaſterium Augiæ maioris ſe ſe conferens aliquid Reliquiarum eiuſmodi humilitèr expetijt. Voti ſui facta compos aliquid poſtquàm accepit, & collo ſuo appendit; mox ab illo ſtatim die notabilem meliorationem perſenſit, ac nullo alio naturali remedio adhibi-

§. 3. *Secundum Extremum.*

to, talitèr deincèps Sanitati fuit reſtituta, vt illius Anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi quinti hyeme non modo commodè cholum tractare, & filum ducere potuerit, ſed & quæuis alia domeſtica munia, & opera exercere valuerit. Et licèt eadem fœmina iam nunc alio quodam

motbo

morbo proſtrata lœthalitèr decumbat, egoque ipſam Venerabilibus Sacramentis Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, & Extremæ Vnctionis diſcedens prouiderim, nihil tamen pro vitæ ſuæ conſeruatione, aut Sanitatis recuperatione naturalis medicinæ adhibet, ſpe freta, ac confidens ſe non niſi per prædictarum Reliquiarum vſum, & applicationem, Seruique Dei Fidelis prædicti interceſſionem conualituram. Et hæc omnia habeo ex proprio viſu, & experientia; Et conſequutæ Sanitatis beneficium etiam ego miraculoſum credo.

XLIX. *Teſtis D. Georgeus Schunerstlar è Pago Vuolfurtb, Maritus Sanatæ, ætatis annorum 46. ſuper Articulis Proc.pag. 274. tergo dixit.*

Maritus ſanatæ de viſu.

Quod meam Vxorem Gertrudem attinet, verum eſt, illam nouem ferè annis talem tremorem, & anxietatem, cum in Capite, tùm in Corpore ſenſiſſe, vt præ nimia anguſtia ſudor ei vndiquè effluxerit. Sæpiùs etiam mihi retulit, circa cor tantam ſe ſentire difficultatem, ac ſi magnus aliquis nodus, ſeù pondus ex eo dependeret: hinc magnam ſe experiri preſſuram. Verum inſuper (proh dolor) eſt, quod nec fila è cholo trahere, nec alia munia domeſtica, neque ruralia obire potuerit, magno certè cum meo, & rei domeſticæ detrimento. Illa quidèm non nullas peregrinationes ad pia quædam inſtituit loca, nihil tamen impetrauit. Poſteaquàm verò multa de Miraculis per Reliquias Patris Fidelis à Sigmaringa Capucini glorioſæ recordationis patratis, qui in Rhætia Martyrio affectus eſt, inaudijt, ipſamet Monaſterium, quod iuxtà Brigantiam ſitum eſt, adiuit, tantumquè apud Abbatem ibidèm obtinuit, vti paruum aliquid de eiuſmodi Reliquijs, quas è collo ſuſpenderet, ei elargitus ſit; quas cum primùm appendit, mox prima adhuc die meliùs habere cæpit; tremor etiam, & anxietas in tantùm (Deo ſit honor) illam reliquerunt, vt hactenùs, & fila ducere, & alia neceſſaria munia domeſtica obire, ac exequi valuerit. Vidi etiam, quod vbi acceptas Reliquias ſibi appendit, adeò bene Corpus, ac interiora breui poſt ſe purgauerint, ac ſi medicamentum quoddam ſumpſiſſet; poſtmodùm etiam nodus ille ponderoſus è corde pendulus omninò receſſit, vti mihi dixit, vt deinceps non ampliùs conqueſta fuerit. Demùm multotiès ex ipſa audiui, præfatas Reliquias adeò ſuauem exhalare odorem, vt nihil vnquàm tale quid odorata fuerit. Verum licèt ego aliquotiès nares ad ſacculum, cui incluſæ fuerunt Reliquiæ illæ, proximè admouerim, nihil tamen ſimile quid olfacere potui. Vlteriùs cum nuper primùm ante menſem vnum Vxor mea læthali morbo afflicta decubuiſſet, nullas omninò voluit admittere medicinas, bonam, & continuam ſpem habens, etiam hac vice ſe per dictas Reliquias reſtituendam fore, ſicuti etiam conualuit; Et quandoquidèm inſinuata Vxor mea quamprimùm Reliquias accepit, colloque circum ligauit (vt ſupra dictum eſt) prima nouennali ægritudine liberata fuit, æſtimo, & cenſeo firmitèr, Patrem Fidelem prædictum Sanctum eſſe Martyrem, multùmque apud Omnipotentem Deum, & poſſe, & valere; Et eius meritis, & interceſſione ipſam Vxorem meam, vt ſupra, rurſùm conualuiſſe.

§. 4. *Primum Extremū.*

§. 5. *Innocatio V. Martyris cum applicatione Reliquiarum illius.*

§. 6. *Secundum Extremum.*

§. 7. *Suauis odor Reliquiarum V. Martyris.*

L. *Teſtis Domina Gertruda Kelhoferin ex dicto Pago, ætatis annorum 40. ſuper Articulis Proc.pag. 276. tergo dixit.*

Ipſa ſanata de facto proprio.

Verum omninò eſt, (proh dolor) ac demonſtrari poteſt, nouem integris annis tali tremore, ac horrore indeſinentèr me correptam fuiſſe, vt ſudor mihi vndiquè exiuerit; iuxtà cor verò non aliàs affligebar, ac ſi aliquis ponderoſus ex eo penderet nodus, qui me multùm, & magno cum dolore premebat, itaut neque fila è cholo ducere, neque alia munia domeſtica neceſſaria exequi valuerim, nullibì etiam, neque domi, neque ruri quieta conſiſtere potui. Voui quidem aliquas peregrinationes,

§. 8. *Primum Extremū.*

tiones, quas etiam exequuta fui, vt tandèm aliquandò deperditam recuperare poſſem valetudinem, ſed omninò nihil quidquam profuit, vſque dùm parum de Reliquijs Sancti Martyris Patris Fidelis Capuccini à Reuerendiſſimo Monaſterij propè Brigantiam acquiſiui, quas cum primùm, & quidem eadem adhuc die, qua illas è collo ſuſpendi; ſtatìm meliùs habere cæpi; & cum poſtmodùm non aliter, ac ſi efficacem ſumpſiſſem medicinam, corpus, & inteſtina (ſaluo honore, & reuerentia) ſeſe purgarint, tremor deinceps, & anxietas omninò vna cum nodo illo à corde receſſerunt; ego verò ita ſana, ac benè valens fui effecta, vt ſubſequenti, & primum præterita hyeme Anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi quinti, non dumtaxàt quieta domi remanere, ſed fila ducere, & alia negotia domeſtica peragere potuerim. Quandoquidèm autem nullis alijs medijs naturalibus, ſeù medicinis vſa fui; itaque gratiam hanc acceptam inſinuatis Reliquijs, & interceſſioni Beati Martyris Fidelis meritò attribuo; Verum etiam eſt, quod ante menſem circitèr lœthali morbo ægrotabam, quo durante, Sacroſanctis Sacramentis more Catholicorum à meo Parocho prouiſa fui; illa in ægritudine ſimilitèr nulla humana adhibui medicamenta, ſemper ſperans, me quoque iſta vice per dictas è collo pendulas Reliquias, & interceſſionem Beati Patris Fidelis, de hoc etiam morbo liberandam fore, prout etiam liberata fui.

§. 9. *Innocatio V. Martyris cum applicatione Reliquiarum illius.*

§. 10. *Secundum Extremum.*

Num. 24. Vndecimum Signum, ſiuè Miraculum ſanationis Phrænetici. Ipſe ſanatus de facto proprio.

Ex Proceſſu Conſtantienſi auctoritate Apoſtolica fabricato.

XVIII. *Teſtis D. Franciſcus Herer è Rorſchach, ætatis annorum 44. ſuper Articulis Proc. pag. 192. tergo dixit.*

Pluſquàm annus elapſus eſt, cum adeò acuti dolores capitis me afflixerunt, vt ſenſibus pœnitùs deſtitutus, intellectu, ac ratione quoque carens, per tres ferè ſeptimanas iacuerim hoc modo conſtitutus. Intellexi quidem poſtmodùm, à Domino Doctore Schöbinger Medico Ciuitatis Sangalli conſilia, ratione ægritudinis meæ petita, & aliquas medicinas ex eius ordinatione, atque media mihi adhibita, & applicata fuiſſe, quia verò nullum effectum illa præſtiterunt, ideò Reliquiæ quædam de cingulo, ſeù fune Patris Fidelis piæ memoriæ Capuccini, & Martyris mihi adhibitæ, ſeù applicatæ fuerunt; indè mox quies, & ſomnus me excepit, quo antea pœnitùs carebam, & (Deo ſint laudes) in dies deinceps meliùs habere cæpi, cum verò mihi ipſi certò notum non ſit, niſi tantùm ex aliorum audita relatione, qualitèr conſtitutus, ac per prædictas Reliquias ſanitati reſtitutus fuerim, quandoquidèm, vti dictum, compos mentis non extiti; itaquè alij de hoc melius teſtari poterunt. Aliàs ego etiam firmitèr credo, mediantibus ſæpè inſinuatis Reliquijs Beati Patris Fidelis, me conualuiſſe.

§. 1. *Primum Extremũ.*

§. 2. *Inutilitas remediorum.*

§. 3. *Applicatio Reliquiarum V. Martyris.*

§. 4. *Secundum Extremum.*

Ancilla ſanati de viſu.

XIX. *Teſtis Dorothea Nachpuerin, Ancilla dicti Franciſci ætatis annorum 29. ſuper Articulis Proceſſu pag. 194. in fine dixit.*

A proximo Pentecoſtes feſto annus abijt, quo Dominus meus Franciſcus Herer tali, ac tàm graui phreneſi, ſeu mentis alienatione correptus fuit, vt non ſolùm neminem amplius nouerit, verùm & loquela, moribuſque non alium, quàm amentem repræſentarit. Quamuis autem Dominus Schobinger Medicus de Sangallo aliqua adhibuerit media, nihil pœnitùs tamen effecit. Quamprimùm verò ab Vxore præfati Franciſci Herer, & me circa horam nonam veſpertinam Reliquiæ quædam, cingulum nimirùm, ſeù funis

§. 5. *Primum Extremũ.*

§. 6. *Inutilitas remediorum.*

§. 7. *Applicatio Reliquiarum.*

funis, quo Pater Fidelis à Sigmaringa Capuccinus, & Martyr olim vſus erat (quem à præpoſita Matre Margaretha Berlingerin de Sangallo Monaſterio Sancti Franciſci in Roſchach ideo acceperamus) capiti eiuſdem circumligatus extitit, mox obdormire cæpit, duabus verò poſt elapſis horis, iterum euigilans omninò ad ſe redijt, ſibiq; eo modo rurſum, quo antequam ægrotaret, conſtitutus fuit, præſens factus eſt, hactenùſque ita ſemper permanſit, itaut altera die, peccatis prius confeſſis, ad Sacram Communionem ſumendam admiſſus ſit. Quandoquidèm autem hæc omnia ſubitò poſt dictam circumligationem factam, ſeu applicationem Reliquiarum Patris Fidelis euenerunt, medicamentaque priùs adhibita nullum effectum ſortita ſunt, hinc exiſtimo, iſtud verum eſſe Miraculum. *§. 8. Secundum Extremum. §. 9. Secundum Extremum. §. 10. Inutilitas remediorum.*

XX. *Teſtis Dominus Gaſpar Barſchin è Rorſchach, ætatis annorum* 40. *ſuper Articulis Proceſſu pag.* 196. *dixit.* Vicinus de viſu.

Cum præteriti Anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi quinti die Pentecoſtes Sacro dictum Franciſcum Herer, tamquam vicinum meum viſitaſſem, eidemque inſeruiſſem, ipſum, tàm in loquendo, quàm cæteris moribus prorsùs phreneticum, ſeu mentecaptum, ſibique non ampliùs præſentem deprehendi. Audiui quidem ab Vxore ipſius, & reliqua familia, ex conſilio Doctoris Schubigeri de Sangallo aliqua media, ſeu medicamenta adhibita fuiſſe, ijs tamen nihil proficientibus, dicta phreneſi per duas, aut tres ſeptimanas correptus permanſit. Quamprimùm verò nos, ſcilicèt Vxor illius, famula Dorothea Nachbuerin, & ego à præpoſita Matre Margaretha Berlingerin de Sangallo Monaſterij Sancti Franciſci cingulum, quod olim ad Patrem Fidelem Capuccinum, & Martyrem ſpectabat, accepimus, ipſique Franciſco Herer Veſperi adhuc illius Sacri diei Pentecoſtes circa Caput ligaſſemus, ſubitò magna quantitas ſudoris ex eius Corpore erupit, itaut linteamina adeò humida reddita ſint, vt ſudor inſtar aquæ facilè extergi potuiſſet; capto inſuper, ac finito ſomno, quo ante hac pluribus diebus caruerat, ad ſe iterum redijt, ſeque ita reſtitutum ſenſit, intellectuque præditum demonſtrauit, vt adhuc eodem Veſperi peccatorum confeſſionem ritè faciens, altera die Lunæ Pentecoſtes Sacro Venerabili Sacramento Altaris prouiſus fuerit, & quantum aduertere potui, hactenùs ſemper ſano intellectu præditus perſeuerauit. Cum ergo naturalia illa adhibita medicamenta, & media ipſi nihil profuerint, ſed ſolummodò ad circumligationem illius funis, ſeu Cinguli Patris Fidelis factam, tàm ſubitò ad ſe redierit, mentiſque compos factus ſit, itaquè cenſeo hoc verum eſſe Miraculum. *§. 11. Primum Extremū. §. 12. Inutilitas remediorum. §. 13. Applicatio Reliquiarum V. Martyris. §. 14. Secundum Extremum.*

XXVII. *Teſtis Admodum Reuerenda Mater Soror Margareta Berlingerin Monialis profeſſa Ordinis Sancti Franciſci, & Abbatiſſa Monaſterij Rorſchachij, ætatis annorum* 42. *ſuper Articulis Proc. pag.* 217. *tergo dixit.* De auditu videntium, & in aliquibus de facto proprio.

Benè adhuc recordor, quod cum tempore quodam dictus Franciſcus Herer adeò grauitèr ægrotaret, vt ſenſibus pœnitùs priuaretur, tum Gaſparus Barſchin, & Coniux dicti Franciſci Herer, vna etiam Ancilla nomine Dorothea Nachperuin me acceſſerunt, petieruntque aliquid de Reliquijs Patris Fidelis Capuccini, & Martyris, quibus partem Cinguli elargita fui, et Æger breui poſt omninò conualuit. *§. 15. Primum Extremū. §. 16. Applicatio Reliquiarum V. Martyris, & ſecundum Extremum.*

Interrogata, Vndenàm habuerit dictas Reliquias de præfato Seruo Dei Patre Fidele? Reſpondit.

Reliquias de Patre Fidele Capuccino, & Martyre prædictas magnis precibus, & enixè poſtulando, eas à Patre Anſelmo Capuccino de Brigantia accepi, qui mihi partem de Cingulo, parum aliquid de Cranio, ſeu oſſibus, & articulum de digito ex Reliquijs Patris Fidelis elargitus eſt. *§. 17. Certitudo dd. Reliquiarum.*

Ex

Num. 25.
Duodecimũ Signum, ſiuè Miraculum Apparitionis Ven. Martyris.
Religioſus de facto proprio.

Ex Proceſſu Conſtantienſi auctoritate Apoſtolica fabricato.

XV. *Teſtis Reu. Fr. Meinradus à Rappenſchvveil, Religioſus profeſſus Capuccinorum Laicus, ætatis annorum 42. Proc. pag. 186.*

Deniquè cum innotuiſſet Dominis Iudicibus, quod dictus Seruus Dei Pater Fidelis poſt mortem ſuam apparuerat eidem Teſti, hunc ſuperindè interrogarunt, qui priùs ſe humiliauit, deindè ad inſtantiam ſibi factam; & monitus de vi, & grauitate Iuramenti præſtiti. Reſpondit.

Ex vi Iuramenti præſtiti cogor & hoc dicere, veritas ita ſe habet; Non diù poſt Patris Fidelis mortem, Rhætis rursùm tumultuantibus, armaque aliquot millibus capientibus, indè tantus timor Ciuitatem hanc VeldKirchienſem, & etiam fratres noſtros in Monaſterio ibidèm ob ſubitaneum, quem timebant, incurſum Rhætorum, inuaſit, itaut dicti fratres noſtri inceperint ſupellectilem Sacram, ſeu Eccleſiaſticam, & libros in Sarcina iam componere, & conuaſare, & in alium locum transferre paratint, tunc Cellam meam ingreſſus, coram Crucifixo flexis genibus precando, Monaſterium vna cum Ciuitate Veldkirchenſe, & tota Communitate dilecto Deo, ac Patris Fidelis interceſſioni fideliter meis precibus commendaui. Intereà aliquem fores Cellæ bis quaſi pulſantem audiui, & quandoquidèm aliter non arbitrabar, quàm vnum aliquem è fratribus Monaſterij noſtri pulſare, reſpondi, ingredere ſi placet; hoc dicto, Ianua aperta fuit, cumque circumſpicerem quinam eſſet, ipſum Patrem Fidelem eadem omninò forma, & habitu totius Corporis, vti in viuis conſtitutus fuerat, iuxta me conſiſtentem clarè conſpexi: Cumquè in primis multùm exterritus eſſem, inquiebat ad me, Vos Fratres non curate Rhæticas res, neque ijſdem vos immiſceatis, ſitis autem obedientes, Dilectus Deus vos, & Ciuitatem proteget, Rhæti verò ſuo tempore luent pœnas; His dictis, diſparuit dictus Pater Fidelis, & vt prædixit, ità accidit, dùm nimirùm Rhætia per Dominum Comitem Aloyſium de Sultz Exercitus Duce iterùm vi occupata, multique trucidati ſunt, atque illa Regio ignibus miſerè conſumpta, & vaſtata fuit. Ciuitas autem Veldkirchij, & nos ab imminenti periculo præſeruati fuimus.

Religioſus de auditu illius, cui contigit Apparitio.

XXV. *Teſtis Admodum Reu. P. Frater Anſelmus è Brigantia Sacerdos, & Religioſus profeſſus Capuccinorum ætatis annorum 42. ſuper 31. Articulo Proceſſu pag. 212. tergo dixit.*

Ac denique cum intellexiſſem, quod dictus Seruus Dei Pater Fidelis poſt Martyrium ſuum apparuerat Fratri Meinrado ex Rappenſvvil profeſſo Capuccino noſtro, quia confidentiam habeo cum illo, eundem ſecretò interrogaui, an id verum eſſet, qui tandem victus inſtantia mea, reſpondit id eſſe verum, & quod eiuſmodi apparitio facta ſibi fuerit in Monaſterio noſtro Veldkirchij anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo.

Num. 26.
Decimum tertiũ Signum, ſiuè Miraculum ſanationis dolorum in pedibus, & Arthritidis.
Ipſe ſanatus de facto proprio.

Ex Proceſſu Conſtantienſi auctoritate Apoſtolica fabricato.

XXXII. *Teſtis Nobilis, & Clariſſimus Dominus Nicolaus Hamerer Archigrammateus, hoc eſt Magnus Cancellarius Conſtantiæ, ætatis annorum 51. ſuper 5. Articulo Proc. pag. 226. tergo dixit.*

 In

In primis quod me attinet, contigit, vt eum Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo tertio, pluſquàm octiduum integro ex nimio artuum dolore decumberem, ac Patris Apollinaris à Sigmaringa Capuccinus eo tempore Monaſterij Capuccinorum hîc Guardianus, & Beati Martyris Patris Fidelis germanus frater, ſemel me viſitans, inter alia perijt, vt pedes meos ipſi monſtrarem, tunc enim temporis talitèr ijdem ob nimios, quos patiebar, dolores conſtituti erant, vt neque mouere potuerim; quid verò tunc Pater Apollinaris egerit, me latebat, mox vbi vidit, ac ſpectauit pedes, ego eadem hora de lectulo ſurgens, baculo, ſeu grallis tamen nixus incedere poteram, cum antea pedes non ſine grandi dolore etiam in ſtrato vertere, ſeu mouere valuerim: hactenùs inſuper ſimiles pedum dolores, nunquàm amplius paſſus ſum. Non diù poſt cum tam benè iterum greſſus figere poteram (vt ſupra dictum) Dominus Doctor Hector Donſperger me inuiſens aiebat, ſe ex Patre Apollinari cognouiſſe, quod pedes meos pallio germani fratris ſui Patris Fidelis piæ recordationis tetigerit, imo tantùm hanc ob cauſam, vt eodem illo tangere poſſet, à me petijſſe, vti pedes ipſi oſtenderem. — §. 1. *Primum Extremũ.* — §. 2. *Secundum Extremum.* — §. 3. *Applicatio Reliquiarum V. Martyris.*

Quarè cum ſubitò dicto Patre Apollinari è domo mea exeunte, ingredi valuerim, firmitèr credo hunc effectum præfato attactui, facto cum Beati Martyris Fidelis pallio, tribuendum, itaut ex merito, & interceſſione Sancti Martyris ſanitatem conſecutus ſim.

XXXIII. *Teſtis Domina Catharina Haslachin Vxor ſupradicti Domini Nicolai, ætatis annorum 42. ſuper 5. Articulo Proc. pag. 229. tergo dixit.* — Vxor ſanati de viſu.

Quod dilectum meum Maritum Nicolaum Hamerer attinet, adhuc benè recordor, & in recenti teneo memoria, quod anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo tertio præfatus Nicolaus tàm grauitèr artuum dolore per aliquot dies decubuit, vt neque omnino ſtare, ſeu incedere, imò neque etiam in lecto ſe mouere potuerit. Secundò quamuis ipſemet non viderim, quomodo Pater Apollinaris à Sigmaringa Capuccinus pallio germani fratris ſui Patris Fidelis, pedes ~~Mariti mei tetigerit; at~~ tamen poſtmodùm ~~id, cum ex ipſomet Patre~~ Apollinari, tùm ex Domino Doctore Hectore Dornsperg intellexi. Veriſſimum verò hoc eſt, dictum Patrem poſt adhibitum contactum illum, & datam Marito meo valedictionem, vix Portam Ciuitatis attigiſſe (quæ centum circitèr paſſus à domo noſtro diſtat) cum meus Maritus è lectulo ſurgens, innixus tamen grallis, ſeu baculo in hypocauſto deambulauit; cum tamen aliquot lam ante diebus, nec pedes mouere, ſeu attollere potuerit. Et quandoquidèm effectus hic ſtatim poſt factum attactum pallij ſubſequutus eſt; hinc finalitèr, cenſeo eundem Reliquijs dicti Patris Fidelis Capuccini, & Martyris eiuſque meritis, & interceſſione adſcribendum. — §. 4. *Primum Extremũ.* — §. 5. *Applicatio Reliquiarum. V. Martyris.* — §. 6. *Secundum Extremum.*

XXXIV. *Teſtis Nobilis, & Clariſſimus Dominus Hector Dornſperger Iuris Vtriuſque Doctor ætatis annorum 71. ſuper 5. Articulo Proceſſu pag. 230. tergo dixit.* — I. V. Doctor de viſu.

Quod Dominum Nicolaum Hamerer prædictum concernit, applicationi quidem pallij Patris Fidelis à Sigmaringa piæ memoriæ Capuccini, & Martyris ab eiuſdem germano, videlicèt Patre Apollinari, paritèr Capuccino factæ, vti, & ſubſecutæ ſtatim pedum totalitèr affectorum, vt eos, nec in lecto mouere (quod nempè ipſemet ego eum viſitans vidi) nedùm deſuper conſiſtere potuerit, curationi non interfui; Verùm quod talitèr hoc eſt, per nudam dicti pallij applicationem, & attactum reſtitutus fuerit, ac ſtatim ad dicti Patris Apollinaris diſceſſum incedere valuerit, ipſemet eum viſitans, vidi cum ſtupore, & attactum à præfato Patre factum, ab eodemet Patre audiui, penès itaque me nullum — §. 7. *Applicatio Reliquiarum V. Martyris.* — §. 8. *Primum, & ſecundum Extremum.* — §. 9. *Applicatio Reliquiarum V. Martyris, & ſecundum Extremum.*

dubium eſt, quin huiuſmodi ſubitanea curatio meritis dicti Patris Fidelis, eiuſdemque Sanctis Reliquijs adſcribenda ſit.

Religioſus, qui pallio V. Martyris pedes ſanati tetigit.

LI. *Teſtis Admodum Reuerendus Pater Frater Apollinaris à Sigmaringa Sacerdos, & Religioſus profeſſus Capuccinorum, ætatis annorum 44. ſuper 5. Articulo Proceſſu pag. 280. dixit.*

§. 10. *Primum Extremū.*

Quod ad Dominum Nicolaum Hamerer Archigrammateum attinet, ego probè illum noui, memini etiam, quod anno, ni fallor, milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo tertio eundem grauitèr admodùm in lecto decumbentem, imò totalitèr affixum, adeòut nullo modo incedere, aut pedes etiam mouere potuerit, viſitauerim tamquàm virum mihi familiaritèr notum. Et quia ſuper eiuſdem infirmitate habui ſingularem cordis dolorem, ego ex bono affectu pedes illius è lecto expoſitos, & prominentes ipſo germani mei Fratris Fidelis bonæ memoriæ pallio, quo tunc

§. 11. *Applicatio Reliquiarum V. Martyris.*

indutus eram, Ægroto ipſo, tunc nihil, vti puto, aduertente, ſemel atque iterùm perliniui, ac tetigi, cogitans interim intrà memetipſum, ſanè ſi huiuſmodi attactus Ægroto nihil proderit, ſaltèm nihil oberit, neque nocuerit, ſperabam verò, vt ſi ita ſaluti Spirituali ægrotantis expediret, Diuinæque Maieſtati beneplaceret, fore vt idem Æger ob merita, & interceſſionem dicti Serui Dei, ac Martyris Patris Fidelis conualeſceret. Erat tunc Socius meus, & Comes Frater Barnabas ex Badena Ergoiæ Capuccinus. Mane autem ſequentis proximè diei

§. 12. *Secundum Extremum.*

ad me veniens Clariſſimus Dominus Hector Dornſperger Iuris vtriuſque Doctor, & Conſtantienſis Ciuitatis Syndicus, mihi ex nomine Archigrammatei indicauit, quod ille ſtatim ad meum heri Veſperi diſceſſum, non ſolùm pedes mouere potuerit, ſed è lecto ſurgens Scipionis adminiculo incedere cæperit, ſuper quo valdè mirabatur, ſcireque, ſeu intelligere optabat, quo hoc ſibi adhibito remedio euenerit, maximè cum immediatè ante pedes nec mouere potuerit &c.

Medicus ex auditu ſanati.

LII. *Teſtis Nobilis, & Clariſſimus Dominus Ioannes Conradus Felſius Medicinæ Doctor Conſtantienſis, ætatis annorum 33. ſuper 5. Articulo Proceſſu pag. 286. tergo in fine dixit.*

§. 13. *Primum Extremū.*

In primis Nobilis, & Clariſſimus Vir Dominus Nicolaus Hamerer Ciuitatis Conſtantienſis Archigrammateus ex nimio artuum dolore ità ægrotabat, vt non ſine grandi dolore, ac cruciatu in ſtrato ſe vertere, pedeſque mouere valuerit. Cum autem pedibus illius admotum fuiſ-

§. 14. *Applicatio Reliquiarum V Martyris.*

ſet, medicaminis loco, pallium dicti Beati Martyris Patris Fidelis, tunc idem Dominus ità conualeſcere cæpit, vt eadem hora de lectulo ſurgere, & baculo innixus incedere potuerit. Caſum hunc ab ipſo Patiente ità conſtitutum ſæpiùs audiui. Cum ergò Arthritis ſit doloroſus af-

§. 15. *Secundum Extremum.*

fectus ab humorum influxione, ac congerie natus, qui vt plurimùm non niſi longo temporis, & medicamentorum vſu demulcetur; Ideò

§. 16. *Iudicium Medici circa Miraculoſam ſanationem.*

hanc ſubitam ſanitatem Diuino munere ob merita dicti Beati Martyris Patris Fidelis inuectam eſſe cenſeo.

Alter Religioſus de viſu.

LIII. *Teſtis Admodum Reuerendus Pater Frater Barnabas è Badena, Sacerdos, & Religioſus profeſſus Capuccinorum, ætatis annorum 46. ſuper Articulis Proceſſu pag. 289. tergo dixit.*

Benè adhuc recordor, me anno (ni fallor) milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo tertio Reuerendi Patris Apollinaris Socium extitiſſe, vnàque iuiſſe, cum Dominum Archigrammateum Nicolaum Hamerer, Conſtantiæ viſitauit, & conſolatus eſt; ipſemet etiam vidi Patrem Apollinarem

§. 17. *Applicatio Reliquiarum V. Martyris.*

Archigrammatei pedes, qui patùm è lecto prominebant, illo pallio, quo tunc temporis indutus erat (neque mihi aliud conſtat, & intellexi) quàm quod illud ipſum eiuſdem Fratris germani Patris Fidelis piæ recordationis olim extiterit, tetigiſſe, ac deliniuiſſe: libenti etiam animo deindè

dè cognoui; quod Archigrammateus per applicationem dicti pallij eo modo reſtitutus, atq; ſanus effectus fuerit, vt paulò poſt è lecto ſe proripiens deambulare valuerit.

§. 13. *Secundum Extremum.*

Num. 27.

Ex Proceſſu Conſtantienſi auctoritate Apoſtolica fabricato.

Decimum quartum Signum, ſiuè Miraculum ſubitę ſanationis grauiſſimæ febris. Ipſa ſanata de facto proprio.

XXV. *Teſtis Soror Anna Neſtlerin, ætatis annorum 22. ſuper 5. Articulo Proceſſu pag. 198. dixit.*

Anni ferè duo lapſi ſunt, cum tam graui febri correpta fui, vt altero, quo laborabam die, non ampliùs mentis compos inſtar ſenſibus, & ratione deſtituta iacuerim. Medicus quidem Dominus Schobinger è Ciuitate Sangalli, qui ibidèm conſtitutus extitit Phyſicus, medicamenta mihi quædam, & media præſcripſit, ac ordinauit, vbi verò illa nihil profuerunt, licèt ijs diligentèr vſa fuerim. Intereà verò ſingulare quoddam deſiderium fide iunctum in me exarſit, forſàn Beati Patris Fidelis à Sigmaringa Capuccini, & Martyris Reliquijs mediantibus ſanitati me reſtituendam fore, quarè adlaboraui, vt aliquid dictarum Reliquiarum habere poſſem, quòd etiam ità euenit, quamprimùm enim paruam particulam de Cranio, ſeu Capite Beati Martyris Patris Fidelis (quam præpoſita Domina Margharetta Berlingerin de Sangallo, Mater in Monaſterio Sancti Franciſci in Rorſchach mihi communicauit) acceptam collo appendi, ſubitò, & mox febris (qua tribus iam hebdomadibus laboraueram) me pœnitùs deſeruit, nec vnquàm ampliùs ab ea hora redijt, & ita cenſeo hoc euidens eſſe Miraculum.

§. 1. *Primum Extremũ.*
§. 2. *Inutilitas remediorum.*
§. 3. *Inuocatio, & applicatio Reliquiarum Ven. Martyris.*
§. 4. *Secundum Extremum.*

XXVI. *Teſtis Admodum Reuerenda Soror Margharetta Berlinger Monialis profeſſa Tertij Ordinis Sancti Franciſci, & Abbatiſſa Monaſterij Rorſchachÿ, ætatis annorum 42. ſuper 5. Articulo Proceſſu pag. 217. in principio dixit.*

Præfecta Cœnobij de viſu.

Sic benè, & certò mihi conſtat duobus ante annis circitèr Annam Neſtlerin adeò graui febri in Monaſteriolo meo correptam fuiſſe, vt die illa, qua laborabat, non ampliùs compos extiterit, in tantùm, vt Dominus Doctor Schobinger è Ciuitate Sangalli tempore paroxiſmi eam viſitans, dixerit, hanc febrim verè periculoſam eſſe, & ad eam pellendam multis laboribus opus fore. Medicus quidem aliqua, quæ ſumeret, ordinauit, quæ omnia ipſa impleuit, cum verò indè nihil meliùs habere cæpiſſet, illaque magnum deſiderium, & deuotionem erga Reliquias Patris Fidelis monſtraret, parùm aliquid eidem de Cranio ipſius elargita fui, quamprimùm ergo collo appendit, febris illa tribus iam ſeptimanis durans, talitèr ipſam continuò reliquit, vt ab illa hora nunquàm ampliùs laborauerit, cum itaque tam ſubitò curata fuerit, cenſeo certum, & verum hoc Miraculum eſſe patratum ob merita, & intercesſionem Beati Patris Fidelis Capuccini, & Martyris.

§. 5. *Primum Extremũ.*
§. 6. *Inutilitas remediorum.*
§. 7. *Inuocatio, & applicatio Reliquiarũ V. Martyris.*
§. 8. *Diuturnitas febris.*
§. 9. *Secundum Extremum.*

XXVIII. *Teſtis Domina Franciſca Schvvaberin è Conſtantia, ætatis annorum 31. ſuper 5. Articulo Proceſſu pag. 219. tergo dixit.*

De auditu Medici, & de viſu reſpectiuè.

Ego ipſa à Domino Doctore Schobinger, Medico Ciuitatis Sangalli intellexi, præfatam Annam Neſtlerin ex Rorſchach graui, ac periculoſa febri correptam eſſe, neque præſcripta, & adhibita medicamenta, & media quidquam eidem profuiſſe. Verùm quandoquidem ego ipſa obſeruaui, quod febri mox, & omninò liberata fuerit (qua tamen tribus iam hebdomadibus afflicta decubuerat, & quidem altera die paroxiſmi tam grauitèr, vt ſenſibus pœnitùs deſtituta eſſet) tantummodò per appenſionem Reliquiarum de Cranio Patris Fidelis, quas noſtra

§. 10. *Primum Extremũ.*
§. 11. *Inutilitas remediorum.*
§. 12. *Diuturnitas.*

§. 13. *Applicatio Reliquiarum Ven. Martyris, & ſecundum Extremum.*

Præpoſita Mater ipſi dederat, ideò ſubitam hanc curationem magnum eſſe Miraculum æſtimo, quod Deus ſuffragijs dicti Patris Fidelis, ac per eiuſdem Reliquiarum attactum præſtitit.

Num. 28.

Decimum quintum Signum, ſiuè Miraculū reſtituti oculi ferè omninò deperditi.

Ex Proceſſu Curienſi auctoritate Apoſtolica fabricato.

Medicus de viſu.

XLVI. *Teſtis Nobilis, & Clariſſimus Dominus Hieremias Berger Medicinæ Doctor, ætatis annorum 30. ſuper Articulis Proceſſu pag. 371. tergo dixit.*

§. 1. *Primum Extremū.*

§. 2. *Secundum Extremum.*

Ad prædictum Infantulum Dominæ Euphroſinæ Papuſſin Veldkirchii ipſe ego Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſeptimo accerſitus, ocellum eius pœnitùs diffluere, atque de eo iam iam actum eſſe ratus, medicamenta fruſtrà adhibenda eſſe duxi, adeòque Infantis affectum veluti incurabilem non tetigi. Cur proindè ſubſequutum ſanitatis effectum Miraculo non adſeribamus, non video.

Mater Pueri ſanati de viſu.

LXV. *Teſtis Domina Euphroſina Papuſſin Veldebirchij, ætatis annorum 29. ſuper 3. Articulo Proceſſu pag. 341. ſergo dixit.*

§. 3. *Primum Extremū.*

§. 4. *Inutilitas remediorum.*

§. 5. *Innocatio V. Martyris.*

§. 6. *Secundum Extremum.*

Quod prædictus Seruus Dei Fidelis apud Deum Omnipotentem poſt ſuum Martyrium in Cœlo poſſit, colligo ex hoc. Prima die Martii Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſeptimo, cum Infantem peperiſſem, nomine Paulum Franciſcum, poſt tres dies verò eiuſdem filij oculus vnus cæpit fluere, & omninò obduci pellicula cum deformitate magna, neque vllum dabat ſignum, quod illo oculo quandoquè viſurus eſſet: quo in defectu per ſpatium ſeptem hebdomadarum continuauit: ego quidem varia adhibui remedia, & vndiquè conſilia exquiſiui, cum verò ea nihil profuiſſent, ſed in deterius res euaſiſſent, ego votum feci, Infantem meum ad Templum Capuccinorum ad Sacrum eiuſdem Patris Fidelis Caput in Eccleſiam Capuccinorum portandi, preces ibidèm fundendi, eiuſque Martyrij diem quotannis toto vitæ meæ tempore feſtiualitèr peragendi. Hinc præfata eius Martyrij die, Infante accepto, ad Templum foràs Capuccinorum veni, vbi aliquantulum ceræ cum velamine viridi holloſerico obtuli, & preces meas, Confeſſione, & Sacra Communione peracta, ludi, meum etiam aureolum nuptiale obtuliſſem, ſi Capuccini illud acceptaſſent. Quo facto, ſtatim Infans cæpit conualeſcere, & viſum recipere in prædicto ocello, & talitèr omninò conualuit, vt nunc ipſi in eodem nihil omninò deſit, ſicuti ad oculum euidentèr patet.

Auia Pueri ſanati de viſu, & de auditu Filiæ reſpectiuè.

LXXII. *Teſtis Nobilis Matrona Domina Veronica Griſſin Veldebirchij, ætatis annorum 54. ſuper Articulis Proceſſu pag. 354. ſergo dixit.*

§. 7. *Primum Extremū.*

Quod attinet ad Paulum Franciſcum filium Euphroſinæ Papuſſin filiæ meæ, verum eſt, quod poſtquàm dictum Infantem mea filia, Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſeptimo in menſe Martij genuit, ego, & plures aliæ Perſonæ paucis poſt partum diebus, euidentèr animaduertimus, Infanti non ſolùm in dextero ocello pelliculam ſuccreſcere incæpiſſe, & obduci; Verùm etiam ego, & alij quaſi foramen in eodem vidimus oculo, ideòque eramus in anguſtijs, & curis magnis, ne fortè oculus ille deflueret, quemadmodùm ab alijs etiam, & præſertim ex altera mea filia Catharina intellexi, Dominum Doctorem Bergerum Medicum huius Ciuitatis, Infante nimirùm inſpecto, timuiſſe ne oculo priuaretur. Poſtmodùm autem talitèr creuit morbus, vt dictus Infans, quantùm ego capere, & colligere poſſum (quemadmodùm Dominus illius parens, ac etiam Auus vno oculorum ſunt priua-

ti,

ti; vndè & Puer morbo hæreditario laborabat) ità factos fuiſſet in vno ocello omninò cæcus, niſi medijs ſupernaturalibus fuiſſet curatus. Nimirùm, prout mihi præfata mea filia Euphroſina narrauit, ſeptem poſt elapſas ſeptimanas, cum res ſeſe peſſimè haberent, ſpeciale votum fecit, Infantem, & quidem eadem ipſa die, qua Pater Fidelis Martyrio affectus fuit, nimirùm vigeſimo quarto Aprilis ad Templum Capuccinorum deportandi, & quidem in Sacellum, vbi Beati Patris Fidelis Caput aſſeruatur vnà cum promiſſione diem Martyrij illius anniuerſarium diligentèr celebrandi. Poſt hæc, & peracta dictæ filiæ meæ Oratione, ac Beati Patris Fidelis inuocatione, cum Puer magna omnium admiratione talitèr meliùs habere cæpit, vt hodierna quaque die, nec vllus quidem in eius viſu defectus apparet, ſed benè, & perfectè videat, totuſque ſanus exiſtat. — §. 8. *Circumſtantia notabilis primi extremi.* — §. 9. *Inuocatio V. Martyris.* — §. 10. *Secundum Extremum.*

LXXIII. *Teſtis D. Anna Barbara à Broswalden. ætatis annorum* 45. *ſuper Articulis Proceſſu pag.* 356. *ter. dixit.* — De viſu, & de auditu Matris Pueri reſpectiuè.

Cum anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſeptimo menſe Martij paulò poſt partum Dominæ Euphroſinæ Papuſſin ad Puerulum Paulum Franciſcum inſpiciendum rogata eſſem, vidi eiuſdem Infantis dexterum oculum malè adeò lippientem, & craſſa pellicula obductum eſſe, vt mihi magis diſplicere non poſſet, & quia iudicaueram fore, vt Infans eodem obcæcaretur, Doctorem, ſeù Medicum conſulendum cenſui. Poſtmodùm ſecunda vice, poſt lapſos circitèr quatuordecim dies, cum ad Matrem, & Infantem veniſſem, depræhendi in deteriùs, & periculoſiùs rem ceſſiſſe, & licèt Matri bona quædam media propoſuerim, veluti aquam de Celidonia maiori, & Verbena &c attamen conſiderando Mater, quod eiuſmodi ocelli pupilla rupturam, ſeù foramen habere videretur, ſimilibus vti noluit; ſed dixit, ſe velle Infantem Beato Martyri Patri Fideli Capuccino deuouere, & commendare; Et poſtquàm ſæpedictus Infans, tali voto, vti ab ipſa Matre intellexi, adimpleto, talitèr ſanatus fuerit, vt nullus ampliùs defectus, prout ego etiam obſeruaui, in eius viſu appareat. Itaque aliud credere non poſſum, quàm quod iſtud per dicti Patris Fidelis beatæ memoriæ ſuffragium acciderit; quod Miraculum indè maius eſſe videtur, quia Infans hæreditario defectu, ſeù morbo laborabat, nam eius Pater, & Auus vno etiam oculo deſtituti ſunt. — §. 11. *Primum Extremū.* — §. 12. *Inuocatio V. Martyris.* — §. 13. *Secundum Extremum.*

Num. 29.

Decimum ſextū Signum, ſiuè Miraculū ſubitæ ſanationis grauiſſimæ febris. Ipſa ſanata de facto proprio.

Ex Proceſſu Curienſi auctoritate Apoſtolica fabricato.

XXXV. *Teſtis D. Anna Reuſcherin à Brigantia, ætatis annorum* 29. *ſuper Articulis Proceſſu pag.* 243. *dixit.*

Accidit ante quindecim menſes, vt ſecunda die Auguſti febri quadam correpta fuerim, quod me primò quidem ſingulis diebus affligebat, poſtmodùm verò illa variè ſe mutauit, vt ego paroxiſmos interdùm alternis, non vnquàm ternis diebus tolerarim. Ego quidem nullis temporalibus bonis, & ſumptibus peperci, vt reſtitui poſſem, nam primò Dominum Doctorem waehter de Rauenſpurg euocaui, & ſpatio duodecim dierum ſuſtentaui. Secundò Dominum Doctorem Berger huius Ciuitatis Phyſicum. Tertiò Dominum Doctorem Beli ex Curia. Quartò Dominum Doctorem Schobingèr de Sangallo; Et demùm etiam Carnificem ibidem conſului, vt qui in rebus Medicis famoſus exiſtit, & ita magnam pecuniæ ſummam conſumpſi, & ſic nulli rei peperci. Quia verò omnia fruſtranea fuerunt, & ego ſemper magis viribus deficiebam: ad hæc graui tuſſi laborabam, & hoc circitèr vſque ad tres ſeptimanas — §. 1. *Primum Extremū.*

poſt

poſt lapſum feſtum Sancti Ioannis anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſi-

§. 2. *Innocatio V. Martyris.*

mo ſexto continuè durabat. Itaque poſtquàm intellexi, quod mea Vicina etiam quandoquè febri laborauerit, & ſolùm mediante hoc, quod ex vaſculo Patris Fidelis biberit, illa liberata fuerit, ego magno cum deſiderio ſanitatem ſimilitèr recuperandi, illud non ſolùm perueſtigaui, verùm vbi illud Virginem Barbaram Papuſſin habere intellexi, & adepta ſum, ego quidem ea ipſa die, qua febrim ſecundùm conſuetudinem expectabam, & de facto iam adeſſe ſenſerim, in dictum vaſculum vinum infundi curaui, & magno cum deſiderio vnà cum voto in honorem illius foràs ad Capuccinos, vbi illius Caput aſſeruatùr, peregrinandi, ex eo bibi; & poſteà in lectum me contuli, exiſtimans, quod febris me fortè diutiùs, vt ante hac affligeret, & poſtquàm in lectum veni, mox

§. 3. *Secundum Extremum.*

obdormiui, & quamuis ante hac ſemper poſt captum talem ſomnum omninò debilis extiterim, nunc verò vbi euigilaui, me omninò incolumem, & ſanam perſenſi: Exindè dixi, oh quomodò eſurio, & quia aliàs tempus edendi erat contra expectationem, & conſuetudinem, magna cum admiratione meorum domeſticorum, magnò cum appetitu manducaui, imò ab eo tempore, & hora me totalitèr ſanam, & incolumem eſſe ſenſi, & hactenùs, Deo ſint laudes, ita perſeueraui.

§. 4. *Inutilitas remediorum.*

Et quandoquidèm ad recuperandam ſanitatem meam nullis ſumptibus peperci, & multa diuerſa media, & medicamenta adhibui; Verùm omnia fruſtrà, & incaſſum; imò vt ſupra dictum eſt, morbus ſemper inualeſcebat, & periculoſior fiebat: è contra verò confeſtim, & ſubitò poſt fa-

§. 5. *Sanatio inſtantanea.*

ctum votum ad Caput Patris Fidelis, & ſumptum hauſtum vini ex vaſe ipſius teſtaceo, omninò ſanitati reſtituta ſum integrè; atque hactenùs ſemper permanſi ſana; ita ego Patrem Fidelem non ſolùm reputo pro Viro Sancto Dei (in quo conceptu alias hic eſt) ſed huius finalis fidei ſum, quod mihi poſt Deum per eius tantùm intereeſſionem, & quia ex eius vaſculo biberim, ſanitas obtigerit.

Ancilla ſanatæ de viſu.

XXXVII. *Teſtis Salome Schmillinin, Ancilla dictæ Annæ, ætatis annorum 23. ſuper 5. Articulo Proceſſu pag 247. dixit.*

§. 6. *Primum Extremū.*

Quod Dominam meam Annam Reuſcherin attinet, adhuc benè, & accuratè memini, quod iam vltrà annum circa menſem Auguſti anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quinto diuturna febri correpta fuit, vidi etiam, licèt magnos ſumptos impendiſſet, dum diuerſos Doctores Medicinæ, ex Rauenſpurg, Curia, Sangallo, Veldkirchio, imò etiàm tandem ipſum Carnificem ex Sangallo adhibuerit, & conſuluerit, non ſolùm omnia fruſtranca, & irrita fuerunt, ſed ipſa ſemper magis, ac magis deteriùs habebat; & hæc omnia ego met tamquam Ancilla domeſtica, & quæ circa illam inceſſantèr verſata fui, ſpectaui. Quod autem prædi-

§. 7. *Innocatio V. Martyris, & ſecundum Extremum.*

cta mea Domina ſubitò, ac mox à dicta graui febri, ac tuſſi fuerit liberata, quamprimùm bibit album vinum ex illo vaſculo, quod Patris Fidelis piæ memoriæ dicitur fuiſſe, & quo ipſe in menſa vti conſueuerat, dum hic in Monaſterio Capuccinorum Guardianus exiſtebat ab anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo primo, vſque dum in Pretegoia occiſus fuit, nimirùm anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo in menſe Aprilis, verum eſt, nam ego ipſamet illud vinum album in vaſculum infudi, & porrexi, & vidi quod ex illa hora febri (quæ tamen

§. 8. *Sanatio inſtantanea.*

ſupradictum morem iam ante hanſtum præſentem ſeſe demonſtrauerat) nunquam ampliùs correpta fuit, ſed vbi poſt ſumptum illum hauſtum in lecto dormiuit, & poſteà euigilauit, atque ſurrexit, ſtatim dixit, ſe valde eſurire, & quia aliàs tempus manducandi erat; bono cum appetitu, ac guſtu ſatis multùm manducauit, cùm tamen anteà, & alijs vicibus cibus ei diſpuerit, & poſt ſomnum etiam ſemper in capite malè habuerit.

iit. Et quia ſæpedicta Domina mea tàm repentè poſt ſumptum hauſtum ex vaſculo Patris Fidelis ſana facta eſt, atque anteà nulla alia naturalia iuuabant, & ab illa hora ſanitas conſtantèr durauit, firmitèr cenſeo, quod hoc per Beati Patris Fidelis interceſſionem, & merita factum fuerit.

XLVI. *Teſtis Nobilis, & Clariſſimus D. Hieremias Berger Medicinæ Doctor, ætatis annorum 30. ſuper 5. Artic. Proceſſu pag.284. dixit.* Medicus de viſu.

Sanationem dictæ D. Annæ Reuſcherin à febri,qua à menſe Augusti anno millesimo ſexcenteſimo vigeſimo quinto, vſque poſt feſtum S.Ioannis Baptiſtæ anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſexto laborauerat, ideò planè exiſtimo omninò miraculoſam fuiſſe,quia licèt eadem Anna nullis ſumptibus parcens, tàm mea, quàm aliorum Peritorum Medicorum opera vſa fuerit, & plurima conſilia, & medicamenta adhibuerit; febrilis tamen ille affectus adeò pertinax fuit, atque malignus, vt fruſtrà, & incaſsùm omnia tentata fuerint, cui accidit,quod eiuſdem curatio quaſi inſtantanea fuerit,& ſtatim epotionem ex vaſe fictili (quo Seruus Dei Pater Fidelis à Sigmaringa Capuccinus, & Martyr, dum eſſet in viuis, vſus dicitur) ſubſecuta fuerit.

§. 9. *Secundum Extremum.* §.10. *Inutilitas remediorum.* §.11. *Primum Extremū.* §.12. *Inuocatio V. Martyris.*

Ex Proceſſu Curien. auctoritate Apoſt. fabricato.

Num. 30. Decimum ſeptimum Signum, ſiuè Miraculum ſanationis grauis morbi.

XXXVI. *Teſtis D. Anna Reſcherin è Brigantia, ætatis annorum 29. ſuper Articulis Proceſſu pag.244. tergo dixit.* Mater ſanati de viſu.

Cum anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo hìc Veldkirchij, & in his partibus Hungarica lues vehementèr graſſaretur, & multi homines ea correpti in amentia morerentur, vti omnibus hìc notum eſt,filius meus Veſpaſianus Zoller, qui iàm decem annorum eſt, etiam prædicta Hungarica febri, vel morbo talitèr correptus fuit, vt euidentèr omnes aduerterint, Puerum in capite eſſe corruptum, & amentem. Poſtquàm autem à Fratre Meinrado, qui Capuccinorum tunc temporis hìc Ianitor erat, paruam particulam de Patris Fidelis piæ memoriæ habitu (quam quidèm adhùc habeo, & non alitèr quàm Reliquias in honore reſeruo) accepi ab illo mihi tranſmiſſam per quandam perſonam, per quam ego illum ad me vocaui, vt filio Veſpaſiano agonizanti, & breui (vt opinabar) morituro adſtaret. Tunc illam dicto filio meo Veſpaſiano è collo appendi, & inſupèr Patrem Fidelem apud me inuocaui, & rogaui, vt filium meum malè ægrotantem ſibi commendatum habere velit, tum filius ſubitò, & contrà conſuetudinem (nam anteà per quatuor hebdomadas ità lecto affixus hærebat, vt ambulare non potuerit) ſurrexit, & poſtquàm auiculam comediſſet,hincindè ambulabat, & currebat, & in capite, ac toto corpore omninò ſanus, & incolumis factus eſt, & Deo ſint laudes, hactenùs ita ſanus perſeuerauit. Quia igitur prædictus Infans tàm periculosè ægrotabat, itaut tàm ego, quàm omnes, qui ipſum viſitarunt, vel viderunt, vna mecum non alitèr exiſtimarint, & crediderint, quàm illum hoc morbo periturum: Idcircò finalitèr cenſeo, quod ſæpè dictus filius meus (poſt Deum) ſolummodò per fidelem, & efficacem interceſſionem Beati Viri Dei, & Sancti Martyris Patris Fidelis, & per applicationem Reliquiarum ipſius à prædicto Fratre Meinrado, vt ſupra tranſmiſſarum, reſtitutus fuerit, & ita ſubitò (ſine alijs adhibitis medicinis, ſeù naturalibus medijs) rursùm adeò perſeuerantèr incolumis, & ſanus effectus ſit.

§. 1. *Primum Extremū.* §. 2. *Inuocatio V. Martyris.* §. 3. *Primum Extremū.* §. 4. *Inuocatio V. Martyris.* §. 5. *Secundum Extremum.*

XXXVII.

Ancilla ſanati de auditu Parentum illius.

XXXVII. *Teſtis Salome Schmillinin Ancilla dicta D. Annæ, ætatis annorum 23. ſuper Articulis Proceſſu pag. 248. dixit.*

§. 6. *Inuocatio V. Martyris, primum, & ſecundum Extremũ.*

Qualitèr etiam ante aliquos paucos annos prædictæ Dominæ meæ filius Veſpaſianus, qui nunc circitèr decem annorum eſt, ad appenſionem aliquarum Reliquiarum de habitu Beati Patris Fidelis, ſubitò, & incontinenti à graui, & periculoſa Hungarica febri ſanatus fuerit; ego tàm à præfata mea Domina, quàm ab ipſius Marito piæ memoriæ intellexi: mihi autem alitèr iſtud non conſtat, quia tunc temporis nondùm inſeruieram...

Religioſus in aliquibus de viſu, & in aliquibus de auditu.

XL. *Teſtis. Rev. Pater Fr. Meinradus Religioſus profeſſus Capuccinorum Laicus, ætatis annorum 43. ſuper Artic. Proceſſu pag. 255. in princip. dixit.*

§. 7. *Primum extremũ.*

§. 8. *Inuocatio Vener. Martyris.*

§. 9. *Secundum extremum.*

Quantùm ad Annam Ruſcherin iſtud teſtor, quod poſteaquàm illius filius Veſpaſianus tunc temporis ſexennis graui Vngarico morbo (qui eo tempore ob militum copias admodùm communis erat, & quo multi homines deperibant) talitèr laborauit, anno videlicèt milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo in ætate, vt cum Mater illius arbitraretur, puerum iam iam moriturum, me vnà cum alio quodam fratre euocari curauit, quia verò tunc non ſtatim venire poteram, attamen parum aliquid de Patris Fidelis habitu, collo infantis appendendum elargitus fui, & hoc accidit circa decimam, vel vndecimam horam, poſtmodùm cum circa horam primam ego ipſemet ad Puerum perueni, cum incolumem, ac ſanum reperi, ambulantem, ac manducantem vidi, cum tamen mihi benè conſtaret, quod ille infans malè laborauerat, cum etiam eum ante quinque circitèr dies viſitaſſem, talitèr iam diſpoſitum tunc temporis inueneram, vt non putarim, illum ampliùs in vita ſeruandum fore, & idcircò non alitèr credere, ac dicere poſſum (maximè cum mater dixerit, ſe vllam medicinam, vel medium eidem non adhibuiſſe) niſi quod per dicti Patris Fidelis patrocinium, & applicationem eiuſdem Reliquiarum ſupernaturalitèr ſit reſtitutus,

Medicus de auditu.

XLVI. *Teſtis Nobilis, & Clariſſimus Dominus Hieremias Berger medicinæ Doctor, ætatis annorum 40. ſuper Articulis Proc. pag. 285. terg. dixit.*

§. 10. *Primum extremũ.*

§. 11. *Innocatio Vener. Martyris.*

§. 12. *Secundum extremum.*

Prætereà Veſpaſianus Zoller dictæ Annæ Reuſcherin filius febri Vngarica perieuloſè decumbebat: in abſentia mea Mater de ſalute Pueri valdè ſolicita, Medicos, quos habere potuit, in auxilium inuocauit: Qui, medicamentis adhibitis, malum incrudeſcere, & omnia ſymptomata inualeſcere experti, Puerum iam deſperatum iudicarunt, mater interim hac in parte ſalutem ægri vltro volutans animo de habitu dicti Beati Fidelis appendere particulam conſuluit: Vbi Puer illicò obambulare, & ocularitèr ſanitati reſtitutus, actiones naturalitèr exercere viſus eſt: quod ego ſupernaturali Energiæ adſcribendum cenſeo.

Num. 31. Decimũ octauũ ſignum, ſiue Miraculum ſanationis Arthritidis.

Ex Proceſſu Curienſi auctoritate Apoſtolica fabricato.

Maritus ſanatæ de viſu.

XIII. *Teſtis Nobilis Dominus Zaccharias Reinoldt VeldKirKienſis maritus Sanatæ, ætatis annorum 48. ſuper Articulis Proceſſu pag. 287. tergo dixit.*

§. 1. *Primum extremũ.*

§. 2. *Inutilitas remediorum.*

Probè etiam ſcio, ipſemet enim vidi, quod cum dicta vxor mea Sophia Papuſſin anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo tertio perieuloſo valdè, & graui catharro in vtroque quidem, ſed maximè dextero in brachio à manu ad cubitum vſque laboraſſet, ego quidem nullis ſumptibus pro acquirendis medicinæ remedijs peperci, ſed varia Doctorum conſilia adhibui, qui omnes quamuis curam, diligentiamque ſuam vnà cum appli-

plicatis medicinis adhibuerint, putarentque ſeſe dictam meam Coniugem iiſdem euraturos eſſe, attamen ſpectare debui, quod ſemper peiùs, ac deteriùs habere cæperit. Poſtquàm autem dicta mea vxor ad prædictum Seruum Dei Patrem Fidelem confugit, & (vt mihi ipſa retulit) Sacras eiuſdem Reliquias contigit, ſibique applicauit, exindè omnis dolor, ac humor, ſine alio medio adhibito, euanuerunt, & hactenùs ſanitas conſtans perſeuerauit. Cum itaque, vt dictum eſt, nullum medium naturale, vel conſilium, ſed dictus ſolùm Reliquiarum contactus iuuerit, idcircò hoc dicti Patris Fidelis Sanctitati, & meritis, tamquàm miraculosè patratum attribuo.

§. 3. *Inuocatio Vener. Martyris.*
§. 4. *Secundum extremum.*

XVI. *Teſtis Domina Sophia Papuſſin vxor dicti Domini Zacchariæ, ætatis annorum 45. ſuper Articulis Proc. pag. 205. terg. dixit.*

Ipſa ſanata de viſu.

Ex improuiſo ante duos, vel in tertio anno, tempore Quadrageſimali circitèr in ambobus quidem brachijs, præſertìm in dextero, primi digiti articulo primo vſque ad cubitum permoleſto catharroſui infeſtata, ad quem expurgandum, licèt nullis ſumptibus pepercerim, ſed multas, ac varias medicinas adhibuerim, & Doctores Medicos, Chirurgos, & Pharmacopolas conſuluerim, ſemper in deterius creuit. Cum autem vice quadam apud Capuccinos Caput piæ memoriæ Patr. Fidelis monſtraretur, & ego illud ex deuotione tetigiſſem, & votum, ſiue promiſſionem emiſiſſem, ad Dei, & ipſius honorem ſingulis diebus ad certum tempus determinatum quid me oraturam, ſine vllo alio medio adhibito, tàm benè me habui, vt Catharrus ille per ſe receſſerit, & ab eo tempore nil ampliùs mali ſenſerim &c.

§. 5. *Primum extremū.*
§. 6. *Inutilitas remediorum.*
§. 7. *Inuocatio V. Martyris.*
§. 8. *Secundum extremum.*

XLVI. *Teſtis Nobilis, & Clariſſimus Dominus Hieremias Berger Medicinæ Doctor ætatis annorum 30. ſuper Articulis Proceſſu pag. 285. dixit.*

Medicus.

Effectum miraculoſum ſimilitèr proclamo illum, qui in Domina Sophia Papuſſin Conſulis noſtri Domini Zacchariæ Reynoldt contigit: hæc enim humore quodam capitali ſeroſo, & toto maſſæ ſanguineæ permixto, ità in brachijs cruciata fuit, vt eiuſmodi pathos nullis medicamentis abigi potuerit. Sed poſtquam ad Dei Beati Serui Fidelis interuentum confugit, tunc ſanitas reſtituta eſt.

§. 9. *Primum extremū.*
§. 10. *Inutilitas remediorum.*
§. 11. *Inuocatio Vener. Martyris.*
§. 12. *Secundum extremum.*

XLIX. *Teſtis Margareta Beyerin, Ancilla dictæ Dominæ Sophiæ ætatis annorum 30. ſuper Articulis Proc. pag. 308. terg. dixit.*

Ancilla ſanatæ de viſu.

Quod etiam attinet ad prædictæ Dominæ meæ Sophiæ Papuſſin quendam brachiorum Catharrum, non quidem ampliùs temporis certò recordor, illud tamen ſcio, quod dicta Domina mea adeo grauem catharrum, præſertìm in dextero brachio à manu vſque ad cubitum habuerit, vt nonnullos Medicinæ Doctores deſuper conſuluerit, & tandèm multa media adhibuerit, quæ ego ipſa quandoquè ex Pharmacopolia attuli, ſeu brachio impoſui, omnia tamen fruſtrà accidere: quin etiam deteriùs ſemper res ſe habuit, donec tandem ipſa Domina Sophia prædicti glorioſæ memoriæ Patris Fidelis interceſſioni ſe commendauit, & eiuſdem Reliquias benè in Deum ſperans contigit; Quo facto, quamprimùm meliùs habere cæpit, ità quidèm, vt Catharrus ille moleſtus, & periculoſus omninò abſque alio medio (quantùm mihi conſtat) euanuerit, & illa hactenùs benè valuerit.

§. 13. *Primum extremū.*
§. 14. *Inutilitas remediorum.*
§. 15. *Inuocatio V. Martyris.*
§. 16. *Secundum extremum.*

Ex Proceſſu Curienſi auctoritate Apoſtolica fabricato.

Num. 32.

Decimum nonū ſignum, ſiue Miraculum ſanationis Amentis. Ipſa ſanata de facto propria [illegible]

LV. *Teſtis Domina Barbara Waldnerin ex Brigantia ætatis annorum 42. ſuper 5. Articulo Proc. pag. 323. in fine dixit.*

An-

§. 1. *Primum extremũ.* Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſexto, die vigeſima octaua Augu-
ſti, accidit, quod cum filius meus Ioannes Lucas annorum ſexdecim
ætatis ſuæ, pyrum aſcendiſſet, indè decidens, pedem, ſiue crus fregerit,
quod, vt intellexi, valdè ob id perterrita, & magnas cordis paſſiones per-
§. 2. *Inuocatio V. Martyris.* peſſa fui. Poſtea autem cum Chirurgus, quarta die ligamina ſoluiſſet
ac malum, ſeu damnum inſpexiſſet, ac denuò ligare vellet, talis tunc
me tremor, ac horror inuaſit, vt in amentiam inciderim, & die vno cum
dimidio mentis compos non fuerim: Poſtquam autem particula quæ-
§. 3. *Secundum extremum.* dam, in ſacculo nigro inſuta, de habitu Patris Fidelis Beatæ memoriæ
collo meo appenſa fuiſſet, vicini mei mihi retulerunt, quod ſtatim me-
liùs habere cœperim, & verum eſt, quod infra ſpatium vnius diei, ac
dimidij omninò ad me ipſam iterùm redierim, & hactenùs neque ego,
neque alij tale quid in me ampliùs aduerterunt; Et firmitèr credo, quod
per prædictas Reliquias ſanitatem receperim.

Maritus ſanatæ de viſu. LVI. *Teſtis Dominus Iacobus Vender Thannen è Brigantia ætatis annorum 55. ſuper 5. Articulo Proc. pag. 325. dixit.*

§. 4. *Primum extremũ.* Quod ad meam vxorem Barbaram Vvaldnerin attinet, in primis hoc ve-
rum eſt, quod cum noſter filius Ioannes Lucas anno milleſimo ſexcen-
teſimo vigeſimo ſexto, vigeſima octaua Auguſti de pyro delapſus, crus
fregiſſet, indè non modò ego, verùm & mea vxor ità fuit perterrita, vt
ob cordis læſionem multùm conqueſta fuerit. Et cum Chirurgus, quar-
to ab iſto lapſu die iterùm ad nos in domum acceſſiſſet, Puerum de no-
uo ligaſſet, tunc talem ſeſe mea vxor prædicta verbis, & geſtibus exhi-
buit, vt tam ego, quàm alij vicini, inter quos etiam Dominus Marcus
Schmidt, & ipſe Chirurgus, fuere ipſam corruptam, & mente captam
iudicauerimus. Et quamuis proindè præfatus Chirurgus illi venam
ſecuerit, & alia plura media Capiti eius applicuerit, nihil indè tamen
melioramentum, ſed in deteriùs res abierunt, itaut ego ipſe animad-
uerterim, Chirurgum etiam ipſum habere ſanitatis diffidentiam. Poſt-
§. 5. *Inuocatio V. Martyris.* quàm vero Dominus Marcus Schimdt Senator Brigantinus vicinus
meus, & filiorum meorum Patrinus, ab Abbate Monaſterij Brigantiæ
nonnullas Reliquias, ſacculo inſutas, de habitu Patris Fidelis obtinuiſ-
ſet, & eas collo meæ vxoris appendiſſemus, ipſa quamprimùm quieuit,
§. 6. *Secundum extremum.* non ampliùs, itaut antea, tumultuans, & delirans, ſed infra ſpatium
vnius diei, ac dimidij omninò iterùm mentis compos facta fuit.

Chirurgus de viſu. LVII. *Teſtis Dominus Martinus Halden è Brigantia Chirurgus ætatis annor. 29. ſuper 5. Artic. Proc. pag. 326. ſerg. dixit.*

§. 7. *Primum extremũ.* De Barbara Vvaldnerin in primis hoc mihi conſtat, quod ipſam magnus
terror, & tremor inuaſerit, quandò inſpexit filium ſuum Ioannem Lu-
cam, qui de Arbore deciderat, cruſque fregerat, à me relegari.

Secundò.

§. 8. *Primum extremũ.* Verum eſt, quod illa inſtar amentium varios, mirabiles, & ſine ratione
ſermones coram me effuderit.

Tertiò.

§. 9. *Primum extremũ.* Etiam verum eſt, quod quia illam pro verè amente iudicauerim, & habue-
rim, ipſi venam inciderim.

Quartò.

§. 10. *Primum extremũ.* A marito, & eius domeſticis audiui, quod einſmodi phreneſis indicia de-
derit præcedenti die Solis, quam ego poſtea die Lunæ Veſperi adhuc
omninò corruptam expertus ſum, & mox ipſi venam incidi.

Quintò.

§. 11. *Primum extremũ.* Alitèr dicere nequeo, niſi quod pro tota phrenetica eam habuerim, & cu-
rare venæ ſectione tentauerim, & conatus ſim.

§. 12. *Primum extremũ.* Sextò, Quia ex venæ ſectione nec vllam alterationem, ſeu meliorationem
etiam

etiam poſtero die, cùm eam iterùm inuiſerem, ſed potiùs talem morbi deteriorationem aduerterim, exhorrui vehementèr; & cum etiam alijs vſus fuerim medijs, ſcilicèt ſuffitibus capiti applicando &c. omnia tamen fruſtranea fuerunt.

E' contra verò quamprimùm circa nonam, aut decimam horam Reliquias de Patris Fidelis habitu, in faſciculum inſutas, & à Domino Prælato Monaſterij Brigantini in Mererarr petitas, mihique in manus traditas ego ipſe collo huius mulieris appendiſſem, vidi magna cum admiratione, quod mox hoc facto, ipſa Mulier quieta, & pacata reddita ſit, cum tamen ante omninò tumultuans, & inquieta fuerit, & vno verbo non aliam ſe quàm amentem exhibuerit.

§.13. *Inuocatio V. Martyris.*

§.14. *Secundum Extremum.*

Indè cum talis melioratio tàm ſubita ſubſecuta ſit, & ipſam altero die cum iterùm inuiſerem, integrè reſtitutam, mente ſibi benè præſentem, ædes perambulare, & ſolitas functiones domeſticas exequi inuenerim, itaque firmitèr credo huiuſmodi Sanationem, non meis adhibitis medijs, vel venæ ſectioni, ſed Diuino numini in primis, & deindè Beati Patris Fidelis Reliquiarum applicationi eſſe adſcribendam.

§.15. *Secundum Extremum.*

LVIII. *Teſtis Illuſtriſſimus Dominus Marcus Schmidt, Summus ex Senatoribus Brigantiæ, ætatis annorum 66. ſuper 5. Articulo Proceſſu pag. 328. tergo dixit.*

Patrinus Filii ſanatæ in aliquibus de viſu.

Quod Barbaram Vvaldnerin concernit, primò verum eſt, quod poſtquàm ob lapſum, & cruris fractionem ſui filij Ioannis Lucæ, non ſolùm vehementèr fuit perterrita, ſed etiam deniquè omninò amens facta eſt, & ſe demonſtrauit: tunc vnus è filijs ipſius venit ad me, & dixit; Domine Patrine, veniat ad nos foràs, quia mater noſtra omninò inſanit. Quo audito, ſtatìm acceſſi ipſam, & ex verbis, & geſtibus eius alitèr colligere non potui, niſi eam verè inſanire. Quarè hiſce viſis à Domino Abbate Monaſterij Brigantini in Mererarr per meam Nuram qualdam Reliquias de Beato Seruo Dei, ac Martyre Patre Fidele Capuccino afferri mihi curaui, quas dictæ Mulieri applica[illegible] alitèr non intellexi, quàm prædictas Reliquias ipſi fuiſſe appenſas feria tertia circà horam nonam. Poſtero verò die Mercurij ante prandium iterùm filius dictæ Barbaræ me acceſſit, & dixit, vt adhùc ſemèl ad Matrem venirem, iam enim eſſe ſanam, & à me poſtulandum fore, quatenùs præfatas Reliquias Domino Abbati cum gratiarum actione reſtituam.

§.16. *Primum Extremũ.*

§.17. *Inuocatio Ven. Martyris.*

§.18. *Secundum Extremum.*

Et verum eſt, quod cum veniſſem ad præfatam Mulierem Barbaram, alitèr videre, ſeù aduertere non potuerim, niſi integræ Sanitati eam omninò fuiſſe reſtitutam, & inſaniam illam non alitèr ab ipſa receſſiſſe, quàm ſi abſterſa fuiſſet.

§.19. *Secundum Extremum.*

Ex Proceſſu Curienſi auctoritate Apoſtolica fabricato.

Num. 33. Vigeſimum Signum, ſiuè Miraculum liberationis Energumenæ.

Ipſa ſanata de facto proprio.

LXXXVIII. *Teſtis Domina Catharina Kanupfflerin Veldkirkienſis, ætatis annorum 36. ſuper 5. Articulo Proceſſu pag. 409. dixit.*

Mihi Anna Fritſcherin Mater mea in Schiuitz retulit, me à Muliere quadam Menta dicta, dum poſt partum à dicta Matre mea in lucem edita fui, exceptam fuiſſe, quandoquidèm tunc temporis copiam iuratæ Obſtetricis habere nequiuerit. Inſinuatam verò mulierculam quinque poſt annis, cum genita extiti in Carcere, quò concluſa à Magiſtratu, ceu venefica detinebatur, faſſam eſſe, ſe diabolo me deuouiſſe, quem malignum ſpiritum mox etiam in cocto pulmento mihi deuorandum

§. 1. *Primum Extremũ.*

porrexerit. Et hæc ex præfata mea Matre, dum ſextum ætatis annum agerem, intellexi, quo tempore etiam per adhibitos mihi exorciſmos facile colligi potuit, me à malignis, ſcilicèt ſpiritibus obſeſſam teneri. Ante hac verò Mater mea nihil vnquàm de hac re propalauit, cum neque ipſa, neque alij hominum aduerterint, me energumenam exiſtere. Poſtquàm verò in Schuuitz duodecim iam annorum exiſtens, prima vice Venerabile Altaris Sacramentum ſuſcepi, videbatur mihi impoſſibile, vt illud deglutirem. Et hanc difficultatem ſemper poſtmodùm ſenſi, itaut ſemper nauſeabunda vomitum timuerim, quem tamen, ſed ægrè continui, vt nunquàm ſecutus fuerit.

§. 2. *Primum Extremũ.*

Cum verò poſt decimum ſextum ætatis meæ annum peregrinationem ad Eremum Beatæ Mariæ Virginis inſtituiſſem, illic Domino Patri Beroldinger peccata mea confiteri cupiens, eadem proferre nequiui, eò quod lingua mea quaſi ligata detinebatur. Quod cum præfatus Confeſſarius aduertiſſet, me ad partem in Cappellam Sanctæ Mariæ Magdalenæ ſecum perduxit, vbi multas preces pro ſalute mea ad Deum effudit, variaſque applicauit Reliquias. Poſtquàm verò nihil ſe efficere poſſe vidit, idcircò illa vice abſque peracta Confeſſione, ac Communione Sacramentali domum redij: Cum maximè, ab eo tempore graui, moleſtaque vexarer tentatione diabolica, vel me ipſam, vel Matrem meam (quam aliàs ſemper intenſo amore proſecuta fui) vita priuandi. Idcircò breui poſt rursùm ad dictum Eremum peregrinatum iui, & poſtquàm à ſupra inſinuato Patre Beroldinger exorcizata fui, tantùm illo tempore effecit, vt ritè peracta peccatorum meorum Confeſſione, abſolutioneque accepta, Sacro Altaris Sacramento me refici quoque curauit: quotieſcumquè verò Sacrum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſi, illud difficultèr efficere, & deglutire potui, ſemperque diù poſt ſumptionem non alitèr mihi erat, quàm ſi Hoſtiam Sacram à me depellere, & euomere deberem; Et quia nihilominùs adhùc illa tentatione diabolica continuò affligi conſueui, me ſcilicèt, aut Matrem propriam occidendi, ideò ſingulis ferè ſeptimanis ad Eremum Beatæ Mariæ Virginis ex ſingulari deuotione me contuli; quam conſuetudinem continuaui vſque dum ſeptem ante annos circitèr Abbatiſcellam, illic domicilium figendo, tranſmigraui.

§. 3. *Proſequitur idem primum Extremũ.*

Me verè energumenam tunc fuiſſe, ſæpefatus Pater Beroldinger primùm tranſactis duobus annis, quibus, vt ſupra dictum, ei confiteri cæpi, indicauit: conſuluitque, cum hactenùs ſat, ſufficientèrque experta fuerim naturalia media, ſeù medicamenta Doctorum, nullum effectum præſtare potuiſſe, ideò ſpiritualia in poſterùm vſurparem media, & Dilectæ Dominæ Noſtræ Virginis Mariæ ſubſidium deuotiſſimè implorarem.

§. 4. *Idem primum Extremum.*

Sæpiùs accidit, præcipuè verò ſolemnioribus quibuſuis occurrentibus feſtis, quod quamuìs ſufficienti ratione prædita eſſem, & paratos cibos comedere vellem, non tamen poteram, quia malignus ſpiritus mihi os, gutturque meum in tantum conſtrigebat, vt per plures dies nullo humano, ſeù naturali cibo me refocillare potuerim: attamèn ſi vel calx è muris, vel arena è riuis habere potui, iſta deuorare debui, inſtar boni edulij.

§. 5. *Idem primum Extremum.*

Poſtquàm experta fui, me neque in Eremo Beatæ Mariæ Virginis, mediante præfato Patre Beroldinger, neque etiam Roſchachij adhibitis exorciſmis à Patre NocKeto Buſsi Profeſſo è Monaſterio Sancti Galli Ordinis Diui Benedicti curari potuiſſe, hinc peregrinationem voui ad ſepulchrum Sancti Caroli Borromei miraculis clari, & Mediolanum verſùs ad dictum Sepulchri locum Sancti Caroli iter arripui. Quò magnis

gnis cum laboribus, patentibuſque litteris, quibus miſerrimus meus ſtatus deſcriptus continebatur, cum euenissem, vnus quidam Pater è Societate Ieſu, me vnà cum alijs duodecim energumenis per decem cõtinuos dies exorcizauit; Quia verò ibidem liberari non potui: idcircò Abbatiscellam rediens, ibi grauitèr à malignis illis Spiritibus vexata permanſi.

Contigit demùm, vt ad aures meas perueniret fama Sanctitatis glorioſæ memoriæ Patris Fidelis Capuccini, qui ab Hæreticis martirizatus dicebatur, & ſimul etiam fama Miraculorum, quæ ob merita eiuſdem Serui Dei fiebant, quod cum cognouiſſem, concepi magnam, & firmam ſpem, ſi auxilio aliorum Veldkirchium, vbi aſſeruatur Caput dicti Beati Martyris, deduci poſſem, me ibidèm meritis, ac ſuffragijs dicti Patris Fidelis, quem ideò ſæpiùs iam deuotiſſimè inuocaueram, ab iniqua Dęmonum poſſeſſione, afflictioneque calamitoſa liberandam fore. Itaque VeldKirchium tandèm deducta fui, & quamuis tàm in itinere, quàm ibidem VeldKirchij, ſæpè a malignis ſpiritibus horrendum in modum crudelitèr exagitata fuerim: Intereà nihilominùs tantam etiam gratiam recepi, vt per ſex illos dies, quibus menſe Ianuarij anno milleſimo, ſexcenteſimo vigeſimo octauo VeldKirchij ob id verſata fui, tunc pluriès mentis meæ compos, & benè mihi præſens orauerim ante Cappellam in Eccleſia Patrum Capuccinorum, in qua Caput dicti Patris Fidelis beatæ memoriæ aſſeruatur, vbi eiuſdem Serui Dei opem, deuotione qua potui, inuocaui. Cumque hanc orationem, & deuotionem meam per ſex dies continuaſſem, eccè in ſexto die, qui fuit vigeſimus ſeptimus dicti menſis Ianuarij, ſuffragantibus meritis, & interceſſione ſæpè dicti Patris Fidelis glorioſæ recordationis, ita curata, & à Dęmonibus liberata effecta fui, vt hactenùs, Deo ſint laudes, nunquàm ampliùs à maledictis ſpiritibus, neque in corpore, neque grauibus illis ſupra inſinuatis tentationibus vexata fuerim, ſemper inſuper hactenùs quietum capere ſomnum, cibos, potumque ſumere, ſine moleſtia [illegible] conteri, ac communicare valui, liberationem itaque hanc, ſanitatemque optatiſſimam, nulli alij poſt Deum, quàm fideli parrocinio, ac meritis fœliciſſimæ recordationis præfati Serui Dei, ac Martyris Patris Fidelis attribuo.

§. 6. *Inuocatio V. Martyris.*

§. 7. *Secundum Extremum.*

LXXXIX. *Teſtis Illuſtriſſimus D. Bertholdus Kroll Senator Veldkirchij, ætatis annorum 44. ſuper 5. Artic. Proceſſu pag. 414. dixit.* Vir Nobilis de viſu in pluribus.

Optimè recordor, quod hoc anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo octauo in menſe Ianuario fama percrebuit in Vrbe noſtra VeldKirchij, quod die circitèr vigeſima ſecunda eiuſdem menſis Mulier quædam nomine Catharina Knypſterin ex Abbatiſcella VeldKirchium adducta fuerat ad venerandas Reliquias Serui Dei, ac Martyris piæ memoriæ Patris Fidelis à Sigmaringa Capuccini, ea ſpe, vt ob merita, & patrocinium eiuſdem Beati Martyris liberaretur à Dæmonum obſeſſione, quam tunc patiebatur, ſequentibus diebus vigeſima quinta, vigeſima ſexta, & vigeſima ſeptima eiuſdem menſis Ianuarij, ego ipſemet vidi præfatam Catharinam Knypſterin in Eccleſia Patrum Capuccinorum Veldkirchij, vbi Mulier illa ſuam deuotionem continuabat ad Reliquias dicti Serui Dei, vt eius parrocinio liberari poſſet, proùt de facto liberata fuit; Cùm enim perſeueraſſet in ſua deuotione, & viſitatione præfatarum Reliquiarum vſque ad prædictam diem vigeſimam ſeptimam Ianuarij, tunc plenam liberationem mirabilitèr conſequuta eſt.

§. 8. *Inuocatio V. Martyris.*

§. 9. *Secundum Extremum.*

Ego tunc præſens aderam, & vidi, quod cum Dęmones, qui eam adhuc obſidebant, nimis torquerentur, ob præſentiam Reliquiarum dicti Serui Dei, ac Martyris Patris Fidelis, nec vlteriùs ferre poſſent fidem, & deuotionem inuocantium merita, & patrocinium eiuſdem Beati Martyris,

§. 10. *Primum Extremi.*

ris, tunc crudelitèr exagitare cœperunt miſeram illam mulierem, itaůt qnatuor viri vix illam continere potuerint. Et ecceè mox eadem Catharina Knypflerin deformem quandam, & rubiginoſam clauem eijcere viſa eſt, quæ clauis in terra cecidit, & vſque nunc VeldKirchij aſſeruatur,
§.11. *Secundum Extremum.* quo facto, ceſſauit omnis vexatio, & eadem Catharina ad ſe reuerſa, veluti reuiniſcere viſa eſt. Et ſic plenam, & perfectam ſanitatem, ac liberationem conſequuta eſt.

Et infrà pag. 415.

§.12. *Primum Extremũ.* Ego optimè vidi, & aduerti varios, & diros cruciatus, quos miſera illa patiebatur, qui adeò violenti, inconditi, & præternaturales erant, vt meo iudicio non potuerint eſſe, niſi à Dęmonibus illam obſidentibus. Idem manifeſtè colligebatur ex locutionibus quibuſdam, quas per os Energumenæ ijdem Dęmones efformabant, manifeſtantes ea, quæ eodem tempore alibi in locis abſentibus fiebant, proùt ego ipſe audiui ex ore dictæ Energumenæ, & poſteà ex litteris mihi tranſmiſſis, ita, proùt Dęmones dixerant, contigiſſe deprehendi.

Et infrà ibidèm in fine.

A die illa vigeſima ſeptima Ianuarij vſque in pręſens frequentèr vidi eandem
§.13. *Secundum Extremum.* Catharinam, & meo iudicio reuerà liberata, & ſanata fuit, liberaque, & ſana præſeruata, nullum enim contrarium ſignum apparet. Hanc librationem cenſeo fuiſſe, ac eſſe miraculoſam, firmitèr credo, ac teneo, quod Deus ità miraculosè dictam Catharinam ſanauerit, ac liberauerit ob merita, & patrocinium dicti piæ memoriæ Serui Dei, ac Martyris Patris Fidelis à Sigmaringa Capuccini. Et hęc eſt etiam communis opinio, & publica vox, & fama, quæ apud Conciues noſtros VeldKirchienſes habita ſuperindè fuit, ac de præſenti habetur, & tenetur.

Conſangnineus Sanatę de viſu in pluribus.

XC. *Teſtis D. Iacobus Suter Ciuis Abbatiſcellenſis, ætatis annorum 34. ſuper 5. Artic. Proc. pag.416. ter. dixit.*

Dictam Catharinam Knypflerin noui ab illo tempore, quandò decimum circitèr ætatis ſuæ annum egit, aliquotiès enim ex Schiſſit ad viſitandos parentes meos tamquàm conſanguinea ventitabat, me per ſigna
§.14. *Primum Extremũ.* quædam tunc temporis illam à malignis ſpiritibus obſeſſam teneri, ſeù quidquam hac de re inaudijſſe mihi non conſtat. Ego primùm à ſeptem vltimis annis, & quidem ſtatim, ac mox cum ipſa ex Scheritz Abbatiſcellam habitandi cauſa migrauit, ex communi ſparſa fama intellexi, ipſam nimirùm Energumenam exiſtere: Et hoc idcircò, quod dum in lucem à Matre parturiente ederetur, illam in abſentia obſtetricis curaræ mala quædam mulier exceperit, quæ illam in nomine Diaboli deuouit.

Aliàs benè mihi conſtat, & certò ſcio, præfatam Catharinam à tribus iam
§.15. *Idem primum Extremum.* annis elapſis tum à me, tùm ab omnibus alijs paritèr, qui eam obſeruarunt prò Energumena habitam eſſe. Et illa quidèm, vt ego etiam vidi, multotiès à malignis ſpiritibus adeò crudelitèr exagitata fuit, vt facies illius, & collum in tantum intumuerit, itaùt neque verbum vnicum ampliùs proferre potuerit: Ex alijs quoquè intellexi, dictam Catharinam miro modo deformem ſæpiùs, ac turbulentam ſe exhibuiſſe, cum apud Patres Capuccinos confeſſa eſt, & Sacta Communione refecta. Poſt-
§.16. *Innocatio V. Martyris.* quèm verò ego vnà cum pluribus alijs ex ſæpè nominata Catharina percepiſſemus, ſingulari illam deſiderio moueri ergà locum VeldKirchienſem, vbi aſſeruatur Caput Serui Dei bonæ memoriæ Patris Fidelis Capuccini, qui ab hæreticis martirizatus fuit; ea ſcilicèt ſpe ibidèm mediantibus ſuffragijs, & meritis dicti Patris Fidelis, liberandam ſe fore ab iniqua Dęmonum poſſeſſione: Itaque ego, & ſimul Hieronymus Hirſchi à Magiſtratu Abbatiſcellenſi requiſiti fuimus, vt prædictam Catha-

tharinam in nomine Domini VeldKirchium deducendam ſuſciperemus: quod etiam præſtitimus in menſe Ianuarij anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi octaui. Cùm dicta Catharina cerneret Equo ſe imponi, ac VeldKirchium versùs iter ſibi eſſe faciendum, tunc mirum in modum horribilitèr recalcitrauit, vt difficultèr ſuper equum collocari, & colligari potuerit. Quo facto, In itinere quidem ſatis morigeram ſe geſſit, at cum in veterem Ciuitatem (qui locus per mediam circitèr horam VeldKirchio diſtat) perueniſſemus, tunc illa adeò furibundam, terribilemque ſeſe exhibuit, vt & ego, & ſocius meus Hieronymus Hirſchi aliud arbitrati non fuerimus, quàm Ipſam Catharinam vnà cum equo perituram eſſe. Cum itaque maximis laboribus ad Monaſterium Patrum Capuccinorum deueniſſemus, illa horrendum in modum deſæuijt, quemadmodùm etiam in via indeſinentèr ex loco veteris Ciuitatis VeldKirchium vſquè pœnitùs inſtar furibundæ ſe geſſit, itaût qui etiam procul eam in itinere tranſeuntem ſpectauerant, aufugerint. Poſtera die ad Eccleſiam Patrum Capuccinorum VeldKirchii venimus, illamq; ex equo leuatam depoſuimus: ſed nullo modo volebat in Eccleſiam ingredi. Saliabat, vt fugeret, & cum fugere non poſſet, frenum adeò fortitèr, & indignabunda apprehendit, ac tenuit, vt digitos eiuſdem conſtrictos vix aperire valuerimus. Poſtmodùm cum in Eccleſiam à nobis deducta, & in ſcamnum aliquod collocata extitit, in primis quidem præſentium Matronarum veſtes deprehendit; dicta verò eum à Sacerdote vocaretur, vt ibi in Eccleſia ad Confeſſionem Sacramentalem accederet, mox diabolica illa vexatio ſedata eſt, itaût Catharina prædicta ad Confeſſionale quieta acceſſerit, ibiquè Confeſſionem ſuam abſque illa deformi exagitatione perfecerit. Indè tum illa, tum ego, tum alij præſentes venimus ad Cappellam lateralem eiuſdem Eccleſiæ, vbi Caput dicti Serui Dei Patris Fidelis Capuccini requieſcit: ibiquè merita, & interceſſionem eiuſdem Serui Dei, ac Martyris implorauimus pro liberatione dictæ Catharinæ. Quam orationem ſequentibus diebus Dominico, & Lunæ continuauimus. Et quantùm ego aduertere potui, quòmagis orationem, & deuotionem noſtram continuabamus, eò magis Dæmonum vis imminuebatur, itaut per os Energumenæ loquens Dęmon conquereretur, ac diceret, ſe nimiùm torqueri, ac vei à dicto Seruo Dei Patre Fidele, contra quem idcircò nimiùm indignabatur, & interdùm etiam dixit, ſe iam multos ex ſociis ſuis amiſiſſe. Et de facto cum adhuc ante Reliquias dicti Patris Fidelis in eadem Eccleſia Capuccinorum VeldKirchij orationem, & deuotionem noſtram continuaremus, cum per aliquod ſpatium temporis præfatam Catharinam Dęmones crudelitèr exagitaſſent; mox ceſſante vexamine, Diabolus reddidit primum maleficium, fiſtulam ſcilicèt ligneam, quæ miro modo à corpore dictæ Catharinæ in terram cecidit; Verumtamèn nec dum præfata Catharina plenè libera remanſit. Ego autem die Martis proximè ſequenti Abbatiſcellam demùm redij, & eandem Catharinam VeldKirchii reliqui, donec perfectè liberaretur. Ac primùm poſt ab aliis mihi relatum fuit, quod die Iouis proximè ſequenti, quæ fuit dies vigeſima ſeptima Ianuarii anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo octauo prædicta Catharina omninò libera à Dęmonibus effecta eſſet, & hoc ob merita, & interceſſionem dicti Serui Dei, ac Martyris Patris Fidelis Capuccini. Poſtmodùm eandem Catharinam iterùm, & ſæpiùs vidi. Et quantùm aduertere potui, reuerà incolumis eſt, & plenè liberata; Et ego quoque hanc miraculoſam, ſiue ſupernaturalem ſanitatem, ac liberationem adſcribo meritis, & interceſſioni dicti Patris Fidelis, quem pro indubitato Viro

Sancto,

§.17. *Primum Extremũ.*

§.18. *Inuocatio V. Martyris.*

§.19. *Secundum Extremum.*

§.20. *Secundum Extremum.*

Sanᴄto, ac Martyre Dei habeo, exiſtimo, & piè colo. In qua opinione ſimilitèr apud Catholicos Abbatiſcellæ verſatur.

De viſu in pluribus.

XCI. *Teſtis D. Hieronymus Hyrſchi Ciuis Abbatiſcellenſis, ætatis annorum 39. ſuper 5. Articulo Proc. pag. 420. dixit.*

§. 21. *Primum Extremũ.*

A duobus circitèr annis, poſtquàm ab Italia redij, de dicta Catharina Knupflerin notitiam haberi cæpi: Et hoc indè, quia ipſa mecum per treſdecim hebdomadas, vna in domo, ſiue eodem ſub tecto habitauit. Primis quidem ſex ſeptimanis aliud non aduerti, niſi quod ſatis quietam, & pacatam ſeſe monſtrauit: poſtmodùm verò, adueniente Sacri Aduentus tempore, adeò turbulenta, ac furibunda reddita fuit, vt ſpatio quinque hebdomadarum nullum potuerit adire templum; Vndè Patres Capuccini ferè ſingulis diebus ad ipſam euocati ſunt, vt illi ob graues, quas patiebatur, tentationes, ſuccurrerent, ſpectaui inſuper ſæpiùs, quod infrà octauum integrum, non tantam cibi, ac potus ſumpſerit quãtitatem, quanta alicui homini, vel pro vna vice ſufficeret, & quidèm paruam illam quantitatem cibi, ac potus priùs à Patribus Capuccinis benedictam, iiſque perſuadentibus ſumpſit, Ego tamen vnà cum aliis domeſticis vidi eandem, ſumptum cibum, ac potum ſemper iterùm euomuiſſe. Nos autem, qui eidem cohabitabamus, nunquàm potuimus illi perſuadere, vt vllam refectionem temporalem ſumeret. E' contra verò ſpectauimus, & vidimus, quod ipſa Energumena acceptam, & raptam è muris calcem loco ciborum deuorabat; Vndè omnes valdè mirabamur, quomodò tandiù vitam potuerit trahere. Non minùs quoque multotiès vidi Energumenam hanc, ſeù potiùs Diabolum per os ipſius loquentem dixiſſe, quod eam, aut ſtrangulare, vel in deſperationem inducere, vel fame, & inedia enecare velit. Ad hæc plurièſ eam conſpexi ſibi ipſi magnos crinium floccos euellentem, ſiniſtra verò in faciem ſeſe cædentem, inſuper horrendum in modum ſæpiùs validos emiſit clamores, ac deſæuijt, & tàm miſera calamitate per totum Sacri Aduentus tempus afflicta extitit, itaùt neque vnicam diem, ſciam abijſſe, in qua ſupradicto horribili modo ſeſe miſerabilem non exhibuerit, maximè verò ſub crepuſculum, ac ingruente nocte, itaùt multotiès per duas, aut tres integras horas adeò crudeliter á Dęmonibus fuerit exagitata. Perſæpè etiam noctu, cum eſſem in cubiculo meo, audiui præfatam Catharinam exiſtentem in ſuo cubiculo, quod immediatè infrà meum erat, caput crudeliſſimè parietibus illiſiſſe multotiès; Inſupèr noſtra Mater familias in cuius cubiculo dicta Energumena ſuum lectulum habebat poſitum, mihi retulit, ſe hac, vel altera nocte magnos ad continendam, & quietandam Catharinam ſuſtinuiſſe labores, quandoquidèm ea caput adeò vehementi impetu illiſerit, ac ſi grandis quidam malleus ligneus parieti impactus eſſet.

§. 22. *Inuocatio V. Martyris.*

§. 23. *Primum Extremũ.*

Benè adhuc etiam recordor, quod poſtquàm Energumenæ prædictæ ſignificatum fuit, eam VeldKirchium ad viſitandum Caput Patris Fidelis Capuccini, glorioſæ memoriæ, qui ab hæreticis occiſus fuit, perducendam eſſe, tunc his auditis, eandem terribilitèr deſæuijſſe. Contigit etiam dum dicta Catharina ex mandato tum ſpiritualis, tum Sæcularis Magiſtratus Abbatiſcellenſis à me, & à Iacobo Sutero VeldKirchium deducenda eſſet, ego ipſe ad iter illud conficiendum meum eidem commodauerim equum: ſed vix noſtrum magno cum labore eandem Energumenam in equo collocatam ligauimus, vbi autem in itinere VeldKirchium versùs peruenimus ad veterem Ciuitatem, tunc eadem Energumena tantis furijs agitata eſt, vt eam vſque VeldKirchium perduci poſſe plenè deſperauerimus. Ipſa enim vincula violentèr diſſoluit, ac

rupit,

rupit, chyrothecaſque abiecit, & vix tandem cum magno labore, & difficultate eam de nouo ligare, & ex vtraq; parte continere potuimus.

§. 24. *Proſequitur idem primum Extremũ.*

Alij autem, qui tunc miſerrimam hanc Creaturam ſpectarunt, vel clamantem audierunt, territi è via receſſerunt, ſeque ſigno Sanctæ Crucis munierunt. In Vrbe VeldKirchii morati ſumus in Hoſpitio quodam, quod ad Enſem vocatur, ſequenti die Sabbati, licèt magna cum difficultate, tamen eandem Energumenam deduximus in Eccleſiam Patrum Capuccinorum VeldKirchii: Vbi illa cum feciſſet Confeſſionem Sacerdoti, a nobis deducta eſt ad eiuſdem Eccleſiæ Cappellam, vbi Reliquiæ dicti Patris Fidelis piæ memoriæ aſſeruantur, vt ibi ob merita, & interceſſionem eiuſdem Patris Fidelis liberaretur. Die Dominico, & die Lunæ ſequentibus iterùm ad præfatam Eccleſiam, & Cappellam, vbi Caput, & aliæ quædam Reliquiæ dicti Serui Dei aſſeruantur, eandem Energumenam deduximus, & ibi noſtras orationes, & deuotiones fecimus ad impetrandam ſanitatem, & liberationem eidem Mulieri, quæ in dies magis, ac magis meliorabat; Et verum eſt, quod ibidem cum eſſemus dicto die Dominico, poſtquàm Energumena miſerabilitèr afflicta fuiſſet, dentium fiſtula quædam lignea vnius cultri longitudine, miro modo ab eadem Catharina energumena in terram cecidit; ſequenti die Martis ego vnà cum memorato Iacobo Suter VeldKirchio deſcendentes, quia ob alia negotia diutiùs remanere nequiuimus, domum versùs iter inſtituimus. Et quidem præfatam Catharinam VeldKirchii reliquimus, vt ibi ſuam deuotionem continuaret, donec ob merita, & interceſſionem dicti Serui Dei, ac Martyris Patris Fidelis plenam ſanitatem, ac liberationem impetraret, breui autem poſt fama Abbatiſcellæ percrebuit, dictam Catharinam die Iouis proximè ſequenti, quæ fuit dies vigeſimà ſeptima menſis Ianuarii anni currentis milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi octaui, per merita, & patrocinium dicti Serui Dei, ac Martyris Patris Fidelis omninò liberatam extitiſſe, quod magno cum gaudio intellexi, & etiam firmiter credo, nam poſteà [illegible] propriis oculis vidi, dictam Catharinam omninò, & integrè curatam, & quantùm humanitùs iudicari poſſet, perfectæ ſanitati reſtitutam.

§. 25. *Innocatio V. Martyris.*

§. 26. *Secundum Extremum.*

Hoc Miraculum poſt Deum Omnipotentem, nulli alteri attribuere, neque adſcribere poſſam, quàm dicti Patris Fidelis beatæ recordationis Sanctitati, eiuſque ſupernaturali patrocinio; Aliud inſuper mihi non eſt cognitum, niſi ab omnibus, & ſingulis pariter Abbatiſcellæ degentibus dictum Patrem Fidelem glorioſæ memoriæ pro Viro Sancto, & Martyre Dei haberi, æſtimari, & coli.

Ex Proceſſu Curienſi auctoritate Apoſtolica fabricato.

Num. 34. Vigeſimum primum Signũ, ſiuè Miraculum Apparitionis in Militari conflictu. Miles ex auditu Hæreticorum videntium.

XXX. *Teſtis Nobilis, & Strenuus Dominus Ludouicus Vuleta Officialis Auſtriacus Veldcirchy, ætatis annorum 28. ſuper Articulis Proc. pag. 233. dixit.*

Eiuſdem Serui Dei Patris Fidelis famam Sanctitatis confirmo etiam ex hoc prodigio, quod mihi, vel ipſimet hoſtes noſtri, contra quos in Rhætia non multò poſt dicti Patris Fidelis Martyrium militaui, faſſi ſunt, Cauſam nempè, quod ſeſe non diù contra nos valuerint defendere, ſed citò fugam capeſſerint, & manus dederint, eam fuiſſe, quod ex parte noſtra Auſtriaca in quodam conflictu ſecum habito tres Capuccinos nobis adſtantes, & nos animantes viderint, & quia tertius, ſiue medius illorum, quaſi gladium contra illos, & eorum Socios vibrauerat, eo aſpectu ſe talitèr fuiſſe conſternatos, vt ſeſe ampliùs defendere non va-

luerint; Et quia Exercitui noſtro Catholico, non niſi duo Patres Capuccini, nempè Pater Alexius Spirenſis, & Pater Pius Caſtelmur adſtiterunt, piè vtique præſumo, & ab omnibus præſumitur, medium illum, ſiuè tertium ab hoſte viſum Capuccinum, non niſi Patrem Fidelem à Deo in vindictam Hæreticorum, & rebellium Pretegoiorum deputatum fuiſſe.

Alter Miles de auditu Hæreticorum videntium.

XLIV. *Teſtis PerIlluſtris, & Strenuus Dominus Michael ab Altmans Han,..n, Locumtenens Ducis Belli Auſtriaci, ætatis annorum 51. ſuper Articulis Proceſſu pag.281.dixit.*

Poſtea quàm autem Rhætia,& Pretegoia à Belli Duce meo Comite Aloyſio à Sultz iterùm recuperata fuit, Anno videlicèr milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo, poſt mortem dicti Beati Martyris Patris Fidelis, tunc belli Officiales, qui conflictui, & prædictæ Regionis recuperationi interfuerunt, dixerunt mihi, ſimilitèr etiam ab ijs, qui à parte Rhætorum contra nos bellarunt, & à noſtris captiui facti ſunt, hoc ipſum audiui; nimirùm, quod inter duos illos Capuccinos, qui exercitui noſtro in eadem recuperatione ſubſidia ſubminiſtrabant Spiritualia, tunc in aere apparuerit alius quidam Capuccinus longior, præſertim in vltimo conflictu, quo viſo, hoſtes animo totalitèr deiecti,& conſternati fuerunt, itaut ſe ampliùs defendere non potuerint, ſed manus dare, aut aufugere debuerint. Et quidèm tertius ille, vel medius Capuccinus, qui ſic apparuerat, ipſe Beatus Pater Fidelis habitus,& communitèr ab omnibus nobis reputatus fuit. Quin imò Dux Belli Rhætorum, & Colonellus de Salis ipſe met retuliſſe fertur, non alitèr ſe arbitrari, niſi quod medius ille ipſe à Rhætis trucidatus Capuccinus fuerit, cuius Cauſa iam debeant luere pœnas.

Alter Miles de auditu Hæreticorum.

LXI. *Teſtis Nobilis, & Strenuus Dominus Georgeus Sigiſmundus Freÿ Capitaneus &c. ætatis annorum 37. ſuper Articulis Proceſſu pag. 334. tergo dixit.*

Ego etiam probè memini, quod ibidem in Rhætia exiſtens poſt conflictum, & debellatos Rhætos, ac Pretegoios audiuerim, ac de hoc ipſo crebra vox fuerit, quod quia Rhæti inimici noſtri in conflictu medium quendam inter alios duos Capuccinos, quos nobiſcum habuimus, Patrem ſcilicèt Alexium Spirenſem, & Patrem Pium Caſtelmaur viderint, mox conſternari ſeſe defendere non valuerint, & medius ille Capuccinus alius non creditur fuiſſe, quàm ipſemet Pater Fidelis Capuccinus &c.

Ex Proceſſu Mediolanenſi auct. Apoſt.fabricato.

Ex certo, & notorio.

V. *Teſtis Dominus Alphonſus Vareſius Ciuis Mediolanenſis, ætatis annorum 25.ſuper 28.Articulo Proceſſu pag.129.dixit.*

Hò inteſo molte volte da varie perſone, che noſtro Signore hà fatto Miracoli per li meriti di queſto Beato Martire, ma in particolare non mi ricordo adeſſo altro di nuouo, ſe non di due, ò trè. Il primo è, quando eſſo Martire apparue nella giornata preſſo à Vuimphen l'anno mille ſeicento ventidue alli ſei di Maggio; Queſto mi fù raccontato nel tempo, che io ſtetti in Benfeld, e Sauerna, e Molzen alla Corte di Sua Altezza, oue ſi riferiua per coſa certa, & indubitata, che mentre Monsù de Tillì, & il Signor Don Gonzalez di Cordoua vennero à giornata contro il Marcheſe di Baden, ò vero Duclach nel Palatinato, all'hora apparuero due Capuccini ſopra due Caualli bianchi, vno de quali fù ſtimato eſſo Beato Martire Fedele, li quali ponendoſi d'auanti l'Eſercito noſtro, fecero di modo, che alla fine quel fortiſſimo Eſercito del Duçlach reſtò totalmente diſtrutto &c.

VII.Te-

VII. *Teſtis Illuſtriſſimus Dominus Aloyſius de Sultz Sac.Rom.Imp.Comes &c. ætatis annorum 40. ſuper 6. & ſequentibus Articulis Proceſſu pag. 162. dixit.*

De auditu audientium à Duce hoſtium,& ab ipſo Duce, qui viderat.

Di più hò ſentito dire da molti, che nella ſteſſa guerra nel primo giorno di Settembre, nell'anno ſteſſo mille ſeicento ventidue, quando fu gionto l'Eſercito noſtro preſſo à Stainsbergh, e ſtaua già à fronte dell'Eſercito nemico, quale occupaua il paſſo. All'hora nel mezzo del ſopranominato Padre Aleſſio, e del ſuo Compagno ambidue Capuccini, che in quel tempo ſtauano d'auanti à tutti, e teneua ciaſchedun di loro vna Croce in mano, apparue vn altro terzo Capuccino con vna ſpada ſtoderata nelle mani, coſa, che recò grande ſpauento all'Eſercito nemico, il quale vidde la detta apparitione. Queſto me lo riferirono alcuni, che lo ſentirono dalla bocca propria di Rodolfo Salice Generale all'hora dell'Eſercito inimico. Anzi per quanto mi ricordo, mi pare che lo ſteſſo Rodolfo Salice lo raccontaſſe anco à me con ſua bocca propria. Queſto terzo Capuccino fù ſempre creduto, e ſi crede, che foſſe il Beato Padre Fedele, che già era ſtato martirizato con vna ſpada, e baſtone &c.

VIII. *Teſtis Dominus Chriſtophorus Romer ex Ingelſtadio,ætatis annorum 28. ſuper 22.& ſequentibus Articulis Proceſſu pag. 189. tergo in fine dixit.*

De auditu boni Viri,qui viderat.

Secundum Miraculum eſt hoc,poſtquam è monte illo deſcendimus in Engadinam inferiorem venimus in Pagum Schlins, & pertranſitis alijs locis, obtinuimus etiam Stainsbergh, ſed adhuc hoſtis habebat loca expugnatu difficillima propter viarum anguſtias, & Montium aſperitates, & inſuper adhuc hoſtium Milites multi erant. Diſceſſimus ergo à Stainsbergh, & venimus in locum, qui dicitur Saas, & ibi pernoctauimus. Cum ergo ibidem intra nos milites colloqueremur de iſtis difficultatibus imminentibus, & anxij eſſemus, tunc miles quidam Salisburgicus, quem ego noueram pro bono valdè Catholico, ac viro fide digno, retulit nobis militibus ... quod Sanctus Martyr noſter Fidelis apparuerit ſibi, & viderat Beatum Martyrem cum Cruce in manu. Ex quo inferebat, quod nos adhuc victores eſſemus, & ſuperatis omnibus, Regionem recuperaremus. Hæc dixit tunc ille Miles, audiente me, & alijs, qui tunc mecum aderant: Sicut autem iſte Miles dixerat,ità deindè ſemper Victores fuimus, & breui Sraltum, & Faccaſium accepimus, ſed præcipua victoria noſtra fuit ſuprà Saas.

Num. 35.

Ex Proceſſu Mediolanenſi auctoritate Apoſtolica fabricato.

Vigeſimum ſecundum Signũ, ſiuè Miraculum recuperationis Engadinæ cum pluribus miris circumſtantijs.

De viſu.

V. *Teſtis Dominus Alphonſius Vareſius Ciuis Mediolanenſis, ætatis annorum 35. ſuper 15. Articulo Proceſſu pag. 119. ſub initium dixit.*

Li motiui, per li quali io ſtimo, che quella recuperatione foſſe Miracoloſa, ſono i ſeguenti. Vno, perche quel Paeſe in ſe ſteſſo hà paſſi ne i Monti altiſſimi, e queſti tanto difficili, che pare ineſpugnabile. Secondo perche quelli Eretici erano in molto numero, e ſtauano ben armati, e con molta guardia. Terzo, perche in tante baruffe, che noi haueſſimo contro di quei Ribelli, ſempre ne riportaſſimo vittorie, e ſe bene più volte ſi fece molta occiſione di coloro, ad ogni modo i noſtri, ò morti, ò feriti furono pochiſſimi. Di più io ſtimo, che quella recuperatione foſſe Miracoloſa per li ſeguenti caſi. Primo, perche quando il ſudetto Signor Conte di Sultz cominciò à marciare con la ſua gente con intentione di congiongerſi poi nella Valle di Semenone con il ſu-

§. 1. *Prima circumſtantia mirabilis.*

§. 2. *Secunda circumſtãtia mirabilis.*

§. 3. *Tertia circumſtantia mirabilis.*

§. 4. *Quarta circumſtãtia mirabilis.*

 detto

detto Signore Colonnello Baldirone, all'hora io mi ritrouauo, e caminauo con li Soldati ſotto l'iſteſſo Signor Conte di Sultz. Partiſſimo dunque alli ventiſette, ò vent'otto di Agoſto dell'Anno ſudetto mille ſeicento ventidue, e venendo dalla Città di Velchirchio, giongeſſimo ad vna Chieſa chiamata in quella lingua San Galler Ckirch, caminauano con noi per aiuto noſtro Spirituale due Padri Capuccini, vno de quali ſi chiamaua il Padre Fra Aleſſio da Spira Sacerdote, e Predicatore, queſto diſſe Meſſa nella ſudetta Chieſa, e doppo la Meſſa benedì non ſolamente noi Soldati, frà quali io ero preſente, ma di più anco benedì la monitione, che noi haueuamo preparata per combattete. Il fine di benedire queſta monitione, fù perche gl'Eretici nemici noſtri erano ſoliti di adoperare certe negromantie, ed incanteſimi, e però il detto Padre ſi riſolſe di fare quella beneditione per impedire quelle negromanzie; E fù coſa mirabile, che quando poi venne il tempo di combattere, all'hora quelli Eretici negromanti ſi auanzauano con tanta sfacciatagine, che penſauano di metterci in conquaſſo. Vi ſi opponeuano delli Soldati noſtri, e in fatti non li poteuano offendere, ne con le ſpade, ne con le Alabarde, ò Picche, ne con ſaſſi, ma quando ſi adoperaua la monitione benedetta, ſubito la negromanzia era ſpedita, e reſtauano morti.

Queſta verità ſi diuolgò per l'Eſercito noſtro, & era coſa notoria, & indubitata frà di noi, & io hò veduto molte volte, quando queſte coſe ſi faceuano, trouandomi preſente, e vedendo con miagran marauiglia, che quando ſi adoperaua la monitione benedetta, reſtaua disfatta la negromanzia, ed incanteſimo, e li Eretici cadeuano morti. Vn altro caſo miracoloſo auenne, e fù, come ſiegue; Partiti noi da San Gallen

§. 5. *Quinta circumſtantia mirabilis.*

Kirch, paſſaſſimo per Caldira, e poi attrauerſando Monti aſpriſſimi, giongeſſimo nella Valle di Semenone, e quiui ſi vniſſimo col detto Signor Colonello Baldirone, il quale per altra parte venne colà con la ſua gente. L'intento noſtro era di entrare nell'Agnedina baſſa per vn paſſo, che iui ſi trouaua, ma li Eretici Ribelli haueuano preoccupato il paſſo, e già ſtauano nel Monte con molta gente, e cuſtodiuano di maniera il luogo, per doue penſauamo di entrare, che noi cominciaſſimo à penſare, e dubitare aſſai, perche il poſto per natura era forte, l'Inimico era in buon numero, e ben armato, & in caſa, e volendo noi auanzarſi, biſognaua andare all'in sù, tanto che non ſi poteuamo accoſtare ſenza molta noſtra occiſione. S'aggiongeua, che il Cielo era tanto ſereno, che ne in tutto quel giorno, che arriuaſſimo, ne meno nella ſteſſa notte, che nella detta Valle di Semenone ſi accampaſſimo, vi ſi vedeua alcuna nunola, anzi ne pure vna minima nebbia, per lo che il Nemico poteua ſpiare, e vedere tutti li noſtri andamenti, ed ouuiare ad ogni noſtro sforzo. Leuandomi io dunque la mattina per tempo viddi nel fare del giorno, che ſi leuò dall'Agnedina baſſa vna picciol nuuoletta, la quale aſcendendo à poco à poco, venne à porſi dinanzi alle ſquadre dell'Inimici noſtri, & iui fermataſi cominciò à dilatarſi di maniera, che quelli Eretici non poteuano più vederci, crebbe tanto la Nuuola, che noi medemi allontanandoſi per vna picca l'vno dall'altro, ſi perdeuamo di viſta, fù riſoluto dunque; che doueſſimo preualerci di queſta buona occaſione, e così coperti da quella nuuola ſi auiaſſimo ad vn altro paſſo; per ſtrada pioueè grandemente con venti freddiſſimi, e tutto queſto cooperò all'intento noſtro, perche il Nemico ſi penſaua, che noi ſteſſimo dentro a'Padiglioni, e frà tanto doppò hauer caminato molte hore, arriuaſſimo improuiſamente alla ſommità del Monte ſopra d'vn luogo chiamato Schlins, quiui la nuuola reſtò

d'ab-

d'abbaſſo, & vſciuamo noi come da vna ſepoltura, e ritrouammo di ſopra vn chiariſſimo Sole, e ſubito vedeſſimo, che anco in quel poſto ſi era fortificato il Nemico; Biſognaua, che noi paſſaſſimo frà due cime di Monte, quaſi che frà due Colonne, ed il Nemico hauena fatta vna Trincieta dall'vna, e dall'altra parte, di modo che reſtaua chiuſo il paſſo, & era coſa, che naturalmente pareua Ineſpugnabile, ad ogni modo fù tanto inaſpettato l'arriuo noſtro, che il groſſo degl'Eretici, quali poteuano ſoccorrere in breue tempo, non ſe n'auidde, e l'altri Soldati, che ſtauano alla guardia di quel paſſo, e facilmente poteuano impedire ogni noſtro sforzo, ſi intimidirono talmente per vederci così all'improuiſo, che doppo hauere ſcaricate alcune archibugiate, ſi poſero in fuga, & accorgendoſi noi della fuga, ſi auanzaſſimo di ſubito, e ſenza che niuno di noi reſtaſſe offeſo, conquiſtaſſimo il poſto, e ſi trouaſſimo nell'Agnedina. Il che fatto, di ſubito à viſta noſtra ſparue tutta quella nuuola, che più non ſi vidde. Io adunque quanto più conſidero queſto caſo, tanto più ſtimo, che ſia vero Miracolo, quale operò Iddio, acciò non deſſimo nelle mani di quei peſſimi Eretici, e poteſſimo ricuperare il Paeſe. Vn altro caſo io ſtimo Miracoloſo, & è, che ſopragionti dalla notte oſcura nel diſcendere di quel Monte altiſſimo, ſi trouaſſimo in gran pericolo, perche la via era tanto precipitoſa di natura, e per l'acqua piouuta poco fà era tanto ſdrucciolo il terreno, che humanamente non ſi poteua ſtare in piedi, e cadeuano i Soldati ſpeſſiſſime volte, ed io con loro, il peggio era, che à luoghi à luoghi ſi trouauano certi ſentieri tanto pericoloſi, che molto facil coſa era di andare in precipizio. Ad ogni modo niuno pericolò, ſi ritrouò vn Soldato, che haueua vno di quelli officioli di cera, lo fece in più parti, e lo diſtribuì à più Soldati, acciò ſi fermaſſero à luoghi più pericoloſi, all'hora io viddi per marauiglia, che ſe bene ſoffiaua vn gagliardo vento, ad ogni modo quelle ſi picciole Candele, ò per meglio dire mocchucci, reſtauano acceſi nel tempo del biſogno, e non ſi ammorzauano. — *§. 6. Sexta circumſtantia mirabilis.*

Conquiſtata l'Agnedina baſſa, e Tauò, giongeſſimo nella Valle di Pretegauu, e ritrouammo le Terre abbandonate. Era diuiſo l'Eſercito noſtro in queſto modo. Nella Vanguardia d'auanti all'altri caminaua il ſudetto Signor Conte di Sultz, con circa due mila Soldati, il Signor Colonnello Baldirone reſtò adietro con il reſtante dell'Eſercito. Vedendo adonque i Soldati della Vanguardia, che le prime Terre del Pretegaun erano ſenza habitatori, penſarono, che foſſe finita la guerra, e però ſi sbandarono quà, e là per approueciarſi. Il ſudetto Signor Conte noſtro Generale precedeua con due, ò trè, e fù auertito, che l'Inimico ſtaua inſidioſamēte preparato, ſi diè ſegno à i Soldati, ma pochi ſi poterono vnire, e nondimeno con quei pochi ſtimò il d. Sig. Cōte, che foſſe bene di auanzarſi, e ſi auanzò, ma quando fù alla cima del Monte, ſubito il Nemico diede fuori con tanto empito, che li noſtri non poteuano reſiſtere, ſopraueonero alcuni altri de noſtri, e ſi rinforzò la battaglia, ma era tanto il numero de Nemici, & haueuano vn poſto ſi auantaggioſo, e combatteuano tanto diſperatamente, che non era à noi poſſibile di più reſiſtere, e quello, che è peggio, non ci poteuamo retirare, ſe non gettandoſi in vn precipitio, oue tutti ſareſſimo reſtati morti. Io mi ritrouai in quel conflitto, e combattei con tutta l'arte, e la forza, ma alla fine vedendo la forza, arte, e reſolutione del Nemico, io mi tenni perſo con tutto il rimanente de Soldati; ma quando foſſimo á queſto eſtremo, in vn ſubito quei peſſimi Eretici reſtarono come attoniti, e fuori di loro, & atterriti repentinamente — *§. 7. Septima circumſtātia mirabilis.*

te

tecominciarono à voltar le ſpalle, fuggendo ſenza ritegno, ne ordine. All'incontro noi ripigliaſſimo tanto cuore, che ſeguitando il Nemico, ne faceſſimo non poca ſtrage, & il reſtante fuggì con tanto terrore, che quello fù l'vltimo conflitto, & il compimento di tutte le vittorie noſtre, perche doppò non haueſſimo più incontro, ed arriuaſſimo per fino à Mayenſelda, che reſtò noſtra pacificamente. Doppo il conflitto inteſi la cagione, perche gl'Eretici, quando ſtauano per godere la vittoria, rimaſero così attoniti, e poi ſpauentati fuggirono. E fù, perche in quel punto mouendoſi à pietà di noi la Vergine Santiſſima, ſi laſciò vedere viſibilmente in habito bianco, all'apparire della quale reſtarono quei ſcelerati, come fuori di ſe, e ripieni di terrore, e diſperatione ſi poſero in fuga. Di queſta apparitione ſe ne ragionaua frà noi Soldati, come di coſa veriſſima, & indubitata, e ſe ne ragionaua publicamente, ed io la ſentij raccontare da molti, e molti. E ſe bene io non viddi queſta apparitione, ad ogni modo io la ſtimo per vera, & indubitata, ſi perche tù così tenuto communemente, ne mai hò ſentito coſa in contrario, ſi perche io viddi la mutatione delli Eretici, quando in vn ſubito reſtarono attoniti, e repentinamente ſi ſgomentarono, la qual mutatione non potè eſſere coſa naturale, eſſendo eſſi per ogni parte ſuperiori.

De viſu. VIII. *Teſtis D. Chriſtopherus Romer ex Ingolſtadio ætatis annorum* 28. *ſuper* 28. *Articulo Proc. pag.* 186. *tergo dixit.*

In ſpecie autem hæc mihi occurrunt, quæ benè poſſum deponere, & imprimis anno prædicto milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo circa finem Augulti, quando venit prædictus Illuſtriſſimus Dominus Comes Aloyſius de Sultz pro recuperanda Rhætia, & fuit Generalis totius Exercitus, tunc ego cum noſtris Vexillis Salisburgenſibus, & reliquo dicti Domini Comitis Regimine, ſimul cum ipſo Domino Comite profecti ſumus à Pludens, & Velchirchio, & venimus ad Sanctum Gallen Kirch, veniebant nobiſcum pro miniſtrandis rebus ſpiritualibus duo Patres Capuccini, quorum vnus vocabatur Pater Alexius Spirenſis, Sacerdos, & Concionator, hic Pater Alexius die Sancti Auguſtini celebrauit nobis Miſſam in Eccleſia Sancti Gallen Kirch, vbi, & nobis militibus benedixit, & inſuper apparatui noſtro bellico ad eludendam hæreticorum negromantiam. Indè venimus Caldram, quam omninò deſolatam inuenimus, nam hæretici rebelles Pagum combuſſerant. Indè per altiſſimos, & aſperrimos Montes deuenimus in Samminaum, vbi inuenimus prædictum Dominum Aloyſium Baldironem Colonnellum cum ſuo regimine, qui ibi cum ſuis militibus coniunctus eſt nobiſcum ſub eodem Domino Generali Comite à Sultz. Conſilium autem dicti Domini Generalis fuit, vt ab ea parte ingrederemur in Engadinam inferiorem, ſed hæretici præuenerant, & occupauerant iuga illa, & anguſta viarum, & ibi cum multis Vexillis inuigilabant. Tunc in maximas difficultates, & in apertum diſcrimen incidimus; Nam ſi ab ea parte vellemus aſcendere, facilè potuiſſemus deijci, & ſi conaremur, magna noſtrorum fuiſſet interemptio; Si autem per aliam viam progredi vellemus, tunc ipſi Hæretici cum eſſent in montibus, optimè poterant explorare, & videre omnia, quæ moliebamur, & citò anteuertere nos, & ruinam ſuper nos impellere. Auxilium noſtrum à Domino, cum enim Cœlum ità ſerenum eſſet, vt neque præcedenti die, quo venimus, neque nocte illa, qua in Samminaum caſtrametati ſumus, vlla omnino nubes, aut vapor, ſeu caligo appareret, mane ſequenti apparuit nubes parua, ſurgens ab Engadina inferiori, quæ paulatim aſcendens poſuit ſe ante hæreticos illos, qui in monte conſidebant, ibique ſtetit, & paulatim

§. 8. *Quinta circumſtantia mirabilis.*

tim ſeſe explicans, ità oculos eorum velauit, vt deinceps non potuerint videre nos. Re cognita, mandauit dictus Dominus Noſter Generalis, vt eſſemus parati ad pergendum, & pugnandum; nubes autem, & nebula ita creuerat, vt nos ipſi cogeremur non longiùs ab inuicem diſtare, quia nos mutuò videre non poteramus, cum autem pergeremus ad aliam viam, oportuit nos ire per iter aſperum, & per montes, & tunc Nebula ſeſe reſoluit in pluuiam, & vehemens etiam ventus inſufflare cæpit. Quæ omnia nobis fuerunt adiumento; nam hoſtes cogitabant, quod tunc nos intra Tabernacula detineremur, ſed proceſſimus, cumque tandem veniſſemus ad verticem altiſſimi montis, vndè patebat ingreſſus in Engadinam inferiorem, tunc ibi ſubſtitit nebula, & nos è repente venimus in clarum diem, oportebat autẽ nos aſcendere manibus, & pedibus reptantes, & via erat veluti inter duos dentes, ſeù duas columnas, non nulli alij Hæretici ibi aderant armati, & viam præcluſerant vallo, & aggere, itaut Hæretici ſi præuidiſſent aduentum noſtrum nos nullo modo potuiſſemus ab ea parte ingredi, ſed egreſſus ille noſter à nebula adeò fuit improuiſus, vt cum Hæretici nos vidiſſent, quamuis nonnullas bombardas iaculati fuerint contra nos, nihilominùs terrore correpti, omnes in fugam conuerſi ſunt. Nos autem vallo, & aggere ſuperato, locum illum obtinuimus, & ſic in Engadinam ingreſſi ſumus abſque vlla læſione. Quo facto, ſtatim nubes illa diſparuit, & nobis videntibus illa omninò euanuit; ego igitur, qui ad hæc præſens fui, & ea oculis meis vidi, & inſuper vidi, & audiui, quid alij milites dicerent, ac ſentirent, non poſſum aliud credere, niſi quod nubes illa fuerit nobis miraculosè conceſſa à Deo, & eius Beatiſſima Virgine Maria, & hoc meritis, & interceſſione dicti Beati Martyris Patris Fidelis; Ratio autem, propter quã credo, quod Miraculum hoc fuerit nobis conceſſum ob merita, & interceſſionem dicti Beati Martyris, eſt hæc, quia ipſe Beatus Pater cum adhuc viueret, non ſolùm prædixerat rebellionem prædictorum hæreticorum & Regionis amiſſionem, ſed etiam prædixerat recuperationem, quam nos iterùm facturi eramus. Immò vt poſtea cognoui, cum Beatus Pater Fidelis loqueretur cum quibuſdam Prætegauenſibus, dixit illis, quod ſi per vnam viam eijcerent Sereniſſimum Leopoldum, ipſe per aliam ingrederetur, ſicut ergo prædixit, ità factum eſt, cum enim iſti hæretici rebellaſſent, & ipſum Martyrem occidiſſent, tunc etiam multos alios milites, & maximè Salisburgenſes occiderunt, & alii reſidui fugerunt, & eiecti ſunt per viam, quæ à Pretegouia ducit ad Maienfeldam, & ad Staig, & ſic Regio illa deperdita fuit, ſed quando nunc venimus pro recuperatione, tunc ingreſſi ſumus per Iuga illa altiſſima Engadinæ inferioris, quæ ſunt ſupra pagum Schlins; Sanctus ergo Martyr, qui in terris poſitus hoc prædixerat, iam in Cœlo cum eſſet, procul dubio orabat pro nobis, vt poſſemus facere hanc recuperationem abſque tanto noſtro cruore, quantus alioqui ſine Miraculo effundendus erat; Deus autem Optimus Maximus, & eius Beatiſſima Virgo Maria ob interceſſionem, & merita Sancti Martyris miſerunt nobis nebulam, idque magis mihi perſuado, quia ego optimè noui, quanto deuotionis affectu multi militum noſtrorum erga Sanctum Martyrem afficiebantur. Ego quidem in tota illa recuperatione ſemper inuocaui Sanctum Martyrem, vt Patronum meum, ac totius Exercitus noſtri defenſorem. Et cum alias orationes ad Deum, & Beatiſſimam Virginem dirigerem, adhuc orabam, vt Deus, & Beatiſſima Virgo adiuuarent nos ob merita huius Sancti Martyris, & hanc fidem, & deuotionem in Sanctum Martyrem habebant etiam alij milites, & præ-

§. 9. *Res tribuitur interceſſioni Ven. Martyris, qui viuens recuperationem Regionis prædixerat.*

§. 10. *Teſtis ea occaſione Ven. Martyrem ſæpiùs inuocauit.*

præcipuè noſtri Salisburgenſes, qui reſidui fuerant,& fugerant è manibus hæreticorum Pretegauenſium in die rebellionis.

De viſu. XVII. *Teſtis D. Iacobus Ierle Miles Regiminis Domini Comitis à Sultz ſuper 28. Artic. Proc. pag. 246. tergo dixit.*

Io hò ſentito dire, che Noſtro Signore fà molti Miracoli per i meriti di eſſo Beato Martire Fedele, mà io non poſſo affermarne alcuno in particolare con certezza, ſe non quello, che ſuccedè nel tempo, che ſi fece la recuperatione d'Agnedina l'anno ſudetto mille ſeicento ventidue, nel fine di Agoſto; Perche quando l'Eſercito noſtro ſotto la condotta del ſudetto Sig. Conte di Sulthz all'hora noſtro Generale ſi ragunò nella Valle di Semenone, doue penſauamo di entrare nell'Agnedina baſſa, all'hora trouaſſimo, che l'Eretici haueuano occupato il paeſe, onde non ci era poſſibile di auanzarſi, ne guadagnare il Paeſe, e volendo noi tentare l'impreſa, biſognaua, che ſeguiſſe molta mortalità di noi, mà eſſendoſi noi accampati nella detta Valle la notte, & eſſendo il Cielo tutto ſereno, la mattina ſeguente nel far del giorno ſi cominciò a leuare vna piccola nuuoletta dall'Agnedina baſſa, & à poco à poco venne à porſi d'auanti à quelli Eretici, di modo che non ci poteuano più vedere, & all'hora noi altri Soldati ſotto la coperta di queſta nuuola ſi moueſſimo, e caminaſſimo per altra via, & arriuaſſimo alla cima del monte, oue ſtauano altri Soldati nemici noſtri per guardare quel paſſo, & iui ſi erano trincierati, mà l'arriuo noſtro fù tanto improuiſo, che quei Ribelli ſi ſpauentarono, e fuggirono, e noi ſenza noſtra offeſa guadagnaſſimo il poſto, e cominciaſſimo ad eſſer Padroni del Paeſe, e di ſubito à viſta noſtra ſparue quella nuuola. Io dunque, che haueuo conſiderate prima le difficoltà, e poi d'apparire quella nuuola, & il ſucceſſo tutto fino alla fine, ſtimai all'hora, e ſempre hò creduto, che Dio Signor noſtro faceſſe apparire miracoloſamente quella nuuola per li meriti, & interceſſione di eſſo Beato Martire Fedele, acciò poteſſimo reſtar vittorioſi, e riguadagnare quel Paeſe, nè ſolamente io fui di quel parere, mà li altri Soldati noſtri ancora, i quali oſſeruarono detta nuuola, diceuano liberamente, che quello era vn Miracolo, fattoci per li meriti di eſſo Beato noſtro Martire Fedele.

§. 11. *Quinta circumſtantia mirabilis.*

§. 12. *Res tribuitur interceſſioni Ven. Martyris.*

Plura alia ſigna, ſiuè Miracula referunt in Proceſſu Curienſi Teſtes XVII. *pag.* 205. XXIV. *pag.* 220. *tergo, &* 221. XXV. *pag.* 221. XXVIII. *pag.* 249. XXXIV. *pag.* 240. XXXV. *pag.* 241. *tergo, &* 243 XXXVII. *pag.* 247. XXXIX. *pag.* 253. XLI. *pag.* 256. XLII. *pag.* 259. XLIII. *pag.* 276. *terg.* XLVI. *pag.* 284. *& terg. &* 371. *terg.* XLIX. *pag.* 310. LIX. *pag.* 332. *ter.* LXVIII. *pag.* 346. *terg.* LXXIV. *pag.* 358. LXXV. *pag.* 359. LXXVI. *pag.* 361. LXXVII. *pag.* 362. *terg.* LXXVIII. *pag.* 364 *tergo.*

Et ex Proceſſu Conſtantienſi Teſtes XVI. *pag.* 188. *terg.* XVII. *pag.* 190. *terg.* XVIII. *pag.* 192. *terg.* XIX. *pag.* 194. XX. *pag.* 196. XXV. *pag.* 211. XXVI. *pag.* 214. XXVII. *pag.* 217. *tergo, &* 218. *terg.* XXVIII. *pag.* 219. XXIX. *pag.* 221. *terg.* XXX. *pag.* 223. XXXI. *pag.* 224. *tergo.*

Et ex Proceſſu Medíolanenſi Teſtes: I. *pag.* 91. *terg.* III. *pag.* 109. *&* VII. *pag.* 172.

Reuiſa

Bernardinus Peregrinus Subpromotor Fidei.

Conſtantien. ſeù Curien.

Beatificationis, & Canonizationis, ſeù Declarationis Martyrij Serui Dei Fr. Fidelis à Sigmaringa, Sacerdotis, & Religioſi Profeſsi Ordinis S. Franciſci Capuccinorum, ac primi ex Miſſionarijs Sac. Congregationis Propagandæ, in odium Fidei ab Hæreticis, vt aſſeritur, interempti.

ANIMADVERSIONES

Reuerendiſs. Fidei Promotoris.

SVPER DVBIO

An conſtet de Martyrio, & Cauſa Martyrij, in caſu, & ad effectum, de quo agitur.

BEATISSIME PATER.

OPportunè D. Cauſæ Patronus ante diſcuſſionem Martyrij oſtendere ſatagit, Seruum Dei Fidelem floruiſſe in ſingulis Virtutibus iuxtà ſententiam D. Bernardi *epiſt. 98 in fin.* quod *pretioſa eſt mors illa, quàm & cauſa commendat, & vita*: Quia verò eædem Virtutes ſolummodò pro declaratione Martyrij libandæ ſunt ad hoc vt clarius innoteſcat, deſiderium feruens illud patiendi pro Chriſto; Ideò cum ad hunc effectum eædem Virtutes ſufficientiſſimè deducantur, & iuſtificentur in Informatione, & Summario, prætermitto illarum examen, & iuxtà conſuetum ſtylum diuido diſcurſum in tres Inſpectiones, quarum prima erit, vtrum conſtet de Martyrio materiali per probationes plenas, & concludentes. Secunda, vtrum ſufficienter probetur, Seruum Dei fuiſſe necatum ab Hæreticis præcisè in odium Catholicæ Religionis: ac inſuper verè fuiſſe fidelem, tolerando mortē conſtanti, ac hilari animo pro eiuſdē Religionis defenſione. Tertia demùm, vtrum ad hanc veritatem comprobandam con-

cur-

currant, & bene ſint probata Signa, ſeu Miracula, quæ iuxtà praxim Eccleſiæ, præſertim vbi agitur de nece inflicta ab Hæreticis, nec omninò clarum, ac certum eſt, quod illata fuerit in odium Fidei Catholicæ, ſunt omninò neceſſaria, vt in pluribus caſibus obſeruatum fuit, & ſignanter S. Thomæ Cantuarien. occiſi à Satellitibus Regis Angliæ in odium zeli, quem habebat de Immunitate Eccleſiaſtica; Sancti Stanislai, necati per Boleslaum, illius correctiones ęgrè ferentem: S. Petri Martyris, interfecti per craſſatores hæreticos; Beati Ioſaphat, interfecti à Sciſmaticis; & recentiùs Beati Petri Arbues, & Martyrum Gorcomienſium, occiſorum ab Hæreticis, in quibus omnibus caſibus deſiderata fuerunt, & probata, ac approbata Signa, & Miracula.

Incipiendo itaque à prima Inſpectione, vtrum ipſummet Martyrium materiale ſit plenè, ac concludenter probatum, quamuis in Summario *num.* 9. à *pag.* 90. *vſque ad* 102. plures allati fuerint Teſtes, nullus tamen poteſt dici propriè de viſu ipſius actus necis illatæ Seruo Dei, ſolumque plures adſunt de auditu ab ipſis occiſoribus, inter quos etiam nonnulli deponunt vidiſſe Cadauer, & vulnera, & ſignanter VI. in Mediolanen. *Summario pag.* 85. §. 85. & XXXIII. in Curien. qui fuit præſens vltimæ concioni, viditque tumultum, & Cadauer Serui Dei, *Summario pag.* 91. §. 8. *&* 9. prout etiam XLIII. in eodem deponit de auditu ab Æditui, qui Cadauer Sepulturæ tradidit *pag.* 92. §. 15. Quædam etiam mulier L. Teſtis in eodem deponit vidiſſe Patrem Fidelem iacentem in prato vulneratum, & extremum anhelitum emittentem *pag.* 94. §. 95. *&* 96. & LIII. in Conſtantien. deponit itidem de viſu Cadaueris *pag.* 95. §. 29. Determinandum erit propterea, vtrum ex hiſce depoſitionibus, iunctis cum alia Æditui hæretici, qui tamen examinatus fuit à Iudicibus Laicis, vt in *Summario pag.* 102. *& ſeq.* dici queat concludenter probatum ipſum materiale Martyrium.

Quoad ſecundam Inſpectionem, in qua ſtat totum Cauſæ momentum, duo ſunt diſtinctè conſideranda: Vnum ſcilicèt, an concludenter probetur, Hęreticos intuliſſe necem Seruo Dei principaliter in odium Fidei Catholicæ, quàm promouere ſatagebat ad Caluiniſmi deſtructionem in ijs regionibus: Alterum, vtrum ipſe Dei Seruus mortem ſuſtinuerit patienter, ac hilari animo cum perſeuerantia finali vſque ad extremum vitæ ſpiritum.

Prima pars aliquam videtur habere difficultatem; Sciendum eſt ſiquidem, quod vigente bello inter Auſtriacos pro ſubiugandis ijs regionibus, quæ detinebantur ab Hæreticis, & poſt expugnationem Ciuitatis Curienſis, ſequutam menſe Nouembris 1621. Dei Famulus in eam Prouinciam miſſus vnà cum alijs Religioſis Capuccinis, conſtitutus fuit à Prouinciali Caput, ac Præſes totius Miſſionis, ſicuti deponit ipſe Prouincialis XLVIII. Teſtis in Proceſſu Conſtantienſi, *Summario pag.* 71. *cum ſeq.* & clarius Columnellus Baldiron deputatus ab Archiduce Gubernator dictæ Prouinciæ II. in Mediolanen. *Summ. pag.* 73. *cum ſeq.*

Cum autem dictus Gubernator in executionem mandatorum Archiducis iis Populis præcepiſſet, vt huiuſmodi Religioſos reciperent, nec offenderent, & id illi promiſiſſent, dummodo coacti non forent eorum Religionem deſerere, *Summario dicta pag.* 63. Audita poſtmodum eorum pertinacia perſonaliter ſe contulit ad Vallem Partenæ, ibique procurauit, vt reciperentur nonnulla capita Fidem Catholicam concernentia per ipſum Dei Famulum compilata, vt ipſe deponit *pag.* 74. §. 45. Eademque capita ſunt regiſtrata in *Summario pag.* 67. §. 13. *&* 14. quæ ab Hæreticis dictæ Vallis Partenæ eatenus fuerunt acceptata, quatenùs in ſexto ſtatuebatur, quod nemo deberet cogi Catholicam Fidem ſuſcipere, aut

ſuam

ſuam vt falſam abiurare, donec per conciones forent informati, & inſtructi, itaut liberè, & non coactè Fidei Catholicæ Romanæ profeſſionem emitterent, *vt dicta pag. 67. §. 13.* Idemque Pater Fidelis hanc libertatem eis exagerauit, vt habetur ex ſupradicta depoſitione Gubernatoris Baldiron *pag. 74.* ibi -- *Al che riſpoſe il detto Padre Fedele, che non ſolamente non li voleua coſtringere, mà quando eſſi anche domandaſſero la confeſſione, ad ogni modo non li confeſſarebbe, ſin tanto che non foſſero ben' iſtrutti &c.*

Verùm, quia eum ea loca eſſent adhuc, vt ſupra, tumultuoſa propter recentem ſubiugationem, & dicti Hæretici viderent huiuſmodi capita ſibi Auſtriaca auctoritate proponi; Immò contra ſupradictas proteſtationes ab eodem Gubernatore, & ab eius Officialibus, ac Militibus impellerentur ad capeſſendam Catholicam Religionem, ideò rebellionem meditari fuerunt, & ad effectum perduxerunt, interficiendo Patrem Fidelem vnà cum alijs Militibus Auſtriacis, ſicuti de auditu à Petro Madlenor Pretegoio Hæretico Rheto deponit LIX. Teſtis in Proceſſu Curien. *Summario pag. 106. §. 15.* ibi -- *is mihi inter conuerſandum, & edendum hoc dixit, quod niſi Pater Fidelis à nobis Rhetis, & Pretegoijs pro ſingulari Promotore Papiſtico fuiſſet habitus, & creditus, nec mediante, ac inſtigante illo, à Domino Baldirone Præfecto Auſtriaco ad capeſſendam Religionem Catholicam, & deſerendam noſtram Fidem fuiſſemus impulſi, nunquam fuiſſet à nobis occiſus.* Et quod huiuſmodi coactio reuera fuerit ab ipſis Auſtriacis practicata, proptereaque contra Milites coactores fuerit conſpiratum, confirmatur ex Teſte LI. in dicto Proceſſu Curien. *Summario pag. 63. ante §. 23.* ibi -- *Cum etenim Anno 1622. die 23. Aprilis in Patriam meam Seuins &c. profecta fuiſſem, ſtatim ipſo eodem . veſpere, qui erat Sabathi à meis intellexi, quod per Communitatis famulum nomine Auſtriacorum belli Ducum, & Officialium omnibus Incolis Seuienſibus ſeriò demandatum fuerit, vt ſequenti die Dominico in Eccleſia Cultui Diuino, ſeù Concioni adeſſent*, quæ Teſtis in ipſo Proceſſu *fol. 314. tergo*, deindè ſubiungit -- *Audiui, quod iam ante inter Pretegoios communis vox, & rumor fuerit, quod ſi ad Fidem Catholicam nollent conuerti, omnes à Milite Auſtriaco occidendos, & quandoquidem ipſi Pretegoij ad Papiſticam, ſeù Catholicam Fidem animum nullum haberent, inter ſe confederatos fuiſſe, vt eo modo præuenirent Milites, atque hinc ſupradictam rebellionem excitatam eſſe, & Milites Auſtriacos vnà cum Patre Fidele glor. me. cuius Concioni vt intereſſent, ipſis pridie Veſperi demandatum fuerat, vt ſuprà dictum, trucidatos fuiſſe.*

Eadem itaque die Sabathi 23. Aprilis, qua, vt ait prædicta Teſtis, Seuienſes præceptum receperant intereſſendi die ſequenti Concioni, moliti fuerunt contra Milites Auſtriacos rebellionem, & fingentes obedientiam, inuitarunt ad eundem Pagum eorum Capitaneum, vt deponit idemmet Capitaneus *in Summario pag. 77. §. 64.* ibi „ *Il Sabato ſeguente &c. dalli Ereſici di Seuis fui inuitato di andare il giorno ſeguente nella ſudetta Terra di Seuis, e queſti Ereticì ſi moſtrarono pentiti del bisbiglio, che fecero &c. e diſſero, che voleuano eſſere obedienti nell'auuenire &c.* Mane autem ſequenti, dum habebatur Concio, prauum animum ad effectum perducendo, tumultum, ſiue rebellionem contra ipſos Milites extrà Eccleſiam exiſtentes excitarunt, eorumque plures occiderunt, atque in hoc tumultu etiam ipſe Pater Fidelis (dum egreſſus ab Eccleſia illum euitare ſatagebat) fuit interemptus, vt deponunt in Proceſſu Curienſi Teſtis XXVIII. *Summario pag. 66. §. 6. & 7.* Et quod in eodem tumultu multi Milites Auſtriaci fuerint iugulati, & interempti deponit in Curien. XXXIII. *Summario pag. 91. §. 5. 6. & 7.* & LVIII.

 pag. 95.

pag.95. §.28. ex cuius depoſitione notandum eſt, quod ſeditio cum internecione plurium Militum mota fuit non ſolùm in Pago Seuis, vbi aderat cum dictis Militibus ipſe Pater Fidelis; ſed etiam in alio Pago Schirs, & in alijs locis; & V. in Mediolanen. *Summario pag.63.ſub* §.10. ait, quod rebellio fuit vniuerſalis, & concordat IX. in dicto Mediolanen, *pag.100.in fin.*

Ex hac igitur facti ſerie ad effectum dignoſcendi cauſam Martyrij ex parte Hæreticorum, ſe offert dubitandum, vtrum potiùs hæc rebellio fuerit ab iſtis excitata ad excutiendum iugum Auſtriacorum, ſub quo paulo ante vi armorum fuerant reducti, quàm præciſè, & principaliter in odium Fidei, ad occidendum propter illam dictum Dei Famulum, dum præcipuè colligitur ex depoſitionibus ſupra relatis, quod illi multum apprehendebant auctoritatem Auſtriacam, qua proponebantur eis puncta Fidei Catholicæ, quaque ſe cogendos eſſe timebant ad illam amplectendam etiam per ipſorum occiſionem.

Auget dubitationem ponderatio; quod aliàs ijdem Hæretici Seruum Dei diligebant, eo potiſſimùm quia profeſſus fuerat nolle cogere ad Catholicam Fidem amplectendam, ſed eos ſponte conuerti volebat, vt in Proceſſu Curien. XLIII., qui eſt illius Socius *Summario pag.93.* §.21., & in Mediolanen. III. *in Summario pag.97.in fin.* ibi „ *altri Eretici moſtrauano dolore, che foſſe ſtato ammazzato, e diceuano, che ſe bene era di Religione contraria, ad ogni modo non meritaua la morte, perche non violentaua alcuno, e nel reſto era huomo di ſanta vita, che mai non fece diſpiacere ad alcuno, e che prediceua tanto bene, ſingolarmente mi ricordo di vn certo Vecchio di molta autorità tra gli Eretici, che era di Seuis, il quale venendo à me in detta prigione, diſſe à me, & al ſudetto Padre Fra Giouanni* (hic erat Socius mox citatus) *che egli era ſtato all'vltima predica del Padre Fedele in Seuis, e moſtraua diſpiacere, che l'haueſſero ammazzato. Io mi ricordo bene, che quaſi tutti quelli principali Eretici moſtrauano diſpiacere della morte del Padre &c.* XII. etiam in Mediolanen. *Summario pag. 89.* §. 97. *in fine*; ait „ *ſe bene era di Religione contraria, ad ogni modo viueua ſantamente, e non daua faſtidio ad alcuno*; & inferiùs §.98. addit „ *ſe bene il detto Padre era di contraria Religione, e come Papiſta predicaua contro la Fede dei Proteſtanti, ad ogni modo eſſo Padre Fedele faceua tutto queſto ſenza violentare alcuno &c.* & concordant XIII. *pag.90. ſub* §.100., alijque allegati in Informatione *pag.15.in fin.& 16.* §. *Cauſa quoque &c.*

Et pro maiori argumento, quod principale motiuum dictæ rebellionis fuerit voluntas excutiendi iugum de recenti ab Auſtriacis eiſdem Hæreticis impoſitum; Notandum eſt, quod eadem rebellio poſt necem dicti Serui Dei creuit, & continuauit vſque ad recuperationem plurium locorum ab Hæreticis factam, & ipſius quoque Ciuitatis Curien. cum timore etiam ne excurrerent ipſas Prouincias Auſtriacas, vt in Proceſſu Curien. deponit idemmet Socius dicti Serui Dei *fol.* 278. ibi: *Contigit etiam prædicto Anno 1622. &c. vt excreuerit metus, ne forte rebelles hæretici Rheti in Auſtriacas Prouincias excurrerent, & graſſarentur.*

Comprobatur dubium, quod Hæretici, calore rebellionis à ſubiectione Auſtriaca, & in ipſo illius primo impetu, non autem propter odium Fidei Seruum Dei necauerint eodem modo, quo plures Milites occiderunt, ex eo quod durante deinde eadem rebellione, atque in formale bellum tranſeunte, Socium illius, quem captiuum habuerunt non occiderunt: Habetur enim iſte pro Teſte XLIII. Proceſſus Curien. in hac eadem Cauſa examinatus, & de propria captiuitate deponens *in Summario pag.40. in fin.52.poſt med.59. pariter poſt med.66. verſus fin.91. in fin.& alibi.*

Erit

Erit igitur ſeriò perpendendum, an præponderare queant probationes adductæ in Informatione *pag.*15. ad oſtendendum, quod cauſa huius Martyrij ex parte Hæreticorum vnica fuerit odium Fidei Catholicæ, cumulando inſimul plures Teſtes, quorum plerique deponunt, ſe audiuiſſe ab ipſis Occiſoribus, ac nonnulli ab alijs, quod occiderint Seruum Dei, quia vellet eorum hæreſim extirpare, illoſque ad Catholicam Fidem reducere; Sed præ cæteris eſt notabilis depoſitio VI. Teſtis in Mediolanen. Viri grauis, qui profeſſus eſt, ſe fuiſſe ad Fidem Catholicam ſuſcipiendam motum ab hoc Martyrio, & idem euenisse alijs, vt aſſerit *pag.86. in princ.* ibi „ *La commozione, che fece in me la Santità, e Martirio di queſto Beato Martire fù parimente cagionata in altri Eretici &c.* & antea *pag.*80. §.73. dixerat „ *Io ſeppi, che quel Padre Capuccino Miſſionario, il quale predicò in Malanz, Mainfelda, e luoghi circonuicini, & vltimamente nella Valle di Partenz con tanta dottrina, commozione, & eſempio di vita ſanta, queſto fù il ſudetto Padre Fedele da Sigmaringa Sacerdote Predicatore, Confeſſore Capuccino, Guardiano nel Monaſtero di Velchirchio, & in queſta verità reſtai certiſſimo, non ſolo per nomina, & teſtimonio de Cattolici, ma per bocca propria degli ſteſſi Eretici; i quali mi ſpecificauano diſtintamente il ſudetto Padre Fedele, di cui ſempre hò ſentito ragionare, tanto dalli Cattolici, come dalli Eretici, come di huomo pieno di virtù, e di ſantità, e quelli Heretici, che ne hanno ſparlato, non ſapeuano dir'altro, ſe non che voleua diſtruggere la loro Religione, e per ciò i più peruerſi l'odiauano, e ne parlauano, compiacendoſi della morte di lui.* Et infrà *pag.* 84. ſubiungit, quod ob id Prædicantes Hæretici ſeditionem excitarunt pro impedienda propagatione Catholicæ Fidei, quorum plures ſpecificè nominat, & *pag.*85. §. 84. addit ſequentia, quæ plurimùm attendi merentur „ *Dopo la grazia di Giesù Chriſto io riconoſco la mia conuerſione da queſto Beato Martire Fedele Capuccino, perche quando, come ſopra hò depoſto, cominciai ad intendere, con quanta ſantità di vita egli ſi portaua in Malanz, Mainfelda, & altri luoghi, doue andaua con gli altri ſuoi Cappuccini, e viddi, che gl'iſteſſi Secolari Eretici l'ammirauano, & anche in certe occorrenze lo preferiuano à Noi Predicanti, all'hora io reſtai confuſo, e perpleſſo, & andauo dubitando, ſe quella Setta chiamata Euangelica foſſe la vera Chieſa. Quando poi venni, come ſopra hò detto, nell'Agnedina baſſa, e fui aſſaltato da colui, che mi voleua ammazzare, penſando, che io foſſi Cattolico, poi hauendomi riconoſciuto, mi raccontò, come egli haueua ammazzato il detto Padre Fedele, e di più aggiunſe, come ſi foſſe portato eſſo Padre nel ſuo Martirio, all'hora io mi commoſſi maggiormente, perche coſtui di bocca propria mi raccontò, come di ſopra hò detto, che egli haueua con le proprie mani aiutato ad ammazzare il detto Padre in Seuis; e che egli con gli altri ſuoi complici haueuano ammazzato detto Padre per intereſſe della loro Fede Euangelica, e che all'ora detto Padre Fedele moriua tanto allegramente, che quanto più lo feriuano, e percoteuano, tanto più egli ſi moſtraua allegro, e ridente, come mi raccontò colui all'hora in preſenza del ſudetto Predicante Goiano in Sernez in Caſa di mio Padre.*

Alij quoque Teſtes concordant de auditu ab Hæreticis, & ab ipſis Occiſoribus, quod necauerint Patrem Fidelem, in odium Fidei Catholicæ, & præcipuè XXX. in Curien. *pag.*91. *num.*9. & 10. deponit de auditu ab vno ex Hæreticis interfectoribus, qui gloriabatur, ſe dediſſe primum ictum. Nec modicum conferre poteſt depoſitio LIII. Teſtis in Conſtantien. *pag.*95. & 96. §.32. *cum duobus ſeqq.*

Ponderanda eſt itidem circa iſtam Hæreticorum confeſſionem depoſitio Primi in Mediolanen. *Summar. pag.*97. §. 40. & 41. dicentis „ *gl'iſteſſi*

Ere-

Eretici ribelli mi diſſero, che eſſi haueuano ammazzato il detto Padre Fedele, e mi diſſero, che l'haueuano ammazzato, perche eſſo Padre voleua eſtinguere la loro Religione, e me lo diceuano liberamente, gloriandoſene tra di loro alla preſenza mia &c. In queſta Caſa, oue ſtetti prigione in Gruſch mi venne più volte occaſione di ragionare con varij Eretici, li quali ſempre confeſſauano liberamente di hauere ammazzato il Padre, e molti diceuano la cauſa, gloriandoſi di hauerlo ammazzato, perche voleua eſtirpare la loro Religione. Subditque §. 42. -- *Altri Eretici moſtrauano dolore, che foſſe ſtato ammazzato, e diceuano, che ſe bene era di Religione contraria, ad ogni modo non meritaua la morte, perche non violentaua alcuno, e nel reſto era huomo di ſanta vita, che mai non fece diſpiacere ad alcuno, e che predicaua tanto bene. Singolarmente mi ricordo di vn certo vecchio di molta autorità tra gli Eretici, che era di Seuis, il quale venendo à me in detta prigione, diſſe à me, & al ſudetto Padre Fra Giouanni, che egli era ſtato all' vltima Predica del Padre Fedele in Seuis, e moſtraua diſpiacere, che l' haueſſero ammazzato. Io mi ricordo bene, che quaſi tutti quelli principali Eretici moſtrauano diſpiacere della morte del Padre, ma la turba, & il Popolo, non ſapendo diſſimulare, ſenza riſpetto gridaua, e ſi gloriaua di hauere ammazzato detto Padre Fedele, perche queſto Frate voleua diſtruggere la loro Religione, e confeſſarono queſti Eretici, e ſi gloriauano di hauerlo ammazzato con molte ferite, e percoſſe, ammazzandolo con ſpade, e con quelli baſtoni groſſi, e tutto queſto vdij dalla bocca loro.*

Alicuius etiam momenti eſſe poteſt circumſtantia in Informatione narrata §. *Illucque peruentus*, quod ſcilicet dum Seruus Dei vltimam concionem haberet in Eccleſia, igneus globus in eum fuerit immiſſus ab Hæreticis, ſed non videtur concludenter probara; de illa namque ex aliorum relatione deponunt XLIII. in Curien. *Summar. pag.* 92. §. 14. & in Mediolanen. V. *pag.* 99. §. 48. VII. *pag.* 100. §. 51. nec non XI. *pag.* 101. §. 62. Minimè autem dicta exploſio probatut ab ijs, qui fuerunt in ipſa Eccleſia, & concioni præſentes, quorum vnus fuit Capitaneus Ioacchimus Columna III. Teſtis in Mediolanen. qui diſtinctè refert omnes circumſtantias, & de hac mentionem non facit, *Summar. pag.* 96. *&* 97. §. 37. *&* 38. Alter fuit XXX. in Curien. qui pariter dictam exploſionem non refert, *dicto Summar. pag.* 91. §. 5. 6. *&* 7. Alter L. in eodem, qui narrans initium tumultus extra Eccleſiam, non ſolùm nil dicit de dicta exploſione, ſed vlteriùs de illa per Iudices interrogatus reſpondit -- *quod aliquis contra Patrem Fidelem bombardam ſuam omninò exploſerit non mihi conſtat; verum quidem eſt, quod foris extrà Eccleſiam ſclopetorum exploſiones auditæ fuerint*, *Summar. pag.* 94. *ſub* §. 24. & alter eſt ipſe Æditus Seuiſianus, qui pari modo dictæ Concioni interfuit, & interrogatus itidem de dicta exploſione, dicit -- *ſe hoc non obſeruaſſe*, *Summ. pag.* 103. *in principio*.

Cæterum ſuppoſito etiam, quod Occiſores moti fuerint propter odium Fidei Catholicæ, supereſt examinanda pars altera iſtius ſecundæ Inſpectionis, vtrum videlicèt concludenter probetur, quod Seruus Dei pro Fidei Catholicæ propagatione officium Miſſionarij in Prouincia Rhetica obiuerit, expoſueritque ſe Martyrio, illud ſuſtinendo forti, ac hilari animo; Quatenus enim allegantur labores ab eo exanthlati in dicta Miſſione Rhetica, vt in Informatione *citata pag.* 15. *ſupra recenſito* §. *Cauſa quoque*, aduertendum eſt quod ea fuit breuiſſima, nam illam de mandato eius Superiorum fuit aggreſſus eodem menſe Aprilis, quo fuit occiſus, vt innuit idem Gubernator Baldiron *in Summar. pag.* 73. §. 40. & magis clarè teſtatur Capitaneus Columna III. Teſtis in Mediolanen. *dicto Summar. pag.* 75. *ante med.* Iſtique labores, licèt certiùs referendi ſint

ad

ad neceſſarium implementum obedientiæ, qua miſſus fuerat à Superioribus in illam Prouinciam, adhuc iunctis probitate Vitæ, & Virtutibus dicti Serui Dei, poſſent quidem, ſuadere aliqualem cauſam remotam conſiſtentem in præſumptione, quod eueniente occaſione patiendi Martyrium, ab illa non foret declinaturus; At hæc cauſa remota de per ſe non ſufficit, niſi expreſsè conſtet etiam de proxima, quod ſcilicet Martyrio expoſitus, ſicut ouis in medio luporum, prudenter, & ſimpliciter illud iuxtà monitum Euangelicum pro Chriſto, eiuſque Fide ſubire voluerit, quæ voluntas, & cauſa proxima minimè probari videtur.

Habetur enim in facto, quod exorto tumultu, Seruus Dei deſcendit ex ambone, orauit ad Altare, atque tumultum ipſum declinans, ab Eccleſia receſſit, donec à tumultuantibus in aperto agro deprehenſus, ibi fuit occiſus, vt narratur in Informatione *pag 13. in fin. & 14. in princ. §. Dum hæc &c.* & probatur à Teſtibus ibi allegatis nempè à XLIII. in Curien. *Summar. pag* 92. §. 16. à LIII. in Conſtantien. *Summar. pag.* 95. §. 29. & in Mediolanen. à III. *pag.* 97. §. 38. à IV. *pag.* 98. §. 44. à V. *pag.* 99. §. 49. à VII. *pag.* 100. §. 52. & ab VIII. *ibidem* §. 55. Ex hoc autem facto nedum non reſultat ſufficiens probatio voluntatis, & animi ſubeundi tunc temporis mortem pro Chriſto, ſed potiùs ex prędicto receſſu ab Eccleſia licet arguere, quod necem declinare ſategerit.

Hæc autem probatio equidem releuans reſultare poſſet ex circumſtantia, quam referunt non nulli Teſtes, quod ſcilicèt in actu necis Pater Fidelis fuerit ab Occiſoribus interrogatus, vtrum vellet Catholicam Fidem deſerere, & quia conſtans extitit in eius defenſione, occiſus fuerit, vt de auditu à duabus Mulieribus Catholicis, aſſerto Martyrio præſentibus, affirmant XLIII. in Proceſſu Curien. *Summar. pag.* 92. §. 17. ibi — *Duæ Mulieres Catholicæ &c. mihi bona fide retulerunt, ſe à longe vidiſſe, & audiuiſſe, quod &c. Preregoÿ properantes, eumque circumſtantes, verba quædam ad illum dixerint, ipſeque è contra illis reſponderit quidem, ſed qualia vtrinque prolata fuerint, ſe non intellexiſſe; Non multo tamen poſt ſe vidiſſe, quod quidam ex dictis Hæreticis rebellibus, euaginato gladio eccipiti, eique graue vulnus inflixerit &c.* & de auditu à quodam Milite pariter Martyrio præſente aſſerit V. in Mediolanen. *pag.* 99. *pag.* 49. ibi — *E vidde in oltre, quando fù circondato dalli Eretici, e ſentì, che trali Eretici, & il Martire paſſorno prima alcune interrogazioni, e riſpoſte, mà vedendo poi quei perfidi, che il Martire ſtaua coſtante nel difendere la Catolica Romana Fede, all'ara cominciorno ce ne ſopra a martirizzarlo.* & confirmant de audito in genere IX. in eodem *pag.* 101. §. 59. ibi — *Quia Beatus Pater Fidelis conſtanter agebat pro Catholica Fide, idcircò nequiſſimi Hæretici occiderunt illum;* & LXII. in dicto Proceſſu Curien. *Summar. pag.* 107. *ſub* §. 18. ibi — *Ex militibus Salisburgenſibus, & etiam Rhetis ipſis audiui, quo &c. Hæreticus Rhetus eundem Patrem alloquutus fuerit, dicens — Vis tu noſtram Fidem ſuſcipere, nec ne? dum verò Pater Fidelis reſponderet, ſe omninò non veniſſe ad illa loca, vt Hæreticam fidem ſuſciperet, ſed vt eam eliminaret, & exterminaret, ita ſperare ſe, quod Rheti potiùs illam fidem ſuſcepturi ſint, quam ipſe prædicat: Mox quamplures illorum ipſum circumcinxerunt & omninò occiderunt.*

Verùm talis circumſtantia minimè probata dici poteſt; nam omnes hi Teſtes ſunt de auditu alieno: Et licèt primi duo id audiuerint à præſentibus, adhuc eorum depoſitio detegitur prorſus inefficax, tum quia remanent ſingulares in referendo dictum illorum, qui dicuntur fuiſſe præſentes; Tum etiam quia iſti non apparent examinati, vt fuiſſent examinandi, ſuper circumſtantia adeò eſſentiali, nec etiam probata fuit illorum mors ante Proceſſuum confectionem.

Alia

Alia etiam circumſtantia poſſet plurimum conferre ad patefaciendam voluntatem Patris Fidelis obeundi mortem pro Chriſto, & pro Catholicæ Fidei propugnatione, dum quidam Officialis Arciducis Leopoldi XXX. Teſtis in Curien. *Summar. pag. 66. §. 8.* ait, paulo ante Martyrium illum interrogaſſe, cur ſe tantis, & tam certis periculis, vitam illi certiſſimè auferentibus, obijcere vellet, illumque reſpondiſſe, quod hoc faciebat ob Superiorum ſuorum obedientiam, & conuerſionem Hæreticorum: Verùm eſt vnicus, ideoque non poteſt conſtituere concludentis probationis gradum. Et inſuper notandum eſt, eundem Teſtem addidiſſe, quod Seruus Dei ſe declarauit indignum, & nihilominus ad Dei gloriam, & Catholicæ Religionis propagationem, ac proximorum ſalutem ſæpe ex infimo corde ab Omnipotenti Deo petierat Martyrij aſſecutionem; cuius coronam ſibi à Domino Deo præparatam ſciret. Eſt enim obſeruandum, verum admiſſo etiam, quod dictus Teſtis, licèt vnicus probare poſſet, huiuſmodi aſſertio de certitudine coronæ Martyrij, ſibi à Domino promiſſæ, præſeferre poſſit aliquam iactantiam.

Ea verò, quæ præter hanc circumſtantiam ſuperadduntur, quoad hilaritatem, & perſeuerantiam finalem, quod ſcilicet Pater Fidelis obierit eleuatis oculis in Cœlum, & inuocando dulciſſima Nomina *Ieſus, & Maria*, ad effectum, de quo agitur, nil releuant; tum quia nec id probatum dici poteſt, nam mulier vnica Teſtis de viſu, nempè L. in Curien., quæ adſtitit eius poſtremæ exhalationi ſpiritus, loquitur ſolùm de conuerſione oculorum in Cœlum, non autem de pronunciatione dictorum Nominum *Summario pag. 94. §. 26.* Alij verò ſunt de auditu alieno, & ſingulari, nempè vnus ab vno, & alter ab altero *Summar. pag. 91. §. 11. & 92. §. 17. & 18.*

Quoad tertiam Inſpectionem de Signis, ſiue Miraculis, ſi attendatur numerus eorum, quæ proponuntur, procul dubio non deficiunt, imò ſuperabundant, cum adducantur 32. ſed eſt indagandum, vtrum ſint ſufficienter probata, & releuantia ſaltem aliqua, quæ ſufficere poſſint ad remouendam dubitationem, tam circa cauſam Martyrij ex parte Hæreticorum, quàm circa patefaciendam perſeuerantiam finalem ipſius Serui Dei in fortitudine vſque ad extremum vitæ ſpiritum.

Primum Signum inſolitæ afflictionis Patris Apollinaris germani fratris dicti Serui Dei, dum Conſtantiæ degens ſuggeſtum aſcenderat ad concionandum, ſub eademmet hora, qua in loco adeò diſtanti Pater Fidelis interfectus fuit, nec probari, nec releuare videtur. Probatio enim deſumi poteſt duntaxat ex depoſitione ipſius Patris Apollinaris, aſſerentis, quod licet tunc ignoraret cauſam dictæ ſuæ afflictionis, audiuit poſtea quod ipſomet tempore Frater Fidelis fuerat occiſus; indeque coniecturare cæpit, quod Deus mirabiliter in ſe id operatus fuerat *Summario pag. 120.* Verùm eſt vnicus, & præterea vti dupliciter Frater, ſanguine ſcilicet, & religione, reputari poteſt aliquo modo ſuſpectus. De altero autem Teſte *pag. 119.* vti deponente abſque vlla ſcientiæ cauſa, & pariter Capuccino, non eſt habenda ratio: Eoque magis conſiderabilis eſt defectus probationis, quia iſte ait, adſtantes Populos dictam inſolitam afflictionem, ceu mortis agonem manifeſtè agnouiſſe *dicta pag. 119. in fin.* Vndè faciliimū erat huiuſmodi factum pluribus alijs Teſtibus comprobare. Irreleuantia verò reſultat ex eo, quod ſimpaticè propter ſanguinis communionem id naturaliter euenire potuiſſet.

Secundum aſſertum Signum Floris rubri, vt dicitur, nunquam viſi, miraculosè nati ſuper Sepulchro dicti Serui Dei, pari modo nec probatum, nec releuans reputari poſſe videtur; Non probatum, quia ex duobus Teſtibus, qui aſſeruntur de viſu, alter dicit, quod cum ad tumulum veniſſet,

florem

Florem diſcernere non potuit, quia iam emarcuerat, & perierat *Summar. pag. 121. in princ.* vnde alius *pag. 122. verſus med.* remanet vnicus, & ſic, licèt ſit de viſu, nihil probat; Cæteri verò ſunt de auditu in genere: Præterea cum agatur de Sepulchro ſub diu, ſuper quo pullulabat herba, vt dicit XIII. Teſtis *pag. 122.* ſine vllo Miraculo Flos etiam vireſcere potuit.

Tertium, quod Cadauer dicti Serui Dei poſt aliquod tempus fætorem non emitteret, minimè releuat: Duo etenim Teſtes, qui deponunt de proprio ſenſu negatiuam fœtoris, viderunt Cadauer longè poſt exhumationem, ſequutam die 28. Octobris, vt in *Summario pag. 166. terg. & 167.* tempore, quo translatum fuit prius Mayenſfeldam, & deindè Curiam, vt in *Summario pag. 122.* quo tempore poſt lapſum tot menſium (occiſio namque præceſſerat per ſex menſes, dum contigerat die 24. Aprilis) cum caro veriſimiliter eſſet iam conſumpta, naturaliter ceſſauerat occaſio fœtoris. Idemque & fortiùs dicitur de officulo, de quo loquitur XXVI. Teſtis in Proceſſu Curien. *Summ. dicto num. 16. pag. 123.*

Quartum Miraculum controuerti non poteſt, quin ſit maxima conſideratione dignum, vti conſiſtens in præſeruatione Arcis Mayenſfeldenſis ab incendio cum circumſtantijs relatis in Informatione *pag. 18. §. Quartum ſignum &c.* quarum præcipua eſt, quod ventus ignem iam furentem, & Ciuitatem conflagrantem verſus Arcem impelleret, adeout etiam eſſet accenſa, & illicò poſt inuocationem Serui Dei viſus fuerit mirabiliter conuerſus in partem oppoſitam, expellendo flammas ab Arce; Altera eſt, quod ignis, & prunæ accenſæ, licèt ſuper puluere tormentario ceciderint, ille nihilominùs miraculosè non arſerit.

Quoad primam adſunt inter alios Teſtes duo, qui viderunt ventum prius vehementer flammas in Arcem impellentem, àtque poſtmodum in inſtanti obſeruarunt illius mutationem, & retroceſſionem flammarum, nempè IX. & X. in Mediolanen. *Summario pag. 128. §. 47. & 50. & pag. 129. §. 56. & 57.* ex quibus, iunctis etiam alijs, hæc circumſtantia re-uera ſufficienter dici poteſt probata, vnde relinquitur penſanda illius releuantia, verum ne potuerit naturaliter euenire dicta improuiſa mutatio venti, prout non rarò ſuccedere ſolet.

Quoad alteram circumſtantiam, datur in eodem Summar. *pag. 125. §. 18.* depoſitio V. Teſtis in Conſtantien., qui aſſerit vidiſſe cum magno terrore ſcandulas, ſeu aſſulas accenſas, & ſcintillas ignium ſupra vaſa pulueris, illaſque pedibus conculcaſſe; Prout etiam de hoc deponunt alij quatuor de auditu à diuerſis, qui fuerunt præſentes, & viderunt, nempè II. V. VII. & XIII. in Proceſſu Mediolanen. *Summario pag. 125. §. 23 pag. 126. §. 32. pag. 127. §. 45. & pag. 131. §. 71.* Vnde ponderandum erit, an ſimiliter hæc probatio ſufficiat, & quid releuet.

Cæterum inuocatio Serui Dei facta à Comite Sultz belli Duce, & quidem cum notabili circumſtantia, quod, *ſi eſſet verus Martyr, opem ferret in illo emergenti,* ſatis probata dici poteſt ne dum ab ipſo, *Summario pag. 127. §. 41.* aſſerente de viſu *§. 42.* ſubitam venti retroceſſionem, ſed etiam à Capitaneo Macleario, qui præſens erat, & inſtantaneam flammarum retroceſſionem ſpectauit *pag. 123. §. 3. & 4.* præter alios Teſtes, qui datur in *Summar. num. 17. dicta pag. 123. cum ſeqq.*

Quintum ſimilis præſeruationis plurium domorum ab igne accenſo in Pago Vveiſenthan. præſeferens eodem modo mutationem venti in inſtanti, & flammarum retroceſſionem: ſuppoſita probatione tam facti, quàm inuocationis ex duobus Teſtibus Sacerdotibus, & Parochis de viſu, & facto proprio conteſtibus, vt in *Summario num. 18. pag. 131. in fin. cum ſeq.* admittit quoad releuantiam eandem ponderationem, verum dicta repentina mutatio venti potuerit naturaliter euenire.

Vlteriùs eſt animaduertendum, quod aliæ domus non erant omninò contiguæ illi, quæ iam igne comburebatur, & conſumpta remanſit, ſed quaſi, vt ait primus ex dictis duobus Teſtibus *Summario d. pag. 132. in princ.* ibi -- *decem aliæ Domus ibidem quaſi contiguæ &c.* vnde facilius naturaliter præſeruari potuiſſent, niſi reuera etiam ipſæ fuiſſent combuſtioni obnoxiæ, prout aſſerit idem Teſtis ſubdens, quod -- *non ſolùm erant in maximo periculo combuſtionis, ſed remotior quæ iam ex delatis illuc fauillis incenſa, iam de facto in quampluribus, hoc eſt, vt poſtea enumeratione facta, comperi in 30. diſtinctis locis ardere ceperat*, quæ ſane circumſtantia eſſet maximi momenti, ſi haberet conteſtem.

Sextum eſt aſſertæ Sanationis puellæ Philippinæ Scultheræ ab impedimento pedum, & à tuſſi per tactum Officuli Serui Dei.

Quoad probationem præmittitur, quod inter Teſtes datos in *Sum. n. 19 pag.* 133. & 134. adeſt diſcrepātia, dum aliqui aſſerunt ſolùm d. Philippinam fuiſſe in pedibus impeditam, vt *ibidem* §. 1. 8. *16. &* 18. At Pater Apollinaris Serui Dei frater addit vidiſſe pedes dictæ puellæ omninò diſtortos §. 15. quæ diſcrepantia, conſiſtens in amplificatione morbi, magis eſt conſiderabilis in hoc Teſte, quia eſt frater Serui Dei, ac proinde redditur magis ſuſpectus; Vnde fidem videtur amittere in totum, cum detegatur affectare maiorem gloriam ſui fratris ex maiori Miraculo.

Hoc præmiſſo dubitari poteſt de integra probatione; nam de primo extremo, quod dicta puella laboraret aſſerto impedimento pedum, & tuſſi, præter hos tres Teſtes, qui patiuntur dictam exceptionem, deponit ſolùm alter Religioſus Capuccinus Socius dicti Patris Apollinaris, idque facit obiter occaſione, qua vidit eundem Patrem Apollinarem illi applicantem dictam Reliquiam §. 13. Medicus enim de qualitate morbi nihil dicit, ſed ſolùm aſſerit, puellam fuiſſe maleficiatam, & ideò morbum ab eo non fuiſſe intellectum §. 19. Multoque minùs probatum dici poteſt alterum extremum Sanationis, de quo loquuntur ſoli genitores §. 5. & 13. Et de inuocatione, ſiue applicatione dictæ Reliquiæ teſtantur dumtaxat idem Pater Apollinaris §. 17. cuius fides (vt eſt dictum) vacillat, & illius Socius §. 22.

Quo verò ad releuantiam, quæ conſiſtere debet in incurabilitate, ſeu inſtantaneitate Sanationis; reſpectu incurabilitatis, nemo dictum morbum qualificat pro incurabili, ſed pro ſimplici impedimento pedum cum tuſſi, quibus puella ſpatio quatuor dumtaxat hebdomadarum fuerat afflicta *dd.* §. 1. *&* 8. ſoluſque Medicus morbum non intelligens, opinatus fuit, illum prouenire à maleficio *d.* §. 19. Idemque ex opinione dicti Medici aſſerunt etiam genitores dictæ puellæ §. 7. *&* 10. Vnde non poteſt tutò affirmari, dictum morbum fuiſſe incurabilem; Inſtantaneitas autem remanet excluſa, ex quo non niſi ſpatio trium dierum patiens euaſit libera *d.* §. 5. *&* 15.

Inſuper pro excluſione Miraculi ponderandum eſt, quod erga dictam puellam plura præcedenter fuerant adhibita medicamina, quæ licèt non operata fuerint ſanationem, attamen eam cauſare potuerunt adiumento temporis, vt contingere ſolet in hiſce morbis prouenientibus ex abundantia humorum in neruis, qui paulatim diluuntur.

Tandem notandus videtur modus, quo Pater Apollinaris ad implorandam interceſſionem Serui Dei fuit vſus, expulſis videlicet prius à loco præfatis genitoribus dictæ puellæ, illaque ſolummodo ſecum ibi cum Socio retenta § 3. *in fin. &* §. 12.

Septimum conſtituitur in aſſerta Sanatione Annæ Claræ alterius Puellæ nouennis, filiæ Nicolai Hammerer ab effluxu humoris in oculo per attactum dicti Officuli Serui Dei.

Circa

Circa probationem eſt obſeruandum, quod quatuor Teſtes dantur in *Summario pag. 135. cum ſeq.* Pater ſcilicèt, & Mater dictæ ſanatæ, Frater Apollinaris, à quo ſupponitur facta applicatio Reliquiæ, ac Medicus, & vlterius adeſt in Proc. Conſtan. *fol. 236.* Doctor Hector Bonſperger; Inter hos autem dignoſcitur aliqua notabilis variatio, pro qua percipienda opus eſt narrare breuiter facti ſeriem, quæ concernit ne dum iſtam Sanationem, ſed etiam alteram Nicolai Hameter allatam pro decimo tertio aſſerto Miraculo, ſiue Signo, cum depoſitio dicti Nicolai Patris dictæ Puellæ referat propriam Sanationem præceſſiſſe. Factum itaque, prout colligitur ex ijſdem Teſtibus *cit. pag. 135. cum ſeqq. & pag. 148. & ſeqq.* ità ſe habet-- Cum ægrotaret dictus Nicolaus artuum dolore, pro quo erat pedibus impeditus, fuit (vt aſſeritur) viſitatus à dicto Patre Apollinare, & iſte abſque eo quod fuerit requiſitus, clam illi tetigit pedes pallio Serui Dei, quo erat indutus, & ſubinde diſcedens, cum aſſociaretur extrà hypocauſtum à prædicta illius filiola, videns eam receſſito effluxu in oculo laborare, tetigit illam, vt ſupponitur, dicto Officulo, & abijt; Cum autem poſt receſſum dicti Patris Apollinaris, idem Nicolaus cæperit meliùs ſe habere in pedibus, & mane ſequenti filiola, vt dicitur, fuerit reperta incolumis in oculo, & ad genitorum interrogationes dixerit, ſe à dicto Patre Apollinari tactam fuiſſe dicto Officulo (vt ipſa aſſerebat) gallinæ, ſupponitur, quod ſupradictus Doctor Bonſperger miſſus à dicto Nicolao interrogauerit Patrem Apollinarem, quomodo factum ſucceſſerit, & tunc detecta fuerit vtraque applicatio, pallij ſcilicèt pedibus Nicolai, & Officuli oculo puellæ.

Variatio autem ſtat in hoc, quod dictus, Nicolaus, loquendò de propria Sanatione ſupponit, applicationem pallij Serui Dei ſuis pedibus vltroneè ſibi fuiſſe relatam à præfato Doctore occaſione viſitationis; ibi -- *Non diù poſt cum tam bene iterum greſſus figere poteram Dominus Doctor Hector Bonſperger me inuiſens aiebat ſe ex Patre Apollinari cognouiſſe, quod pedes meos pallio Germani fratris ſui Patris Fidelis pia record. tetigerit, imò tantùm hanc ob cauſam à me petyſſe, vt pedes ipſi oſtenderem*; Summario *pag. 149. §. 3.* loquendo verò de Sanatione filiæ, ſupponit ſe hilarem pro vtraque ſanatione rogatum miſiſſe ad dictum Doctorem, vt ad ſe accederet, cumque adueniſſet, illum ablegaſſe ad dictum Patrem Apollinarem ad effectum percipiendi cauſam vtriuſque Sanationis, vt *pag. 136. §. 3.* ibi-- *audito iſto tam inopinato euentu* (Sanationis ſcilicet Puellæ, & quod tacta fuiſſet à dicto Patre Apollinari dicto Officulo) *vehementer obſtupui, diù multumque mecum deliberans, quid hæ rès ſibi vellent, ac portenderent, primum iterùm recordabar meorum pedum, quibus rurſum mox poſt diſceſſum Patris Apollinaris gradum figere poteram; lacrimas itaque ob lætitiam fundens ad D. Hectorem Bonſperger rogatum miſi, ad me vt accedere dignaretur: Venienti illi totam rem, vt euenerat, enarraui, nempè poſt viſitationem Patris Apollinaris prima hora, grallis tamen ſuffultum me ingredi potuiſſe, ſimul etiam quid filiola Anna Clara acciderit, recenſui; Per diuinum itaque amorem ipſum exoraui, vt Monaſterium Capuccinorum accedat, Patrique Apollinari hæc eadem ſignificet, & quid de his ſentiat, exquirat; Quod præfatus Dominus præſtitit, acceptoque reſponſo, hæc quæ ſequuntur, mihi magno cum meo ſtupore retulit &c.* & hic Teſtis proſequitur relationem reſponſionis habitę quoad vtranque Sanationem *d. pag. 136. §. 3.* & cum ipſo Nicolao quoad hanc miſſionem dicti Doctoris pro vtraque Sanatione, concordat etiam illius Vxor *Summario pag. 137. §. 9.* Hinc igitur detegitur variatio in dicto præfati Nicolai, dum examinatus ſuper propria Sanatione, ait, applicationem Pallij ſibi narratam fuiſſe à dicto Doctore Bonſperger occaſione viſitationis; Hic autem dicit illum miſiſſe ad cauſam tam dictæ ſuæ Sanationis, quàm dictæ ſuæ filiæ

 ex-

exquirendam à dicto Patre Apollinari, & ſic vtramque applicationem illi ipſi potuiſſe in reſponſione ſibi allata.

Vlteriùs idem Doctor Bonſperger deponens de Sanatione Nicolai dicit, præfatam applicationem Pallij audiuiſſe ab ipſo Patre Apollinari, nihilque ait de dicta miſſione *Summario pag.* 149. §. 9. Examinatus verò ſuper hac Sanatione puellæ refert pro illa ſolum ſe fuiſſe, vt ſupra, vocatum à Nicolao, & miſſum ad prædictum Religioſum, non autem pro alia ipſius Nicolai, vt in dicto Proceſſu Conſtantien. *fol.* 236. *& tergo*: Vndè inſurgit altera variatio inter dictum Doctorem, & præfatos Coniuges; & ſic probatio tam iſtius, quam dictæ alterius Sanationis multum debilitatur, tanquàm innixa principaliter depoſitionibus horum trium Teſtium, qui propter dictas variationes fidem non merentur; remanetque propterea ſolus Pater Apollinaris, qui, vt eſt dictum, reputari poteſt aliquo modo ſuſpectus, & in omnem caſum eſſet vnicus circa Oſſiculi applicationem.

Octauum deducitur ex aſſerta Sanatione Annæ Egenderin à Phreneſi per applicationem Reliquiæ Serui Dei.

Reſpectu probationis nihil occurrit animaduertendum. Contra releuantiam etiam viget, quod non conſtat de qualitate morbi naturaliter incurabilis, dum veriſimiliter euenire potuit ex aliqua cauſa accidentali, prout frequenter contingit in mulieribus propter affectus vterinos.

Nonum aſſertæ Sanationis Sororis Ceciliæ Muſingerin Monialis Ordinis Ciſtercien. ab aſſerto tumore in vbere, mediante applicatione particulæ Veſtis Serui Dei, magnam patitur difficultatem circa releuantiam, ex quo agitur de tumore à diebus 14. dumtaxat eleuato, qui ſtatim euaneſcere potuit etiam naturaliter.

Decimum Sanationis Geltrudis Keloferin ab aſſerto morbo nouennali cum tremore, ſequuta mediante Reliquia Serui Dei, non probatur concludenter ex Teſtibus datis in Summario, dum inter eos dignoſcitur aliqua diſcrepantia præcipuè circa qualitatem morbi; Vnus enim XLII. in Conſtantien. vnicè illum conſtituit in quadam capitis affectione *pag.* 144. §. 1. Alter, videlicet XLIX. in eodem ait, illam ſenſiſſe tremorem, & anxietatem, tam in capite, quam in corpore, & ſæpiùs etiam circa cor, perinde ac ſi aliquis nodus, ſeu pondus ex eo penderet *pag.* 145. §. 8. Ipſa verò patiens nihil dicit de affectione capitis, ſed aſſerit, ſe correptam tremore, ac horrore, atque affligi conſueuiſſe dicta cordis preſſura *dicta pag.* 145. §. 8., eundemque capitis dolorem excludit etiam LXX. in Curien. *fol.* 351. in Summario non datus, ex qua diſcordantia probatio videtur corruere.

Multum quoque dubitari poſſet de releuantia; dum ex prædictis non conſtat de certa qualitate morbi, nec de illius incurabilitate, vel grauitate, nec apparet, Sanationem fuiſſe inſtantaneam, imò potiùs inſtantaneitas excluditur, dicente Parocho XXXXVII. Teſte in Curien. quod poſtquam Reliquias Serui Dei accepit, & collo appendit -- *Mox, ac illo ſtatim die notabilem meliorationem perſenſit* -- *pag.* 144. §. 2. *&* 3., & Maritus ipſius Sanatæ XXXXIX. pariter loquitur ſolùm de melioratione *pag.* 145. §. 6. ibi -- *Mox prima adhuc die melius habere cœpit*, & concordat ipſa Geltrudis Teſtis L. *pag.* 146. §. 9. ibi -- *eadem adhuc die, qua illas è collo ſuſpendit, ſtatim, melius habere cœpi*. Et clariùs inſtantaneitas excluditur, dum tam Maritus, quàm ipſa concordant in eo, quod poſt applicationem Reliquiarum, non aliter, ac ſi efficacem ſumpſiſſet medicinam, corpus, & inteſtina ſe ſe purgauerunt, vt *dicta pag.* 145. §. 6. *& pag. ſequen.* §. 10. cui purgationi naturaliter tribuenda eſt ceſſatio infirmitatis. Conſiderandum eſt etiam, quod Sanatio non fuit vndequaque perfecta, nec ſucceſſiua, dum eadem Geltrudis poſtmodum incidit in aliam infirmitatem grauiorem, pro qua fuit Sacramen-

tis

tis Euchariſtiæ & Extremæ Vnctionis munita, vt deponit tam ipſe Parochus, qui eadem Sacramenta miniſtrauit, quàm Maritus, & ipſa Geltrudis §.3.7.*&* 10.

Circa XI. Franciſci Herer aſſerti phrenetici, ſanati (vt dicitur) mediante circumligatione illius capitis cum cingulo Serui Dei: Animaduertendum eſt primò, quod duo Teſtes de dicta Sanatione deponentes, aſſerunt, illicò eum ſanæ menti fuiſſe reſtitutum *Summario numer.* 24. *pag.* 147. §. 9. *&* 14. Diſcrepant verò ab ipſo patiente, qui dicit, in dies melius ſe habere cæpiſſe *pag.* 146. §. 4., & ſic inſtantaneitatem excludit.

Deficit etiam indiuiduatio qualitatis, vel grauitatis morbi, quæ potuiſſet optimè certificari per examen Medici, de quo mentionem faciunt Teſtes § 2.6.*&* 12. Imò aſſerta phrenesis dignoſcitur leuis, & accidentalis cauſata à dolore capitis ſpatio dumtaxat trium hebdomadarum §.1.

Et tandem Sanatio naturalis tribui optimè poteſt ſudoriferæ criſi, de qua teſtatur vnus ex dictis Teſtibus §.14. ibi ,, *ſubitò magna quantitas ſudoris, ex eius corpore erupit, itaut linteamina adeò tumida reddita ſint, vt ſudor inſtar aquæ facilè extergi potuiſſet.*

XII. Aſſertæ Apparitionis dicti Serui Dei Laico Capuccino tempore, quo vt ipſe ait, in Ciuitate Velchirchij timebatur inuaſio Hæreticorum, & Fratres proindè ſacram ſupellectilem iam conſarcinabant, aliò ſe recepturi, non videtur probatum ex vnica depoſitione ipſius Laici V. Teſtis in Conſtantien. *Summario pag.* 148. Quicquid enim ſit de concluſione per Poſtulatores adducta, quod ad probandas huiuſmodi Apparitiones ſufficiat depoſitio eius, qui aſſerit, eas ſibi eueniſſe: Hoc non poteſt admitti, niſi quoties factum ex aliqua circumſtantia extrinſeca comprobari nequit, prout in præſenti euenire potuiſſet, verificando aliundè narrata per ipſum Laicum, ſcilicet aſſertum timorem inuaſionis, ob quam iam deuentum fuiſſet ad ſuppoſitam conſarcinationem ſupellectilium pro deſerendo Conuentu, de quibus circunſtantijs, quæ pluribus innoteſcere potuiſſent, nulla prorsùs datur probatio.

XIII. Supra recenſitæ Sanationis Nicolai Hamerer ab aſſerta Arthritide, vti fundatum ſuper depoſitionibus Teſtium adductorum pro ſeptimo, laborat quoad probationem defectibus ibidem notatis.

Additur vlteriùs pro irreleuantia ponderatio, quod agitur de doloribus, & impedimento pedum, quibus ſpatio ſolius octidui Nicolaus laborauerat *Summario pag.* 149. §. 1. *&* 4. & ſic de morbo non inueterato, nec habituali, qui proindè poterat naturaliter ceſſare, vel minui? Præterea ceſſatio dolorum non fuit inſtantanea, & perfecta, vt fatentur tam ipſe Sanatus, quàm Vxor §.2.*&* 6.

Circa XIV. Sanationis Sororis Annæ Neſterlerin à febri, vt aſſeritur, grauiſſima, mediante applicatione Reliquiarum Serui Dei, eſt obſeruandum, quod non conſtat de aliqua circumſtantia, quæ conuincat, illius ceſſationem ſupernaturaliter eueniſſe; Imò contrarium eſt præſumendum, dum non apparet examinatus Medicus, à quo Teſtes dicunt, eam fuiſſe curatam *Summario num.* 27. *pag.* 151. §. 1. 6. *&* 10.

Quoad XV. aſſertæ reſtitutionis oculi ferè (vt aſſeritur) deperditi infantulo Paulo Franciſco Papuſſin poſt Votum ab illius Matre factum, & adimpletum, notari poteſt reſpectu probationis, quod inuocatio, ſiue emiſſio dicti Voti non probatur, niſi ex dicto ſolius Matris *Summario pag.* 152. §. 5. alij namque Teſtes deponunt in hac parte de auditu ab illa §. 9. *&* 12.

Præterea dicta Sanatio non videtur poſſe cenſeri miraculoſa, cum agatur de infirmitate humorali in Infantulo paucorum dierum §. 3. 7. *&* 19. quæ non erat naturaliter incurabilis, prout eueniſſe cenſendum eſt, maximè dum Sanatio non contigit in inſtanti, ſed Infans meliùs paulatim ſe habere cæpit *dicta pag.* 152. §. 6. *&* 10.

XVI.

XVI. Aſſertæ Sanationis Annæ Renſcherin ab febri, ſtatim ac vinum bibit è vaſculo, quo Seruus Dei viuens vtebatur, irrelevans reputari poteſt, ex quo febris iam typum variare cœperat, atque vbi priùs erat quotidiana, deindè alternis, & aliquando ternis tantùm diebus illam vexabat *Summario pag.* 153. §. 1. Vndè dignoſcitur, quod infirmitas erat in declinatione.

Quoad XVII. prætenſæ Sanationis ab aſſerto graui morbo Hungarico Veſpaſiani Zoller Pueri, mediante applicatione Reliquiarum Serui Dei, multum dubitandum videtur de probatione; Quoniam de aſſerta grauitate morbi tempore applicationis deponit vnicè Mater illius *Summario num.* 30. *pag.* 155. §. 1. *&* 3. & ſolum de auditu tam ab ipſa, quàm etiam à Patre deponit famula *Summario pag.* 156. §. 6. Medicus autem, cuius depoſitioni circa morbi grauitatem potiſſimum eſſet deferendum, actu non curauit Puerum, ſed tantum deponit de auditu tam de huiuſmodi primo, & principali extremo, quàm de toto Miraculo ab eadem Matre, *vt* §. 10. 11. *&* 12. Nec concordat depoſitio Fratris Meinradi, aſſerentis, ſe per quinque dies ante vidiſſe illum in dicto graui ſtatu morbi §. 9., quia dicti temporis ſpatio potuit conualeſcere; Atque vnica pariter eſt Mater in deponenda Inuocatione, & Reliquiarum applicatione.

Accedit, quod dictum præfatæ Mulieris redditur etiam inefficax ex aperta contradictione inter ipſam, & Medicum; Ea ſiquidem ait, filium ſanum euaſiſſe *ſine alijs adhibitis medicinis, ſeu naturalibus medijs* §. 5. *in fin.*, atque cum ea concordat etiam dictus Frater Meinradus §. 9. *in fin.* Medicus autem de auditu ab eadem aſſerit, quod iſta in eius abſentia — *de ſalute pueri valdè ſollicita Medicos, quos habere potuit, in auxilium inuocauit, qui, medicamentis adhibitis, malum incrudeſcere, & omnia ſymptomata inualeſcere experti, puerum iam deſperatum iudicarunt*, §. 10. *&* 11.

Circa XVIII. ſuppoſitæ Sanationis Sophiæ Papuſſin ab aſſerta Arthritide per tactum capitis Patris Fidelis, eſt aduertendum, quod nec appareret de qualitate incurabili dicti morbi, nec de inſtantaneitate, imò excluditur, dicente Marito dictæ Patientis, quod ea cathatro laborante plures adhibiti fuerunt Medici, qui putarunt, illam medicinis eſſe curaturos *Summario pag.* 157. §. 3., & Ancilla dicit, quod contacta Reliquia, meliùs ſe habere cœpit §. 16. ibi — *quo facto meliùs habere cœpit*: Eſtque ponderabile, quod Medicus examinatus *pag.* 157. §. 9. *cum tribus ſeqq.* admodùm obſcurè loquitur, dicens ſolùm — *Humore quodam capitali feroſo, & toto maſſæ ſanguineæ permixto ita in brachijs cruciata fuit, vt eiuſmodi pathos nullis medicamentis abigi potuerit*; Inſuper dubitari etiam poteſt de ſufficienti probatione ſuppoſitæ inuocationis Serui Dei, & contactus eius Reliquiarum, de quo deponit ſolùm ipſa Patiens §. 7. Maritus etenim id refert de auditu ab ea *dicto* §. 3. & Ancilla cauſam ſcientiæ non reddit §. 15.

In XIX. Sanationis per applicationem Reliquiarum Serui Dei Barbaræ Vvalderin aſſertæ amentiæ; pro irrelevantia ſufficit ponderare, quod agitur de ſuppoſita amentia vnius tantum diei cum dimidio, proueniente ex graui afflictione animi propter fracturam cruris eius filij *Summario num.* 32. *pag.* 157. *& ſeqq.* §. 1. 4. 7. *&* 16., quæ propriè dici non poteſt amentia, ſed quædam accidentalis oppreſſio cordis ex abundantia ſanguinis; Cum itaque fuerit eidem Mulieri ſecta vena §. 10., ac ſequenti mane fuerint etiam adhibita alia remedia §. 12. præter naturam non fuit, quod eadem die circa horam nonam, qua fuerunt applicitæ Reliquiæ §. 13. *&* 17. meliùs ſe habere, ac quieſcere cœperit, & ſpatio alterius diei cum dimidio integram mentis ſanitatem recuperauerit, vt eueniſſe dicunt Teſtes §. 3. *&* 6.

Quoad

Quoad XX. prætenſæ liberationis Catharinæ Knyſlerin aſſertæ Energumenæ ab immundis ſpiritibus, implorata interceſſione Serui Dei. Dubitari primo loco poteſt, an hæc Mulier verè eſſet Energumena, Quoniam licèt aliquæ referantur à Teſtibus circumſtantiæ, ex quibus huiuſmodi malignorum ſpirituum obſeſſio demonſtrari prætenditur; Attamen id non videtur plenè conuinci: quod enim illa Muliercula, quæ in eius natiuitate munus Obſtetricis expleuit, in carceribus faſſa fuerit, eam Dæmoni deuouiſſe, ac veneficio in pulmento affeciſſe, concludenter non probatur; nam de hoc deponunt ſolummodò ipſa Patiens de auditu ab eius Matre *Summario num. 33. pag. 159. §. 1.* & XC. Teſtis aliquid dicit de hoc ex publica voce, & fama *pag. 162.* §. 14. Corporis autem exagitationes, quas referunt Teſtes, ſunt valdè fallaces ad huiuſmodi obſeſſionem concludendam, vtpotè conuenientes etiam aliquibus alijs morbis, quas Mulieres pati ſolent; Et de repugnantia recipiendi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum deponit vnicè dicta Patiens *ſub eodem* §. 1. ſimiliq; modo reperitur vnicus LXXXIX. quoad circumſtantiam detegendi ea, quæ eodem tempore alibi in locis abſentibus fierent §. 12.

Nec videtur poſſe ſuffragari, quod dicitur de maleficio eiecto ab ipſa Muliere: Siquidem Teſtes non benè concordant dum LXXXIX, *pag. 162.* §. 11. ait „ *Ecce mox eadem Catharina deformem quandam, & rubiginoſam clauem eycere viſa eſt, quæ clauis in terram cecidit, & vſque nunc Veldkirchy aſſeruatur, quo facto ceſſauit omnis vexatio*: XC. vero *pag. 163.* §. 19. ait „ *Diabolus reddidit primum maleficium, fiſtulam ſcilicèt ligneam, quæ miro modo à corpore dictæ Catharinæ in terram cecidit*; & de dicta fiſtula lignea, non vero de claui, de qua depoſuit dicta LXXXIX., deponit pariter XCI. *pag. 165.* §. 26. ibi „ *Demùm fiſtula quædam lignea vnius cubiti longitudine miro modo ab eadem Catharina Energumena in terram cecidit*; Et vltrà diſcrepantiam inter clauem rubiginoſam, & fiſtulam ligneam, obſeruandum eſt, quod nemo ex dictis Teſtibus explicat quomodo, & an ex ore, miro, vt aſſeritur, modo exierit. Cumque dictus LXXXIX. aſſerat, quod eadem clauis aſſeruatur Veldkirchij, debuiſſet exhiberi coram Iudicibus Remiſſorialibus.

Iſteque defectus probationis, quod verè dicta Mulier eſſet Energumena, magis aggrauatur, ex quo cum ipſa referat, ſe à tribus diuerſis Sacerdotibus fuiſſe exorcizatam, nullus eorum apparet examinatus.

Vlteriùs dato etiam, quod fuiſſet Energumena, de totali eius liberatione, dum actu ſe commendabat interceſſioni Serui Dei in ſupradicta Eccleſia Capuccinorum, deponunt ſolum dictus LXXXIX. Teſtis *citato* §. 11., eademque Patiens §. 7. cum hac difformitate, quod ille refert dictam notabilem emiſſionem clauis rubiginoſæ, iſta verò de hac nil dicit.

Circà XXI. aſſertæ apparitionis eiuſdem Serui Dei in conflictu Auſtriacorum cum Hæreticis, ſiue vna, ſiue plures eſſe prætendantur; Primò notatur eſſe merum argumentum Teſtium, quod Capuccinus, quem audiuerunt ab Hæreticis viſum, fuerit idem Seruus Dei paulo ante occiſus, vt recognoſci poteſt in fine cuiuſcunque depoſitionis *Summario num. 34. pag. 165. & ſeqq.* Ab Hæreticis enim nil aliud audiuerunt, niſi quod perterrefacti fuerint aſpectu trium Capuccinorum, quorum medius vibraret enſem, vel quaſi gladiũ *pag. 165. in fin. & 167. poſt princ.*

Inſuper additur, quod aut ſupponitur, apparitionem fuiſſe vnicam, & omnes ſex Teſtes dati ſub *eodem num. 34.* ſunt adeò varij, atque diſcordes, vt fidem mereri non videantur; XXX. enim in eodem *dicta pag. 165. in fin.* dicit, ab Hæreticis viſos fuiſſe tres Capuccinos eis adſtantes, & Auſtriacos animantes, quorum tertius, ſiue medius quaſi gladium contra illos, & eorum Socios vibrabat, talique aſpectu, eos remanſiſſe conſterna-

ſternatos; XLIV. in eodem *pag. 166.* refert inter duos Capuccinos, qui erant in Exercitu Auſtriaco apparuiſſe alium quendam Capuccinum longiorem, quam longitudinis circunſtantiam non aſſerit præcedens, iſteque nil dicit de ſuppoſita enſis vibratione; Ac LXI. in eodem *dicta pag. 166. circa med.* ait, inter eoſdem duos viſum fuiſſe alterum Capuccinum, nil aſſerens de vtraque circumſtantia, ſtaturæ ſcilicet, & vibrationis enſis; V. in Mediolanenſi *dicta pag. 166. in fin.* narrat, apparuiſſe duos Capuccinos ſuper equis albis, quorum alter fuit reputatus Dei famulus; VII. in *eodem pag. 167.* quodammodo conueniens, ſed non concordans cum primis duobus ait, inter duos Capuccinos Crucem geſtantes apparuiſſe tertium cum enſe euaginato in manibus; VIII. denique de auditu à Viro probo Milite Salisburgenſi *dicta pag. 167. poſt med.* dicit, eidem Militi apparuiſſe Beatum Martyrem cum Cruce in manu; Si autem ad euitandas huiuſmodi variationes prætenditur, quod apparitiones fuerint diuerſæ, Teſtes remanerent omnes ſingulares.

Remanet XXII. & vltimum Signum, ſiue Miraculum conſtitutum in nonnullis circumſtantijs, vt prætenditur, prodigioſis, quæ interuenerunt in recuperatione Engadinæ inferioris è manibus Hæreticorum, & potiſſimum in apparitione cuiuſdam nubis obtegentis Auſtriacos, dum opus huiuſmodi perarduum moliebantur, quæ tribuitur interceſſioni, & patrocinio dicti Serui Dei, ex quo, vti ſupponitur, viuens huiuſmodi felicem recuperationem prædixerit.

At præmiſſo, quod ex dictis circumſtantijs ea ſolum apparitionis dictæ Nubis dici poteſt probata ex Teſtibus datis in *Summario num. 35. à pag. 167. ad fin.*; De alijs namque vnicè deponit V. in Mediolanen. *à §. 1. ad 7.* atque omiſſa etiam quæſtione, vtrum ex ſola ſuprarecenſita Prædictione, abſque alia efficaciori demonſtratione, valeat fauor dictæ nubis attribui dicto Dei Famulo; In præſenti non ei, ſed Sanctiſſimæ Virgini quicquid prodigioſi, vel miraculoſi conſiderari poteſt in dicta recuperatione, tribuendum videtur, dum præfatus V. Teſtis in Mediolanen. *pag. 170. in princ.* ait „ *Dopo il conflitto inteſila cagione, perche gli Eretici, quando ſtauano per godere la Vittoria, rimaſero così attoniti, e poi ſpauentati fuggirono: E fu perche in quel punto muouendoſi à pietà di Noi la Vergine Santiſſima, ſi laſciò vedere viſibilmente in habito bianco, all'apparire della quale reſtarono quei ſcelerati come fuori di ſe, e ripieni di terrore, e di diſperazione ſi poſero in fuga*; Subditque „ *di queſta apparizione ſe ne ragionaua fra Noi Soldati come di coſa veriſſima, & indubitata, e ſe ne ragionaua publicamente*; Vndè parum referre videtur, quod VIII. in eodem Mediolanen. *pag. 171. §. 9.* attribuat Miraculum interceſſioni Serui Dei, quem ipſe inuocauit, vt ait §. 10., cum quo concordat ne dum circa propriam opinionem, ſed etiam aliorum Militum XVII. *pag. 172. §. 12.* ſiquidem præualere debet communis opinio Militum, de qua deponit ſupra relatus V. Teſtis, quod nempè Victoria fuerit obtenta mediante apparitione Sanctiſſimæ Virginis, cui ſimiliter tributa fuit alia inſignis Victoria Pragenſis contra Hæreticos ſub Maximiliano Duce Bauariæ, in cuius memoriam quotannis celebratur Feſtum in Eccleſia S. Mariæ de Victoria. Et ad minus attenta dicta opinionum varietate, remaneret aliquo modo dubium, an hoc aſſertum Miraculū ſit adſcribendum interceſſioni Serui Dei, vel potiùs Sanctiſſimę Virginis, quod ſufficeſe videtur ad hoc, vt non poſſit abſolutè admitti pro Miraculo, obtento per interceſſionem dicti Serui Dei.

Quæ dicta ſint ſub cenſura &c. ſaluo &c.

P. Bottinius Archiep. Myren. Fidei Promotor.

Conſtantien. ſeù Curien.

Beatificationis, & Canonizationis, ſeù Declarationis Martyrij Ven. Serui Dei Fr. Fidelis à Sigmaringa, Sacerdotis, & Religioſi Profeſsi Ordinis S. Franciſci Capuccinorum, ac primi ex Miſſionarijs Sacræ Congregationis Propagandæ, in odium Fidei ab Hæreticis interempti.

RESPONSIO AD ANIMADVERSIONES

Reuerendiſs. D. Promotoris Fidei.

SVPER DVBIO

An conſtet de Martyrio, & Cauſa Martyrij, in caſu, &c.

BEATISSIME PATER.

LAVDANS Reuerendiſſimus Fidei Promotor ea, quæ ad nitorem Virtutum Ven. Serui Dei præmiſimus ante diſcuſſionem Martyrij, circa idem Martyrium tres Inſpectiones doctiſſimè de more format: Primam, num plenè probatum appareat Martyrium materiale: Secundam, num ſatis probetur, Vener. Dei Famulum necatum fuiſſe ab Hæreticis in odium Religionis Catholicæ, ac inſuper ipſum conſtantèr, & hilaritèr toleraſſe mortem pro defenſione eiuſdem Religionis: Tertiam, ac poſtremam, num conſtet de Signis, ſiue Miraculis, verum Martyrium comprobantibus. Et licèt ex Informatione, & Summario hæc omnia dilucidè pateant, nihilominùs ſingulis elaboratis Animaduerſionibus reſpondebimus, ſequentes rectiſſimam methodum eiuſdem Reuerendiſſimi Promotoris.

Circa Primam Inſpectionem.

AD materiale Martyrium, ex 24. Teſtibus, à nobis recenſitis in Informatione *pag.14. ſub initium*, nullum poſſe dici propriè de viſu ipſius actus necis Reuerendiſſimus Promotor obijcit *pag.134. §. Incipiendo*, ac ſolum plures admittit de auditu ab ipſis Interfectoribus, & vnum de viſu Vener. Serui Dei vulnerati, ac extremum anhelitum emittentis, & duos de viſu Cadaueris, ex quibus, & ex dicto Æditui Hæretici, interrogati à Iudicibus Laicis, perpendendum relinquit, an ſatis probatum affirmari poſſit materiale Martyrium.

Quo circa hæſitandum non eſt, ponderando, quod dictus Æditus Hæreticus fuit præſens Martyrio, licet ipſe Summario *Num.16. pag.*102. *&* 103. id non exprimat, ne à Iudicibus interrogantibus vti necis particeps puniretur; nihilominùs eius dicto bene perpenſo ſatis conſcius Martyrij apparet, & fatetur vidiſſe vulnera, & Cadauer ſepeliuiſſe *dicta pag.* 103. §.4. *&* 6. Nec vti Hæreticus ad ferendum teſtimonium vocari poterat à Iudicibus Eccleſiaſticis; vndè ſat eſt, vt eius dictum habeatur ex Proceſſu criminali contra ipſum formato à Iudicibus Laicis ad comprobationem aliorum Teſtium, qui in Proceſſu Apoſtolico perhibuerunt, per ea, quæ tradunt Auditores Rotæ in Relatione Canonizationis Sanctæ Franciſcæ Romanæ *par.1. artic.3. §. diximus tamen*, & Sanctæ Andreæ Corſini *apud Lezan. conſult.1. num.*278. *in fin. &* 280. Teſtis autem L. Summario *pag.*94. §.26. ait: *Ego ipſa Patrem Fidelem in Prato ſupra dorſum iacentem conſpexi & cum apertis, & in Cælum eleuatis oculis, adhuc tribus vicibus ſpirantem, & ſpiritum ſuum beatè emittentem ego ipſa cum magno cordis dolore vidi*; & ſubinde deſcribit vulnera, quibus interfectus fuerat; ac eadem die ſucceſſi Martyrij Teſtis LIII. vidit Cadauer, & vulnera Summario *pag.*95. §.31. *& pag.*96. §.33. & Teſtis XXXIII. ſimiliter vidit Vener. Seruum Dei in Sanguine ſuo iacentem Summario *pag.*91. §.8. & Teſtis XV. in exhumatione Cadaueris conſpexit vulnera Summario *pag.*110. §.36. *&* 38. Si autem his quinque Teſtibus oculatis circa Corpus occiſum, & vulnera, addantur tres alij de auditu à præſentibus, & quatuor ex relatu ipſorum Hæreticorum, & Interficientium, quos indicauimus in Informatione *pag.*14. *ſub initium*, ac inſuper quamplures Teſtes de viſu circa actus, præcedentes internecionem, recenſiti in Informatione *pag.*11.12. *&* 13. ambigendum certè non eſt, quin abundè pateat, Vener. Patrem ab Hæreticis occiſum fuiſſe, & per conſequens vberrimè probatum appareat materiale Martyrium.

Circa Secundam Inſpectionem.

AD primam partem huius Inſpectionis, nempè Odium Fidei reſpectu Hæreticorum interficientium Reuerendiſſimus Fidei Promotor *pag.* 174. *ſub §. Prima pars cum duobus ſequentibus* animaduertit, Hæreticos motos fuiſſe ad necem inferendam Vener. Seruo Dei, eo quod Baldironus Gubernator Auſtriacus eos coegerit ad ſeruanda Religionis capita, à Patre Fideli compoſita, quæ ipſi Hæretici catenus acceprarunt, quatenus in ſexto illorum ſtatuebatur, neminem cogendum forè ad Fidem Catholicam ſuſcipiendam, & Caluinianam abiurandam; & nihilominus exindè coacti fuerint à prædicto Gubernatore, eiuſque Adminiſtris ad amplectendam Religionem Catholicam, ideò rebellionem fecerint, & Patrem Fidelem cum aliquibus ex Militibus Auſtriacis interfecerint, *& pag.* 176.

§. ex hac igitur ponderandum proponit, vtrum dicta Rebellio excitata fuerit ad excutiendum potiùs iugum Auſtriacorum, quam ex odio Fidei.

Verùm ex verbis duorum Teſtium, à Reuerendiſſimo Promotore relatis *pag. 175. ſub §. Verùm quia*, nihil de hoc habetur, ſed de ſolo Odio Catholicæ Religionis ob capita propoſita, circa quod conſonant omnes alij Teſtes in Summario dati. Nec Hæreticis ad eandem Religionem capeſſendam vlla vis fuit illata contra ſextum ex dictis capitibus, ſed prædicti Hæretici propter odium Chriſtianæ Religionis abhorrebant illius prædicationem, præſertim actam à Vener. Seruo Dei, quem nouerant, & declamabant Auctorem dictorum capitum ad Fidei Catholicæ propagationem; & hæreticæ prauitatis extirpationem ordinatorum, vt habemus ex ore ſæpè memorati Æditui, optimè conſcij Summario *pag. 103. §. 8.* eo præſertim quod eundem Vener. Patrem Fidelem cernerent plures à Caluini, ac Zuinglij erroribus reuocare, vt vna voce aſſerunt Teſtes citati in Informatione *pag. 15. ſub §. Cauſa vero*.

Eo magis, quod ipſe Seruus Dei neminem vnquam coegit ad ſuſcipiendam Religionem Catholicam, vti affirmant Teſtes, à Reuerendiſſimo Promotore adducti *pag. 176. ſub § auget dubitationem*.

Nec ex eo, vt *Ibidem* arguit Reuerendiſſimus Promotor, quod Vener. Dei Famulus ob ſuas egregias Virtutes ab ipſis Hæreticis diligeretur, cenſeri poteſt, rebellionem, & ſucceſſiuam necem illius proceſſiſſe ex deſiderio excutiendi dominationem Auſtriacam, de quò nullus Teſtis loquitur, ſed omnes, ex ore etiam ipſorum Hæreticorum, eam tribuunt prædicationi Catholicæ Religionis, cui magno cum fructu Pater Fidelis aſſiduè incumbebat.

Sic argumentum Reuerendiſſimi Promotoris non roborat ponderatio facta *dicta pag. 176. §. & pro maiori*, quod rebellio poſt mortem Vener. Serui Dei creuerit, & continuauerit vſque ad recuperationem plurium locorum, & ipſius quoque Ciuitatis Curienſis, cum timore etiam, quod Hæretici excurrerent Prouincias Auſtriacas. Etenim ex verbis Teſtis, in Animaduerſione adductis, ſolum habetur: *Contigit etiam prædicto anno 1622. vt excreuerit metus, ne fortè rebelles Hæretici Rhætii in Auſtriacas Prouincias excurrerent, & graſſarentur*. Nil enim proprius, quàm vt ardente adhuc tumultu rebelles excurrant loca finitima; ſed indè non ſequitur, eundem tumultum, qui conſtat exortus ob odium Fidei, proceſſiſſe ex deſiderio excutiendi iugum Auſtriacorum.

Nec etiam comprobatur dubium huiuſmodi, ex eo quod, vt Reuerendiſſimus Promotor ſubdit *pag. eadē §. comprobatur* primo impetu Rebellionis, eo modo occiderunt Patrem Fidelem, quó necarunt aliquot ex dictis Militibus Auſtriacis, eademque rebellione deindè durante P. Socium captiuum non interfecerint. Quoniam quum rebellio excitata fuerit eo temporis momento, quo Vener. P. Fidelis è ſuggeſtu in ſacra Æde concionabatur, Hæretici tumultuantes rebellionem inchoarunt ante fores Templi, Militibus Auſtriacis munitas, vt ex Proceſſu Mediolanenſi refert de facto proprio III. Teſtis, Summario *pag. 96. ante* §. 16. & V. Teſtis de auditu præſentis *pag. 99. ſub* §. 48. & VII. de auditu *pag. 100.* §. 52.

Socium autem Vener. Serui Dei non occiderunt, ſed vulnerarunt, eumque occidiſſent, niſi ex eorum manibus ſic ſauciatus ab Auſtriacis ereptus eſſet, vt III. Teſtis Ioacchimus Colnmna narrat, Summario *pag. 97. ſub* §. 40.

At diluitur omne dubium, ex eo quod in tumultu Hæretici captiuos habuerunt plures, & præſertim eundem Ioacchimum Columnam Militiæ Tribunum, Federicum Pop Centurionem, & Ioannem Iacobum Kolt, alterum ex Commilitonibus, Summario *pag. 91.* §. 7. *pag. 95.* §. 31. *& pag. 96.* §. 33. *& pag. 97.* §. 40. Si itaque rebellionem feciſſent Hæretici ad iugum

Auſtria-

Auſtriacorum excutiendum, poſtquam in vinculis habuere Militiæ Du-
ces, protinus eos interfeciſſent, vt cæteras copias faciliùs profligaſſent.
Sed quoniam ſola Rebellionis cauſa odium Fidei fuit, poſt interemptum
Vener. Concionatorem, à ſtrage aliorum abſtinuerunt.

Atque eo nitidiùs apparet, non aliundè, quam ex odio Fidei, Hæreticos tu-
multum excitaſſe ex concordi aſſertione 31. Teſtium, relatorum in Infor-
matione *pag.*15. quorum plures loquuntur ex auditu eorundem Hæreti-
corum, & Interficientium, ac Reuerendiſſimus Promotor veritatis amans
aliquorum dicta Sacræ Congregationis oculis ſubijcit *pag.*177. §.*erit igi-
tur, cum duobus ſequentibus*. Et profectò ponderatu digna ſunt verba VI.
Teſtis Ioannis Iodochi Rhæti Hæretici, & dein Orthodoxi ex Martyrio
Vener. Dei Famuli, qui antea vti erat Caluinianæ perfidiæ propagator,
interfuit colloquijs Hæreticorum, eorumque odium in Religionem Ca-
tholicam ingenuè aperit, & ex eo duntaxat dictos Hæreticos rebellio-
nem feciſſe, & Patrem Fidelem necaſſe, Summario *à pag.*79.*ad* 86.

Ad ſecundam partem dictæ Inſpectionis, nimirum: vtrum plenè probetur,
Vener. Seruum Dei prò Fidei Catholicæ propagatione Miſſionarij munus
in Prouincia Rhætica obiuiſſe, & Martyrium forti, hilarique animo tole-
raſſe, Reuerendiſſimus Promotor *pag.*178. §.*cæterum* aduertit, quatenùs à
nobis adducuntur labores exantlati in dicta Miſſione exercenda, hanc
fuiſſe breuiſſimam, & inceptam eodem Menſe Aprilis anni 1622. quo
fuit interemptus.

Sed dicta Miſſió inchoata fuit anno 1621. vt plenè probant, Summario *Num.*8.
ex Proceſſu Conſtantienſi Teſtis X.*pag.*68.§.17. & Teſtis XLVIII.*pag.*71.
ad medium verſ. eodem anno; & ex Proceſſu Mediolanenſi Teſtis II. *pag.*73.
§.41. ac Teſtis IV. *pag.*78.§.67. vbi patet, dictum Vener. Dei Seruum Miſ-
ſionem antè exercuiſſe Maienfeldæ, & Malantij, & deindè anno 1622.
ad Vallem Partenz perueniſſe, & hoc ſolùm inquiunt Teſtes à Reueren-
diſſimo Promotore indicati.

Cui Miſſioni addendi ſunt Virtutum actus, toto anteactæ vitæ tempore à Ve-
ner. Seruo Dei geſti, quibus ſe parauit ad ſolemnem Martyrij conflictum,
vt plenè in Informatione oſtendimus, & deindè in ipſo Martyrio talem ſe
præbuit, qualem Reuerendiſſimus Fidei Promotor *pag.*179. *dicto* §.*cæte-
rum in fin.* deſiderat, vt in eadem Informatione *à pag.*11.*ad* 16.

Circa ipſum actum Martyrij Reuerendiſſimus Promotor *dicta pag.*179. §.*hac
autem* notat, quod Vener. Dei Seruus, excitata in ſacra Æde ab Hæreti-
cis rebellione è ſuggeſto deſcendit, ad Aram ſe contulit, & poſt emiſſas
preces tumultum declinans è Templo diſceſſit, donec á ſeditioſis in aper-
to agro comprehenſus occiſus extitit, ex hoc inferens, quod Vener. Seruus
Dei ne dum paratum non haberet animum ſubeundi mortem prò Chriſto,
ſed potiùs eam euitare ſategerit.

At ſi hanc mentem Vener. Dei Famulus habuiſſet, ſtatim è Templo diſceſ-
ſiſſet, non autem ad Aram Deum oraſſet, vt oraſſe dicunt Teſtes à Reue-
rendiſſimo Promotore relati, & præſertim ex Proceſſu Curienſi Teſtis
XLIII. *pag.* 92. §. 19. & ex Mediolanenſi III. *pag.*97. *in principio*, & V.
*pag.*99.§.49. & VII. *pag.*100.§.52. & VIII. *ibidem ſub* §.54. Et in hoc pru-
dentiam exhibuit; ſic enim Sancta Cæcilia paulo ante Martyrium *expan-
ſis manibus orabat ad Dominum*, vt in *Antiph.*2.*Pſalm.*1.*Noctur. & in prin-
cip.*5.*Lection.* ex Officio de eadem Sancta; ſic quoque S. Victor Martyr,
Deum orauit: *Domine Ieſu Chriſte, propter cuius nomen hæc patior, adiuua
me &c.* vt refert Cornel. à Lapid. *in Daniel.*3.18.*pag.*1288. *col.*2.*litt.*C. at-
que extat Oratio ardens S. Cypriani ante Martyrium *in fine Operum eius*
qui, ſiue alius Auctor ſit, *tract. de Dupl. Martyr.* in propoſito ait -- *Ne-
ui ego, & ſcieui quoſdam magni animi fortitudine præditos, qui iam coronæ*

proxi-

proximi defecerunt, & quem diu profeſſi fuerant, abnegarunt. Quid fuit in cauſa? dimouerant oculos ſuos ab eo, qui ſolus robur dat infirmis; intermiſerunt orationem, ac cœperunt ad humana præſidia reſpicere. Contemplabantur ſua natura viriculas, conſiderabant vngulas, aculeos, candentes laminas, ferrum, & ignem, reliquumque carnificinæ apparatum, etiam aſpectu horrendum, & cruciatuum atrocitatem cum ſuis viribus conferebant, & ita victoriam amiſerunt è manibus; vbi quis ita cogitat: hoc poſſum: illud perpeti non poſſum, nunquàm felicitèr peraget Martyrium. Sed qui ſe totum tradit Diuinæ voluntati, non aliò ſpectans, quam ad illius opem, is demum firmus eſt, & inuictus. Hoc autem fieri non poteſt niſi adſit vera, & viuida fides, nihil hæſitans, nihil diſquirens, nec cogitans quanta ſit Tyranni ſæuitia, quanta hominis imbecillitas, ſed quanta ſit Domini Virtus, qui certat, & vincit in membris ſuis.

Poſt factam verò Orationem Ven. Dei Seruus exijt è Templo, non tamèn quæſiuit latebras, ſed totus Deo commiſſus in apertum agrum ſe contulit, vbi Martyrij palmam acquiſiuit. Inſuper cauſam huiuſmodi diſceſſus quando iàm vndequaque feru ebat Hæreticorum rabies, refert Teſtis VII. ex Proceſſu Mediolanenſi Summ. *pag.* 100. §. 51. *&* 52. inquiens -- *Allora il Beato Padre Fedele diſceſe dal Pulpito, e ſtando nella Chieſa s'inginocchiò, e fece Oratione; e poi conſiderando, che ſe ſtaua con gli altri Soldati Cattolici, queſti l'hauerebbero voluto difendere, e perciò ſarebbe ſtato maggior rumore, & i Cattolici haurebbono patito per riſpetto di lui, egli ſi riſolſe di ritirarſi in diſparte, e così venne fuori di Chieſa &c.* veriſimile quoque eſt, quod quum præcognouiſſet Martyrium imminens, ſacram Ædem ſuæ necis ſacrilegio fœdari, & prauorum hominum ſcelus grauius fieri nequiuerit. Etenim S. Gregor. Nazianzen. *in Orat. de Baſil. Laud.* ad rem noſtram inquit: *Lex Martyrij hæc eſt, vt non nos met ipſos in periculum vltrò conijciamur, vt & perſecutoribus, & infirmioribus Athletis conſulatur; nec in diſcrimen adducti certamen detrectemus. Illud quippè temerarij, ac præcipitis eſt animi, hoc timidi, & ignaui;* ac rurſus idem Sanctus *Orat. 1. in Iulian.* ait; *Neque enim Chriſtianos quantumuis fortes ſuæ tantum ſalutis rationem habere oportet, ſed perſecutoribus quoque conſulere, vt quantum in ipſis eſt ad hoſtile periculum nihil conferant.* Atque Origen. *tract.* 28. *in Ioan.* docet: *Præclarum eſt non recuſare confeſſionem, nec dubitare mori pro veritate; non minus tamen etiam præclarum eſt non dare cauſam tali periculo, ſed omni ratione ei obſiſtere, non ſolum quia incertus eſt nobis eius euentus, verùm etiam ne cauſa ſimus, cur ſceleſtiores ſint, maioribuſque peccatis ſe contaminent illi, qui profuſionis ſanguinis noſtri rei fient, & in grauiori ſupplicio eſſent, ſi non amantes, neque illis conſulentes morti nos offeramus, cum ad hoc non præcurrerit neceſſitas.*

Promptam voluntatem ſubeundi necem pro Chriſto roborari admittit Reuerendiſſimus Promotor *pag.* 179. *§. hæc autem* ex eo quod in actu mortis interrogatus ab Occiſoribus: num vellet Catholicam Fidem deſerere, & conſtans compertus in ea propugnanda, trucidatus fuerit, ex Teſtibus ab eodem Reuerendiſſimo Promotore adductis, qui tamen *pag. eadem §. verum talis*, obijcit, id ſatis non probari, quia Teſtes ſunt de auditu alieno, & quamuis bini ſint de auditu à præſentibus, ſunt tamen ſingulares in referendo dicto eorum, qui viderunt, & iſti non fuerunt ſubiecti examini, nec conſtat, eoſdem obijſſe ante conſtructionem Proceſſus.

Probatio tamen huius circumſtantiæ, reſultans ex dictis quatuor Teſtibus, nempè XLIII. & V. loquentibus de auditu præſentium, & IX. affirmante de auditu Militum, & LXIII. pariter de auditu Militum Salisburgenſium, & Rhætorum ſufficere videtur quamuis non conſtet audiuiſſe ab ijſdem perſonis, quoniam ex hoc magis patet facti veritas, quod à pluribus referebatur. Et licet ij, à quibus Teſtes audiuerunt, non fuerint examinati,

id

id euenit, quia ex perſonæ in Rhætia degentes, haberi non potuerunt Curiæ, Conſtantiæ, & Mediolani, vbi Proceſſus conſtructi fuerunt; & aliqui ex eis erant Hæretici, quos non licebat ad teſtimonium ferendum vocare. Præterea ſupradictis Teſtibus iungendus eſt VI. Summario *pag.99. ſub* §.48.& §.49. vbi de auditu plurium Militum, præſertim vnius Catholici, & pij ait: *Fù circondato da molti Eretici armati, i quali vedendo la coſtanza di lui in voler difendere la Religione Cattolica, ſi poſero ad ammazzarlo &c. e ſentì, che trà gli Eretici, e il Martire paſſarono prima alcune interrogazioni, e riſpoſte; ma vedendo quei perfidi, che il Martire ſtaua coſtante nel difendere la Fede Cattolica, allora comincierno, come ſopra, à martirizzarlo,*

Confert quoque altera circumſtantia, ponderata à Reuerendiſſimo Promotore *pag.*180. §.*alia etiam* ex verbis, à Vener. Seruo Dei habitis paulo ante Martyrium, quæ paratum oſtendunt eius animum ad libenter Sanguinem pro Chriſto fundendum, quanuis id referatur ab vno Teſte, qui dicta verba audiuit; quoniàm quum hæc circumſtantia, & aliæ ſupradictæ tendant ad vnum, & eundem finem, ad probandam nempè eius finalem perſeuerantiam, omnes Teſtes ſimul iungendi ſunt, quum hæc non ſit ſingularitas obſtatiua, ſed adminiculatiua, ad tradita per DD. *in c.qualiter, & quando il ſecondo de accuſat.* Riminald.Iun. *conſ.3.num.*27.*& ſequen.* Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum S.Thomę de Villanoua *apud Contelor.pag.*474.*ad fin.* Vener.Catharinæ Ricciæ *par.*1. §.*minus etiam*, & Declarationis Martyrij B.Ioſaphat Polocenſis *par.*2.§.*tertium obiectum*.

Neque, vt Reuerendiſſimus Promotor *ibidem* ponderat, verba Vener. Martyris, quibus licèt indignum ſe reputaret, nihilominus ad Dei gloriam, Catholicæ Religionis propagationem, & Proximorum ſuorum ſalutem ſæpè ex intimo corde ab Omnipotenti Deo petierit Martyrij aſſecutionem, cuius coronam ſibi à Deo præparatam ſciret, vllam iactantiam redolent; quoniam tunc Vener.Martyr non fuit locutus ex ſcientia reuelata, ſed potiùs ex ſtatu rerum, ſecundum quem vti Vir prudens rectè dignoſcere poterat ſibi imminere Martyrium; & quando etiam diuinam reuelationem habuiſſet, imitatus eſſet Principem Apoſtolorum *Epiſt.2.cap.1.verſic.*14. aientem -- *certus ſum, quia velox eſt depoſitio tabernaculi mei*, & Doctorem Gentium 2.*ad Timoth.*4.7. dicentem, *bonum certamen certaui &c. repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ*, quem locum Cornel. à Lapid. *pag.*801.*col.*1.*litt.*C. exponit -- *Conſcientia enim ſibi benè conſcia vti dicere poteſt bonum certamen certaui &c. non quod habeat huiuſmodi rei certitudinem Fidei, aut reuelationis diuinæ, ſed tantùm moralem quandam ſecuritatem, certamque opinionem, & confidentiam ex memoria vitæ præteritæ benè actæ, & ex teſtimonio ſuæ conſcientiæ manantem; ita conſequenter pari confidentia dicere poteſt repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ*; quæ expoſitio optimè congruit verbis Vener.Serui Dei, relatis à Teſte XXX. Summario *pag.*66.§.8. Et quid mirum, quod ita dixerit Pater Fidelis? *Nam Martyrij coronas iugiter habuerunt præ oculis Martyres, eorumque intuitu omnium pœnarum, & tormentorum genera ſuperarunt, imò riſerunt*, inquit Cornel.à Lapid. *in Iſa.*62. 3. *pag.*514. *col.*1. *litt.*C.*ſub verſic. hoc eſt ergo*, idque pluribus exemplis egregiè comprobat.

Magis etiam patet finalis perſeuerantia Vener.Dei Famuli ex pronunciatione *Ieſus Maria* inter moriendum, quanuis à Reuerendiſſimo Promotore *pag.* 180. §. *ea vero* probari ſolùm aſſeratur ex duobus Teſtibus de auditu alieno, & ſingulari. Nam præter reſponſionem proximè datam, Teſtis XXXIII. Summario *pag.*91.§.11. id affirmat ex ore alterius ex Occiſoribus, qui eadem verba à Vener. Seruo Dei proferre intellexit, & Teſtis XLIII. Summario *pag.*92.§.17.*&* 18. loquitur de auditu duarum Mulie-

ium,

rum, quæ paritèr audierunt prædicta verba. Id ſimiliter aſſerit Teſtis VIII. qui de auditu, Militum Summario *pag.* 100. §. 16. inquit -- *Cum autem cepiſſent eum cadere, tunc ipſe manibus iunctis ad Deum orabat, & hoc etiam audiui à Militibus.* Teſtis vero L. à Reuerendiſſimo Promotore allegatus, adfuit vltimis anhelitibus Vener. Serui Dei, & licèt non audiuerit eum loquentem, ait tamen -- *Ego ipſa Patrem Fidelem in Prato ſupra dorſum iacentem conſpexi, & eum apertis, & in Cælum eleuatis oculis adhuc tribus vicibus ſpirantem, & ſpiritum ſuum beate emittentem ego ipſa cum magno cordis dolore vidi*, Summario *pag.* 94. §. 26. Addendus itidem eſt Teſtis VI. ex Proceſſu Mediolanenſi Summario *pag.* 85. §. 86. vbi ex auditu alterius ex Interfectoribus, dicit -- *e di più aggiunſe come ſi foſſe portato eſſo Padre nel ſuo Martirio, all'ora io mi commoſſi maggiormente, perche coſtui di bocca propria mi raccontò, come ſopra hò detto, ch'egli haueua con le proprie mani aiutato ad ammazzare il detto Padre in Seuis, e che egli con gli altri ſuoi Complici haueuano ammazzato detto Padre per intereſſe della loro Fede Euangelica, e che all'ora detto Padre moriua tanto allegramente, che quanto più lo feriuano, e percuoteuano, tanto più egli ſi moſtraua allegro, e ridente &c.* Non eſt quoque paruipendenda aſſertio Teſtis XII. qui Summario *pag.* 89. de auditu Caluiniſtarum inquit -- *Quali tutti ſempre hanno lodato il detto Padre Fedele, come huomo di gran bontà, e ſantità, e ſe bene coſtoro confeſſauano, che detto Padre era morto nella noſtra Santa Cattolica Romana Fede, ad ogni modo io hò ſentito alcuni di quelli Eretici, li quali diceuano, che ſe il Padre Fedele non era andato in Paradiſo, niun'altro vi và.* Vix maius afferri poteſt teſtimonium Sanctitatis Vener. Martyris, eiuſque finalis perſeuerantiæ cum conſtantia, & hilaritate, quam illud, quod ab ipſis inimicis Religionis Catholicæ perhibetur, ex S. Auguſtin. *in Pſalm.* 63. *num.* 7. vbi ait; *Miracula facta ſunt talia circa Sepulchrum* (Chriſti Domini) *vt & ipſi Milites, qui cuſtodes aduenerant, Teſtes fierent, ſi vellent vera nuntiare*, & Lactant. Firmian. *de vera Sapient. lib.* 4. *cap.* 12. *pag. mihi* 384. tradit -- *Satis firmum teſtimonium eſt ad probandam veritatem, quod ab ipſis perhibetur Inimicis*; & ad probandum verum Martyrium dicta excerpta ab Hæreticis, & Infidelibus magnifaciunt Auditores Rotæ in Relatione B. Ioſaphat Polocenſis *par.* 3. §. *cauſa vero, & ſub* §. *ad prædictum*, ac idem ſeruatum fuiſſe in Cauſis Martyrum Gorcomenſium, & Petri Arbues ab hac Sacra Congregatione, oſtendi in Reſponſione Hiſpalen. ſeu Marochitana pro Vener. Martyre Ioanne de Prado ſuper Dubio Martyrij, eiuſque Cauſæ *pag.* 19. §. *tertio infert.*

Perpenſis igitur geſtis Vener. Dei Famuli per totum ſuæ Vitæ curſum, laboribus in Miſſione, ſtrenuis actibus Martyrium proximè præcedentibus, ac alijs, quæ in ipſo momento Martyrij patrata apparent, nulla ratione ambigendum eſt, quin Fortitudine, Conſtantia, & Caritate pretioſam mortem obiuerit; quum ad hoc, vt dubitari non poſſit de finali perſeuerantia Martyris, ſufficiat, quod nullum ſignum, aut indicium contrarium appareat, vt egregiè aduertit Caſtellin. *de Inquiſit. Miraculor. in Sanctor. Martyr. Canonizat. pag.* 74. *num.* 41. inquiens -- *Nequit rationabiliter dubitari de veritate Martyrij Iuſtorum, timendo de illorum defectione à Fide, vel Charitate in actu paſſionis, vel morte, niſi intercedat aliquod externum ſignum, certo prædictam defectionem repræſentans, vel aliquod indicium dubium, vel æquiuocum, quod poſſit videlicet per Viros ſapientes in bonam, & malam partem indifferenter interpretari, vt appareat aliquis actus exterior, qui ſit contra veram Chriſtianam Prudentiam, quæ eſt forma Virtutum moralium*; & potiſſima quidem ratione; nam Deus fundenti ſanguinem pro ſui gloria promiſit peculiarem in eo conflictu tutelam; *cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum* per os Dauid: *Pſalm.* 90. *verſ.* 11. vbi Gloſ. Or-

din-

din. exponit -- *Non eſt timendum in tribulatione, Fides in te, Deus in te; eripuit tres Pueros, nunquid Martyres deſerit?* ex quibus, & alijs duo Sapientiſſimi huius Sacræ Congregationis Purpurati Capiſuccus, & Lauræa eruditiſſimè docent, efficacem tribui à Deo gratiam in actu Martyrij; alter *Controuerſ.Theolog.23.quaſt.2.§.21.ſub initium pag.*802. inquiens: *pertinet ad Diuinam Prouidentiam ita eum cuſtodire, qui agonem abſoluit, vt nulli cedat tentationi, quod etiam praſtat abundantia gratia; & auxiliorum, qua Martyri conceduntur*; alter *in 3.ſentent.tom.2.diſput.32.artic.15.ſub nu.494. pag.790.& tom.3.par.2.diſput.20.artic.vlt.pag.1044.num.300.* ait -- *Martyr in conflictu, ſeu paſſione eſt ſub ſpeciali Dei protectione, & ab eo magna virtute, & gratia munitur.* Et plura ex rationibus, auctoritatibus, & exemplis ad id retuli] in dicta Reſponſione Hiſpalen. ſeu Marochitana pro Venet.Martyre Ioanne de Prado *pag.*40. Facilius, itaque dum tot, & tanta ſigna ſuperiùs adducta certiùs demonſtrant, Vener.Patrem Fidelem fuiſſe talem vſque ad vltimum vitæ anhelitum.

His poſitis ſuperfluum eſſet tertiam Inſpectionem Signorum, ſeù Miraculorum aggredi; nam, vt præmiſimus in Informatione *pag.16.§.Tametſi* quoties de probatione Martyrij conſtet, cauſa ipſius Martyrij, tàm ex parte illud inferentis, quàm patientis appareat fuiſſe Fidem, aliamue Virtutem, Signa, aut Miracula non requiruntur, & extra hanc hipotheſim verſantur exempla, adducta à Reuerendiſſimo Promotore *pag.*174. *ante §. Incipiendo*, vt plenè demonſtratum fuit in poſtrema Reſponſione Iuris pro Cauſa Martyrum Iapponenſium, cui Reſponſioni initium eſt *Iuxtà rationes*, vbi ſingulis exemplis prædictis fit ſatis. Attamen quia, vt quoque diximus in Informatione *ſub cit. §. Tametſi pag.* 17. Signa, & Miracula nitidiùs illuſtrant Martyrium, ideò duo ſupra viginti adduximus, quæ à doctiſſimis Animaduerſionibus Reuerendiſſimi Promotoris, nunc vindicare ſtudebimus. Vnum præmittendo, quod in Cauſis etiam illorum Martyrum, quæ ſupernaturali adminiculo indigent, non eſt neceſſe, vt Miranda afferantur in linea rigoroſiſſima Miraculorum, ſicuti exiguntur pro Confeſſoribus, ſed ſufficiunt Signa, quæ aliquid minùs important, vt oſtendi in dicta Hiſpalen. ſeù Marochitana pro Ven. Martyre Ioanne de Prado *ſub initium Reſponſionis pag.*126. ſuper dubio, *An conſtet de Signis, ſiuè Miraculis* ſi eam reſumere, vt ſupplicamus, non pigeat.

Circa Tertiam, & Vltimam Inſpectionem

De Signis, ſiue Miraculis.

I. SIGNVM, SIVE MIRACVLVM manifeſtationis Martyrij Fratri germano abſenti non probari dicit Reuerendiſſimus Fidei Promotor, ex quo nititur ſolùm aſſertioni Patris Apollinaris, cui factum contigit, & alterius Teſtis Capuccini, nullam cauſam ſcientiæ reddentis; dictuſque Pater Apollinaris vti Frater germanus Ven.Martyris, & eiuſdem Religionis, reputari poſſit aliquo modo ſuſpectus, prout etiam alter Teſtis dictæ Religionis Alumnus. Maximè quod inſolita afflictio Patris Apollinaris concionantis Populo audienti ſtuporem attulit, vndè plures examini ſubijci potuiſſent.

At Probatio ſufficiens videtur, quia Mirandum conſiſtit in afflictione interna dicti Patris Apollinaris eo ipſo momento temporis, vt deinde compertum eſt, quo Ven. Pater Fidelis patiebatur Martyrium; hic autem actus internus alijs patere non potuit; & ob id eidem plena fides habenda eſt, ex traditis à S. Bonauent. *in Opuſc. de Sept. Itiner. Æternit. itin. 5. diſt. 2, tom.2.*

tom.1.pag. mihi 177.*col.2. ad fin.* & pluribus adductis diſertè probat Eminentiſſimus Laurea *in 3. Sent. tom.4. celebri diſput.*20.*de Miraculis art.*25.*pag.*639.*num.*7.*per tot.* Caſtellin. *de Certitud. glor. Sanctor.pag.*405. *& de dilat. Canonizat. part.*2.*cap.*18.*num.*18.*pag.*92. §.1. *ad med.* Contelor. *de Canonizat. Sanct. cap.*18.*num.*19. *&* 27. Reuerendiſſimus Matta *eod. tract. par.*3.*cap.*20. *num.* 6. Paſqualig. ad Lauret. de Franch *quaſt.* 13. *de Cult. erga non Canonizat. pag.* 338. *nu.*1206. Bordon. *contro. moral.*13. *ſub n.*37. *verſ. unde Reuelationes, & Apparitiones;* & perpetuò admiſerunt Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum S. Raymundi *par.* 2. *art.* 8. *verſ. non tamen* S. Caroli Borromæi *in* 4. *Mirac. poſt mort. verſ. accedebat etiam apparitio, & in* 18. *Mirac.* §. *quartus modus*; S. Thereſiæ *art.* 3. *de Mirac.* §. *tum quia non deſunt*, S. Franciſcæ Romanæ *Mirac.*8. §. *& quantum*; S. Ignatij Loiolæ *Mirac.*6. §. *& licet*; & S. Andreæ Corſini apud Lezan. *conſult.*1.*ſub num.*232. & ſæpè in alijs.

Maximè quum ſit Vir Religioſus, & dignus Ven. Martyris Frater; propterea eius fides non debilitatur ex coniunctione ſanguinis cum illo, ex plenè adductis à Reuerendiſſimo Matta *de Canonizat. Sanct. par.*4. *cap.*17. *nu.*3. *&* 4. *pag.* 389. nec ex affectu erga Religionem, ex eodem Matta *dicto cap.* 17. *num.*13. *&* 14. *pag.* 391. & ex Pignatell. *conſultat.* 192. *per tot. tom.* 1. à quibus binis Auctoribus, quamplures rationes, & exempla adducuntur; & in omnem caſum quæuis affectionis ſuſpicio remouetur iuramento, ex auctoritatibus per eoſdem recenſitis. Et magis magiſque ſi ponderetur, qua humilitate, atque erubeſcentia dictus Pater Apollinaris à Iudicibus compulſus huiuſmodi factum aperuit, Summario *Num.*14.*pag.*120. *ad medium, & ſub verſ. quibus auditis*; & ex his patet quanta Virtute idem Teſtis Religioſus ſit præditus, vnde fides illius augetur, vt poſt plures Relationes Auditorum Rotæ obſeruat Contelor. *cap.* 18. *num.* 17. Lauret. de Franch. *de Cult. erg. non Canonizat. quaſt.* 4. *ſub num.* 1183. *& in addit. ad eundem* Paſqualig. *ſub num.* 1184.

Quamobrem parum curandum, quod alter Teſtis id referens, rationem ſui dicti minimè alleget. Nec opportunum fuiſſet examini alios ſubijcere, qui obſtupuerunt viſa afflictione dicti Patris Apollinaris, quoniam nemo affirmare poterat de tanta interna anguſtia, quanta refertur ab ipſo Patre *d. pag.* 120. *verſ. talem tunc* in qua reſidet Admirandum. Quod ſi super qualibet circumſtantia, tàm Miraculorum, quàm Martyrij, ac Virtutum inquirendum eſſet teſtimonium omnium non ignarorum, immenſus eſſet in his Cauſis numerus Teſtium, & verè daretur proceſſus in infinitum.

Subijcit Reuerendiſſimus Fidei Promotor *in fine huius primi Signi*, quod tale factum poterat natura contingere per ſympathiam, ob ſanguinis coniunctionem cum Ven. Martyre, tunc mortem pro Chriſti Nomine ſuſtinente.

Cui obiectioni reſpondemus cum doctiſſimo Valeſio de *Sacr. Philoſoph.cap.*5. *ad pag.mihi* 106. Sympathiam animæ cum ſanguine nihil agere extra proprium corpus; ſic enim ipſe ait: *Certè hæc admiranda ſymphatia ſanguinis cum anima eſt, vt hac percipit, illa mouetur, indicat porrò ea res diuinitatem quandam in anima animantium perfectorum, quæ ſanguine prædita ſunt, & illos habent animi motus maiorem, quam ſit in rerum imperfectionem formis: poſſe ſcilicet mouere vi imaginationis materiam deiunctam, & cuius actus ea non ſit, illaque vti, vt inſtrumento proprio ſuorum motuum. Hanc fortaſſe ob cauſam Auicenna maiorem adhuc virtutem (vt par eſt) rationali animæ volens tribuere, putauit, poſſe eam hoc idem in materia extra corpus, longeque conſiſtente, citra omnem conſiſtentem, citra omnem contactum phyſicum facere; ea verò ſententia non probatur. Neque ſanè ſanguis ab Anima ſine contactu mouetur, ſed mathematicè tangitur à viuentibus partibus: phiſicè, hoc eſt per virtutem* ab animæ; & exinde motum ſanguinis coram Occiſore diuinæ Virtuti tri-

buit, vt homines à cæde abſtineant, vti etiam cenſent Paul. Zacch. *quæſt. Medicolegal. lib.4. tit. 1. quæſt. 10. num. 33.* latè Gaſpar à Reyes *Elyſ. iucund. quæſt. camp. quæſt. 33. num. 12. & per tot.* vbi ex pluribus inanem oſtendit hanc ſanguinis ſympathiam; quapropter iure merito S. Eccleſia damnauit vſū ſymphatici pulueris, qui applicitus ſanguine ſanare vulnera corporis abſentis ſympathiæ virtute dictitabatur;

II. SIGNVM, SIVE MIRACVLVM Floris enati ſuper Sepulcro Ven. Martyris minus probatum dicitur à Reuerendiſſimò Promtore, ex eo quod Teſtis V. in Proceſſu Conſtantienſi Summario *Num. 15. pag. 121. in principio* inquit; quod cum ad Tumulum Ven. Martyris pertexiſſet, Florem diſcernere non potuit, quia iam emarcuerat, & perierat; & Teſtis XIII. in Mediolanenſi *pag. 122.* de viſu huius Floris, eſt vnicus, & cæteri Teſtes ſunt de auditu in genere.

At in Proceſſu Conſtantienſi adeſt alter Teſtis oculatus, nempè Pater Anſelmus de Brigantia, qui *fol. 209. tergo*, ita loquitur — *Saluo conducto in Senis peruenientes in Cæmeterij medio Sepulchrum &c. inuenimus, e quo excreuerat frutex, cuius altitudo duorum erat cubitorum cum pluribus virgulis ſemine plenis, flos iam deciderat; caulis erat foluens, & viridis ſulcis ſanguineis ornatus, de qua dicitur Miles Flores prius decerptos Curiam attuliſſe; cuius autem ſpeciei fuerit hac frutex; Socius meus Pater Eraſmus, qui licet adhuc in ſeculo Pharmacopola fuerit, diſcernere non potuit.* Quamobrem ſi antedicto Teſti XIII. de viſu iungantur iſte, & V. *d. pag. 121. in princ.* qui vidit Florem licet elanguidum, non remanet dubitandum de probatione; iuncto præſertim Teſte VII. in Mediolanen. *d. pag. 125.* de auditu à Milite, qui Florem viderat, ac alijs ſeptem de communi auditu, & publica voce, & fama, qui ſupradictis Teſtibus oculatis adminiculum præbent, Archidiac. *in can. quod videtur num. 3. 22. quæſt. 5. Dec. conſ. 171. num. 3.* Rot. *deciſ. 248. num.6. coram Greg. deciſ. 160. num. 2. & 3: coram Bich.* & in alijs ſæpiſſimè; neque omnino inefficax reputanda eſt dicta Fama per plura loca; quia vt: S. Greg. *primo lib. regiſtri cap. 74.* ait — *Sicut lucerna lumen per colliminantia quaque loca diffunditur, ita cuiuslibet perſona bonorum actuum probitas* (dicam ego facti veritas) *non ſolum, quo degit, ſed per diuerſas Prouincias Fama loquente cognoſcitur.*

Addit Reuerendiſſ. Promotor *in fine huius Signi*, quod quum agatur de Sepulcro ſub diu poſito, ſuper quo herba pullulabat, ſine Miraculo Flos vireſcere potuit.

Huic autem poſſibilitati reſiſtit qualitas ipſius Floris, ſanguineo colore conſperſi, vt inquit Teſtis XIII. oculatus *d. pag. 122.* cui reſpondet Pater Anſelmus in verbis ſupra proximè exaratis. Maximè quum ſubdat, qualitatem fruticis nec ab ipſo, nec ab eius Socio (in ſeculo Pharmacopola) dignoſci potuiſſe; & ab omnibus Teſtibus vno ore aſſeritur, dictum Florem a cunctis miraculoſum exiſtimatum fuiſſe, & ſolere Altiſſimum ſimilibus Floribus manifeſtare verum Martyrium ſuorum Athletarum oſtendimus in Informatione *pag. 17. in fin.*

III. SIGNVM, SIVE MIRACVLVM Odoris è Cadauere profluentis, non impugnatur ex defectu probationis, quum referatur à duobus Teſtibus, de proprio ſenſu affirmantibus, Cadauer Ven. Martyris nullum fætorem efflaſſe; ſed ex eo quod poſt ſex menſes à die Martyrij caro veriſimiliter conſumpta erat, & ſic naturalitèr occaſio fętoris ceſſauerit.

Attamen ponderandum eſt, quod ſi tota caro conſumpta fuiſſet, itave ceſſaſſet cauſa producens fætorem, non remanſiſſent niſi oſſa, & nihilominus ambo Teſtes non loquuntur de oſſibus, ſed de Corpore, quod ſine carne non conſiſtit, & quum ipſi mirabundi obſeruauerint, nullum odorem, aut fætorem percepiſſe, neceſſe eſt dicere, non fuiſſe conſumptam omninò carnem;

& pro-

& propterea exiſtente cauſa naturalis fætoris, dum iſte non efflabat, Miraculum in cauſa eſt.

IV. SIGNVM, SIVE MIRACVLVM Extinctionis maximi incendij adeo vndequaque refulget, vt ipſe Reuerendiſſimus Fidei Promotor, tanquam tale admittere videatur. Et quatenùs vt omnes ſui muneris partes adimpleat obſeruandum proponit, vtrum improuiſa mutatio venti, & retroceſſio flammarum potuerit natura ſuccedere, ſat eſſet reſpondere, quod quando Cęlum eſt ſerenum, illico naturaliter obnubilari poteſt, & pluere, & nihilominus ſi id contingat ad inuocationem alicuius Serui Dei, talis mutatio adſcribitur Miraculo, ſicuti etiam adſcribitur ſubita ſanatio febris natura curabilis, D. Thom. *contr. Gent. cap.* 101. *in fine* docente -- *Tertius gradus Miraculorum eſt, cum Deus facit, quod conſuetum eſt fieri operatione naturæ, tamen abſque naturæ principijs operantibus, ſicut cum aliquis à febre curabili per naturam virtute diuina curatur, vt cum pluit ſine operatione principiorum naturæ*, & latiùs *part.* 1. *quæſt.* 105. *art.* 8. *in corp. ad fin.* Itaque talis mutatio venti, & retroceſſio flammæ quum ſtatim poſt imploratam opē Ven. Martyris factæ ſint, eidem Ven. Martyri, non naturæ, tribuendæ ſunt, ſicuti ſimiles incendiorum extinctiones Miraculis adſcribuntur à S. Gregorio Magno, à S. Petro Damiano, à Gregor. Turonenſ. à Vincent. Beluac. à Card. Baron. & ab alijs probatiſſimis Auctoribus, quos, & exempla ab eis adducta congerit P. Bonifac. Bagatt. *de Admirand. Orb. Chriſtian. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1 §. 2: *per tot. pag.* 66. 67. *&* 68.

Et binæ circumſtantiæ à Reuerendiſſimo Promotore enucleatæ, quod nempè iam Arx igne ſucceenſa eſſet, & quod prunę accenſæ ſuper puluere tormentario humi diſſeminato, eiuſque vaſibus diſperſæ viſæ fuiſſent, nedum Miraculum comprobant, ſed illud ad gradum altiorem euehunt.

V. SIGNVM, SIVE MIRACVLVM Extinctionis alterius Incendij aliam non habet Reuerendiſſimi Promotoris Animaduerſionem, quam pariter quod repentina mutatio venti abſque Miraculo euenire potuerit, quæ tamèn diluitur ex priori reſponſione data ad præcedens Miraculum.

Nec obeſt, vt ad dictam Animaduerſionem roborandam ſubdit Reuerendiſſimus Fidei Promotor *pag.* 482. §. *vlterius*, quod aliæ Domus non eſſent omnino contiguæ Domui conflagranti, ſed quaſi; quia ex verbis XLVII. Teſtis, adductis ab eodem Reuerendiſſimo Promotore circa combuſtionem inceptam alterius remotioris ex dictis domibus, ſolutio patet, cui Teſti non deeſt Conteſtis; nam XLVIII. *pag.* 132. in hoc etiam concordat, quod reliqua omnia ab incendio ſeruata fuerunt, quamuis de facto iam ignem aliquibus in locis concepiſſent. Vnde neque in hoc caſu Miraculum emergit tantumodo ex ſubita mutatione venti, & retrogreſſione flammarum, quæ ſecutæ ſtatim ac inuocatum fuit auxilium Ven. Martyris, præferre ne Miraculum, ſecundum doctrinam D. Thomæ, ſed etiam ex dicta peculiari circumſtantia, quod ignis in alia remotiora loca combureret.

VI. SIGNVM, SIVE MIRACVLVM ſubitæ ſanationis Puellæ attractæ, perpenditur à Reuerendiſſimo Promotore circa Probationem, quod aliqui Teſtes aſſerant, Puellulam fuiſſe in pedibus impeditam, & Pater Apollinaris dicat, conſpexiſſe illius pedes omninò diſtortos, qui Teſtis vti Frater Ven. Martyris videatur affectare maiorem gloriam eiuſdem.

Verùm ex facto diluitur obiectum, quum Pater Puellæ Teſtis XLVI. Summario *pag.* 133. §. 1. dicat -- *Ambobus in pedibus ità agre laborauerit, ac claudicans reddita fuerit, vt ijs neque conſiſtere; neque deambulare valeret, ſed pedes corpore ſuo tantum ſecum trahebat*, Mater autem Teſtis XLVII. *pag.* 134. *ſub* §. 8. ait -- *ambobus in pedibus omni officio neruorum deſtituta fuit, vt ijs neque conſiſtere, neque incedere valuerit, ſed illos corpuſculo ſuo tantum ſecum traxit*. Quum itaque pedes neruorum vſu deſtituti, & ad motum inepti

traherentur vnà cum corpuſculo, nil veroſimilius, quam quod etiam diſtorti eſſent, vt refert Pater Apollinaris. Maximè, quod dictus morbus ex veneficio, magiciſque artibus proueniebat, vt iudicauit Medicus Teſtis LII. Summario *pag.* 135. §. 19. & ex ſententia ipſius Parentes commemorant *pag.* 133. §. 3. *& pag.* 134. §. 10. quæ dæmoniaca affectio Puerorum membra diſtorquere ſæpiſſimè ſolet, vt experientia comperitur, & notat Martin. Del Rio *Diſquiſition. Magic. lib. 3. quæſt. 4. ſect. 5. per tot.* Propterea nil derogatur fidei P. Apollinaris, dicentis vidiſſe Puellæ pedes diſtortos; eiuſque integerrima fides ex iam dictis ad I. Signum apparet.

Ex his autem quatuor Teſtibus oculatis, nimirum Parentibus, P. Apollinari, & Medico, ac etiam Patre Barnaba Socio dicti Patris Apollinaris Teſte LIII. Summario *pag.* 135. *in fin.* ſatis probatum dignoſcitur primum Extremum Miraculi, conſiſtens in grauitate morbi, & præſertim ex dicto Medici, qui non ſolum aſſerit, Puellæ maleficiatæ ægritudinem non percepiſſe, ſed etiam incurabilem eam pronunciaſſe *dicta pag.* 183. §. 18. *&* 19. his verbis -- *Et meo, & aliorum quoque Medicorum iudicio eadem Filiola tunc maleficio infirmabatur; quare edico, quod intantum ſimilium affectuum cauſa Medicos fugiant, in quantum huius non intellecti, nulla ſit curatio morbi; & idcirco dictam maleficiatam Filiolam denegato naturaliter proportionato remedio curare non potuimus*; & meritò hoc dixit, quoniam vbi morbus Dæmonis opera infigitur, inane eſt medicæ artis auxilium, vt fatetur Sennertus poſt alios celebres Medicos *de morb. à faſcin. & incantat. induct. par. 9. lib. 6. cap. 9.* dicens: *Si enim naturalis eſſet morbus, vtique naturalibus remedijs, phyſicíſque medicaminibus ſolueretur.*

Poſita verò dicta morbi incurabilitate, ſubſecuta ſanatio ad tactum Officuli Ven. Martyris, eiuſdem Miraculo adſcribenda eſt, ſicuti adſcribunt concorditer omnes Teſtes Summario *pag.* 133. §. 4. 5. 6. *&* 7. *pag.* 134. §. 12. 13. *&* 14. *& pag.* 135. §. 17. 20. 21. 22. *&* 23.

Miraculum paret etiam ratione inſtantaneitatis, quia poſt applicitam Filiolæ Reliquiam Ven. Martyris, illa ferè repentè vſum pedum, antea omninò deperditum, recuperauit, vt conſiſtere, ac incedere valuerit, veluti teſtantur eius Genitores oculati, Summario *dicta pag.* 133. §. 5. *& pag.* 134. §. 13. Quandoquidem in tam graui, & ſupernaturali morbo adeo breuiſſimo temporis interuallo talis effectus à natura produci non potuit, nec ex medicamentis præcedentibus, quæ ex infirmitatis qualitate prorſus inefficacia Medicus exiſtimauit, Summario *pag.* 135. §. 19. & ita inutilia dicunt fuiſſe Parentes *pag.* 133. §. 2. *&* 7. *pag.* 134. §. 9. ideoque ſanatio potius præſidio Ven. Martyris paulo antè implorato, quàm inutilibus remedijs ei longè prius adhibitis tribuenda eſt. Quanuis etiam integra ſanitas ſpatio tridui ſucceſſerit; quoniam inſtans qualificans Miraculum accipiendum eſt in illo temporis ſpatio, quo morbus ſic ceſſare naturæ aut artis ope nequiuerit, Maluet. *de Canoniz. Sanct. dub. 3. num. 26.* & poſt plures Relationes Auditorum Rotæ Contelor. *cap.* 17. *num.* 13. *&* 14. quum potiſſime eadem ſanitas perfectè exindè continuauerit, Summario *pag.* 133. §. 6. *& pag.* 134. §. 14. quod profectò non contigiſſet, ſi natura, aut ars Puellam ſanaſſet, quia hiſce morbis læſionis neruorum identidem affligere ſolent Zacch. *quæſt. Medicoleg. tom. 2. lib. 10. conſ. 5. ſub num. 9.*

Quod demum Pater Apollinaris, vt applicaret Infirmæ Officulum Ven. Martyris, Parentes è cubiculo diſcedere iuſſerit, vt notat Reuerendiſſimus Fidei Promotor *pag.* 182. §. *tandem* id ex Teſtibus factum patet, vt ipſe, eiuſque Socius ea occaſione preces ad Deum funderent, Summario *pag.* 133 §. 3. *in fine pag.* 134. §. 11. *pag.* 135. §. 16. *&* 17. *& ante* §. 22. Quamobrem nil aliud inferri poſſe videtur, quam Patris Apollinaris humilitas, ne ipſe, eiuſ-

eiuſque Socius orantes conſpicerentur, & vt liberius Deo, & Ven. Martyris Puellulam commendarent ſemotis arbitris.

VII. SIGNVM, SIVE MIRACVLVM Sanationis oculi ferè deperditi, tanti ponderis agnoſcitur à Reuerendiſſimo Promotore Fidei, vt solummodo quædam Teſtium variationes aduertantur, ex ijs, quæ referunt Teſtes ſuper XIII. Signo, ſiuè Miraculo, ſed hæ leues exiſtimandæ videntur.

Obijcitur enim *pag. 183. §. circa probationem cum ſequenti*, quod Nicolaus Hammerer Pater Puellæ Sanatæ loquens de ſui ſanatione ſub dicto XIII. Signo aſſeruerit, applicationem Pallij Ven. Martyris ſuis pedibus fuiſſe vltro relatam à Doctore Donſperger occaſione viſitationis; loquens verò de ſanatione Filiolæ dixerit, ſe hilarem rogatum miſiſſe ad dictum Donſperger, vt ad ſe accederet, cumque peruentum amandaſſe ad dictum Patrem Apollinarem cauſam vtriuſque ſanationis intellecturum, & quod in dicta miſſione concordat eius Vxor.

Pro reſponſione ſat eſſet dicere, quòd dicta miſſio Doctoris Donſperger longè diſtat à ſubſtantia Miraculi; nam, vel dictus Doctor miſſus fuerit, vel ne, æque viget Miraculum; propterea variatio in dicta miſſione accidentali non derogat fidei Teſtis, imò eam adauget: nam S. Ioan. Chryſoſt. *Homil. 1. in Matth. ſub initium*, & ex eo D. Thom. *in Præhem. Caten. aur. col. 4.* docent --- *quod Teſtes in aliquibus modicis diſſonare videantur, maximum ſignum veritatis eſt; ſi enim per omnia conſonarent, crederent inimici, quod ex placito quodam humano conuenienter ſcripſerint, quod ſcripſerunt. Si autem in Miraculis hic quidem hæc, ille verò illa dixit, hoc te non conturbet &c.* & clariùs in his Cauſis admonet Eminentiſs. Lauræa *in 3. ſentent. tom. 4. diſputat. 20. de Miracul. artic. 25. §. 2. pag. 631. ſub num. 1084.* in verba huiuſmodi: *Debent pariter conteſtari ablationem ſtatus præcedentis defectuoſi ſubito ſecutam; quod ſi hæc deponendo ſint conteſtes, & varient in aliquo accidentali, ſiue motus facti à Patiente, ſiue verbi, ſiue modi applicationis Reliquiæ, aut Inuocationis, & cæterorum ſimilium, non officit conteſtationi; non enim omnes æqualitèr, & eadem cum applicatione attendunt ad aliorum facta, ſed alij plus, alij minus; & ideò ſi ſubſtantiam facti quoad vtrumque Extremum probent, ſufficit.*

Sed facilè etiam conciliatur aſſerta leuis variatio, quia dictus Teſtis Nicolaus Hammerer ſuper XIII. Signo, Summario *pag. 149. §. 3.* in verbis extenſis à Reuerendiſſimo Promotore *pag. eadem ſub §. variatio autem* non refert quidem dictam miſſionem Doctoris Donſperger ad Patrem Apollinarem, quam refert ipſe, & eius Vxor, ac etiam Pat. Apollinaris conteſtes ſuper hoc VII. Signo, Summario *pag. 136. ſub §. 3. pag. 137. §. 8. in fin. & §. 12. verſic. ipſe itaque*: non tamen dictus Hammerer huiuſmodi miſſionem excludit; nec viſitatio à dicto Donſperger apparet fortuita, ſed potiùs ad ei reddendum reſponſum à Patre Apollinari acceptum, vt ex dictis verbis benè, conijcitur.

Et quamuis idem Doctor Donſperger, vt ſubiungit Reuerendiſſimus Promotor *pag. 184. §. vlterius idem* loquens de ſanatione dicti Nicolai in XIII. Signo nil dicat de ſui miſſione ad dictum Patrem Apollinarem, recurrit eadem reſponſio, quod ſcilicet eam non excludit, & narrat audiuiſſe à dicto Patre Apollinari illum tetigiſſe Pallio Vener. Martyris, Summario *pag. 149. §. 6.* Et quatenùs à Reuerendiſſimo Promotore *ibidem* ſubijcitur dictum Donſperger, loquentem de hoc VII. Signo, aſſerere ſe miſſum fuiſſe ad dictum Patrem Apollinarem pro hac ſanatione ſuæ Filiolæ, non expreſſo pro altera ſui ipſius, de qua in dicto XIII. Signo, quum ibi referret dictam ſanationem Filiolæ, neceſsè non habebat exprimere ſe miſſum quoque fuiſſe ad ſciſcitandam cauſam ſanationis dicti Nicolai. Itaque

Teſtes remanent in ſuo robore. Et quoniam primum Extremum huius Signi, immò verius Miraculi, admodùm comprobatur ab eodem Doctore Donſperger, ad vberiorem probationem liceat eius dictum ex Proceſſu Conſtantienſi *fol.235. tergo* hic ſubnectere. *Quod præfati D. Nicolai Hammerer Archigrammatei Conſtantienſis Filiolam nouennalem Annam Claram concernit, ego vtique probè noui, & ſæpèdictum Nicolaum ægrotantem inuiſendo, ipſemet multoties vidi, quod ex altero oculo per plures menſes agrè laborauerit, & res eo etiam tandem deuenerit, vt fruſtrà pluribus tentatis ex Medicorum huius Ciuitatis conſilio remedijs, omninò orba putaretur euaſura, maximè cum oculus iam pellicula inciperet obduci. Porro quando ad inſtantiam præfati Domini Nicolai ad prædictum Patrem Apollinarem Capuccinorum Conſtantiæ degentem tunc temporis Guardianus, & felicis recordationis P. Fidelis germanum Fratrem eo ipſo die, quo Puella oculum antea occluſum primo ſuaptè aperire; & videre cæpit, me contuli, eidemque quod Filiolæ acciderit expoſui &c.*

Quod de Officuli Vener. Martyris applicatione habeatur ſolum dictum Patris Apollinatis, licet de facto proprio, aliquo modo ſuſpecti, ex arcto ſanguine cum Vener. Seruo Dei, ex iam adductis ſuper I. Signo §. *Maximè quod* patet eius eximia qualitas, & Inuocatio ſatis probatur per vnum Teſtem; vt egregiè docet Eminentiſſimus Lauræa *citat. diſput.20. de Miracul. artic.25. §.3. pag.637. ad fin. num.1103.* inquiens, *vt Miraculum præfato modo probatum, nempè per Teſtes de viſu tribuatur alicui Sancto determinatè, Inuocatio iſtius; ſiue verbalis, ſiue per applicationem Reliquiæ, ſi probaretur per duos Teſtes de viſu, aut proprio auditu, meliùs eſſet, adhuc tamen ſufficit, ſi Patiens ſolus deponat, vel alius, qui pro eo inuocauit,* & allegat plures Relationes Auditorum Rotæ aliaſque auctoritates. Rurſus *dicto §. 3. eadem pag.637. num. 1109.* ſubdit: *Confirmo ex praxi Eccleſiæ, quæ in probatione Inuocationis admittere ſolet, vel ipſum Sanatum, vel aliquem ex Parentibus, Cognatis, aut Amicis, quo faciente voto pro ſanando, Miraculum contigit; dummodò Extrema, & ſanatio ſubita plenè probentur. Plures propoſueram caſus pro hac materia de Miraculis ſic probatis, quo ad Inuocationem, ex tempore, quo Sacræ Congregationi Rituum deſeruio, quos conſultò omiſi, non enim id controuertitur à DD. Fiſcalibus etiam rigidis;* & recentiùs idem tradit Roſa *de Executor. litter. Apoſtol. in addit. ad cap.18. ſub num.192. pag.36.*

Sed ex abundanti de eadem applicatione loquuntur Parentes de auditu Filiolæ, quæ dicto Officulo tacta fuit, Summario *pag.136 §.2. & pag.137. ſub num.6.* & de auditu à fide dignis idem aſſerit Medicus *pag.138. §.16.*

VIII. SIGNVM, SIVE MIRACVLVM ſubitæ ſanationis Phrænefis, quatuor Teſtibus oculatis probatum, Reuerendiſſimus Promotor expendens, *dicta pag.184.* non conſtare, inquit, de qualitate morbi incurabilis, eo quod contingere poterat ex aliqua cauſa accidentali, vt ſæpè Mulieribus accidit ex effectu vteri.

Verùm qualitas grauiſſimi morbi ſatis aperitur à dictis quatuor Teſtibus de viſu, plenè referentibus illius effectus, & præſertim deſtitutionem ſenſus, & intellectus, ob quam Ægra per quatuor hebdomadas veluti emortua ſtrato decubuerat, & deindè in maximum incidit furorem mentis, enucleatis ſingulis Phrænefis actibus, Summario *pag.138. §.1.2. & 6. pag.140. §.6. 7.11. & 12. & pag.141. §.15. & 16.* itaut tam grauis, & longus morbus tribui nequeat vterinis effectibus, & repentina ſanatio ad contactum Reliquiarum Vener. Martyris miraculoſa prorſus elucet; maximè ex mira circumſtantia, quod deperditis dictis Reliquijs, quas pendulas collo Sanata geſtabat, in eandem Phrænefim incidit, iterumque alijs eiuſdem Vener. Martyris ſibi applicitis, rurſus ſanitatem recuperauit, & quoad vixit continuatam, quam circumſtantiam explicant ipſa Mulier de facto proprio

dicta

dicta pag. 139.§.5. eiuſque Maritus de auditu *pag.* 140.§.10.

IX. SIGNVM, SIVE MIRACVLVM ſubitæ Sanationis occulti Cancri, quod innititur tribus Teſtibus de viſu, Reuerendiſſimus Fidei Promotor, probationis defectu non impugnat, ſed dicit, Tumorem in vbere à 14. tantum diebus eleuatum fuiſſe, & propterea illius ſubitam exinanitionem potuiſſe natura contingere.

Quod omninò negamus, quia Monialis patiebatur acutiſſimas lancinationes, diu noctuque ſomnum capere non valebat, Mamilla erat tumida, & rubens; & tamen ſtatimac veſtis fruſtulum Vener. Martyris ſibi applicuit, illicò dolores atrociſſimi penitus euanuerunt, quietiſſimè ipſa dormiuit, & expergefacta, nec tumorem, nec ruborem, aut aliam morbi reliquiam conſpexit, vt de his omnibus plenè conſtat ex dictis tribus Teſtibus indicatis. Quamobrem ſingulis circumſtantijs rectè perpenſis excluditur naturalis cauſa, & ſoli Vener. Martyri tam repentina, & perfecta ſanatio tribuenda eſt.

X. SIGNVM, SIVE MIRACVLVM Sanationis morbi nouennalis, improbat Reuerendiſſimus Fidei Promotor ex diſcordantia Teſtium, altero loquente de affectione capitis, altero de eodem, ac etiam de tumore, tam in capite, quàm in corde, & de dolore propè cor perindè ac ſi nodus ex eo penderet, ipſa vero Sanata reticente affectionem capitis.

Sed quum omnes Teſtes concordent in morbo nouennali, parum refert, quòd alter vnum, alter alterum effectum dicti morbi referant.

Obijcit quoque, ſanationem non ſucceſſiſſe in inſtanti, dicentibus Teſtibus, poſt admotionem Reliquiarum Vener. Serui Dei melius ſe habere cœpiſſe. At in morbo tam inueterato rigoroſa inſtantaneitas non videtur neceſſaria.

Parum obſtante, quod poſt tactum dictarum Reliquiarum perindè ac ſi potentem medicinam ſumpſiſſet, corpus, & inteſtina ſe ſe purgauerint. Quoniam melioratio & hæc ipſa euacuatio ſine vllo pharmaco mirabilis æſtimanda eſt, quum ſæpè placeat Altiſſimo in patrandis Miraculis, medijs naturalibus vti, per ea, quæ tradunt Ioan. Baptiſta Van Helmont. *de magn. vuln. curat. pag. mihi* 481. *num.* 46. 47. *&* 48. Valeſ. *de Sacr. Philoſoph. cap.* 34. *pag.* 305. *in princ.* Torreblanc. *de Iur. Spirit. lib.* 1. *cap.* 9. *pag.* 22. *tergo num.* 18. *& ſequen.* Paul. Vecch. *obſeruat. Medic.* 13. *per tot.*

Quod exindè Sanata in aliam diuerſam infirmitatem inciderit, non derogat præcedenti Miraculo Sanationis alterius morbi, vt patet de S. Petronilla, à D. Petro ſanata, vt diſcumbentibus miniſtraret, cum alijs notatis per Caſtellan. *de Canonizat. Sanctor. quæſt.* 6. §. *quarto an ſit contra* Molpheſ. *conſil.* 46. *num.* 58. Contelor. *cap.* 17. *num.* 22. Panuin. in Relation. Canonizat. S. Bonauent. *poſt* 2. *volum. Opuſcul. d. Sancti par.* 2. *artic.* 6. Simonet. in Relatione Canonizationis S. Franciſci de Paula *in fin. pag.* 47. Maximè quòd valetudinem mirè acquiſitam ad plures menſes continuauit tranſacta quoque integra hyeme, cuius rigore morbi facilè recrudeſcunt, quàm ſanitatis durationem aſſeuerat ipſa Gertrudes de facto proprio, Summario *pag.* 146. *ſub num.* 10. Inſuper quum etiam à poſtrema ægritudine conualuerit ope Vener. Martyris, Summario *pag.* 145. *ſub* §. 7. *& pag.* 146. *dicto* §. 10. *in fine*, potiùs ex hac circumſtantia mirabilius patet auxilium eiuſdem Vener. Martyris.

XI. SIGNVM, SIVE MIRACVLVM Sanationis Phrænetici à Reuerendiſſimo Promotore notatur ex diſcrepantia Teſtium, quum bini oculati referant ſanationem illicò poſt applicitum Cingulum Vener. Martyris, ipſe vero Patiens aſſerat, ſe in dies melius habuiſſe.

Circa quam aſſertam diſcrepantiam duo occurrunt ponderanda. Alterum quod ipſe Patiens Summario *pag.* 146. §. 3. ait: *Adhibito dicto Cingulo mox*

quies,

quies, & ſomnus me excepit, quo antea penitus carebam, & ſic illicò expertus eſt præſidium Vener. Martyris. Alterum quod vbi ſubdit: *& in dies deindè melius habere cœpi*, ſe remittit ad aliorum probationem, quia quum ipſe mentis expers eſſet, diſtinguere nequibat modum ſuæ ſanationis; igitur ſtandum eſt dicto binorum Teſtium de viſu, qui eandem ſanationem in inſtanti ſecutam affirmant, vti fatetur Reuerendiſſimus Fidei Promotor.

Qualitas morbi, ſcilicet Phreneſis clarè patet ex dicto omnium Teſtium cum enarratione effectuum illius, Summario *dicta pag.* 146. §. 1. *&* 5. *pag.* 147. §. 12. *&* 15. Et quum talis morbus tres hebdomadas continuauerit, nec ceſſerit remedijs, quæ fruſtra fuerunt adhibita *dicta pag.* 146. §. 2. 6. *pag.* 147. §. 10. *&* 12. reputari nequit leuis, & accidentalis, quanuis examini ſubiectus non fuerit Medicus, qui non apparet ibi exiſtens, vt ad ferendum teſtimonium vocari poſſet, & dum ſcimus tempus dicti morbi, eumque fuiſſe Preneſim ex actibus cuicuique patentibus, & medicamenta nil iuuaſſe, non egemus Medici teſtificatione.

Sudoris quantitas ex Corpore phrænetico erumpentis in ipſo actu applicationis Cinguli Vener. Martyris non tollit vires Miraculi, quia idem ſudor mirus fuit, quem producere non potuerunt remedia præcedentèr tentata, ſicuti produxit prædicti Cinguli tactus; ac medijs etiam naturalibus ſolere Dominum Miracula edere probauimus paulò ante ad X. Signum §. *parum relleuant*.

XII. SIGNVM, SIVE MIRACVLVM Apparitionis Vener. Martyris, vtpotè vni innixum tantùm Teſti, cui contigit, Apparitio, minimè admittitur; eo quod aliundè probata non ſint cætera extrinſeca, quæ ab alijs Teſtibus affirmari potuiſſent.

Atquì inuaſionis Rhætorum tunc temporis ſunt notoriæ, & probatæ luculenter patent ex pluribus Teſtibus, Summario *Num.* 34. *&* 35. *à pag.* 165. *ad* 172. Timor Patrum Capuccinorum ex Hæreticorum excurſionibus, & conſarcinatio ſupellectilium, ſunt omninò veriſimilia, atque in his non conſiſtit Mirandum, ſed in Apparitione Vener. Martyris Fr. Meinrado, dum ſolus in cubiculo Deum orabat, quod factum quum alijs patere non potuiſſet; ſat eſt, vt ab eodem Religioſo affirmetur, ex allegatis in Informatione *pag.* 23. §. *Hanc miram*.

XIII. SIGNVM, SIVE MIRACVLVM Sanationis dolorum in pedibus, & Arthritidis; quatenus à Reuerendiſſimo Promotore Fidei impugnatur ex iam animaduerſis ſuper VII. Signo circa diſcordantiam Teſtium, vindicatur ex reſponſionibus ibi allatis §. *pro reſponſione cum ſequenti*.

Quatenus vero hìc aduertitur, morbum conſtitiſſe in doloribus, & impedimento pedum, quibus octo dierum ſpatio Nicolaus laborauerat; ideòque ceſſare, aut minui potuiſſe beneficio naturæ, quum præſertim nec ſubita, nec perfecta ſanatio fuerit; ſupplicamus perpendere, quod Infirmus ex nimio artuum dolore pedes, nec etiam in lecto, & ſine graui cruciatu, mouere valuerat, vt narrant ipſe, Summario *pag.* 149. §. 1. *&* 2. eiuſque Vxor *ibidem* §. 4. *&* 6. & Doctor Donſperger §. 8. & Pater Apollinaris *pag.* 150. §. 10. omnes de viſu; tactus autem Infirmus pallio Vener. Martyris, illico, ne dum ſine vllo dolore valuit pedes mouere, ſed è lecto ſurgere, & baculi adminiculo incedere, & paulò poſt abſque alio adiumento liberè deambulauit, immunis ſemper à tali morbo Summario *dicta pag.* 149. §. 2. 6. 9. *&* *pag.* 15. 16. 18. Quamobrem concludendum videtur cum Medico Teſte LIII. Summario *pag.* 150. §. 15. *&* 16. ſuum iudicium proferente: *Cum ergo Arthritis ſit doloroſus effectus ab humorum fluxione, ac congerie natus, qui vt plurimum non niſi longo temporis, & medicamentorum vſu demulcetur; ideò hanc ſubitam ſanitatem diuino munere ob merita dicti Beati Martyris Patris Fidelis inuectam eſſe*; atque in ſimili Arthritidis morbo pro veritate reſpon-

uit

dit pluribus adductis, ſecundum artem, rationibus Paul. Zach. *quaeſt. Medicoleg. tom. 2. lib. X. conſ. 3. per totum*.

XIV. SIGNVM, SIVE MIRACVLVM Subitæ ſanationis grauiſſimæ febris, ex eo impugnatum, quod illi deſit reſtificatio Medici, qui remedia, abſque vllo fructu præſcripſit, ſatis refulget ex alijs Teſtibus, omnia extrema de viſu proprio clarè probantibus, præſertim quod Medicus eſt idem, de quo fit ſermo in ſuperiori XI. Signo, vndè augetur veriſimilitudo, quod fuerit, vel abſens, vel mortuus.

XV. SIGNVM, SIVE MIRACVLVM Reſtitutionis oculi ferè omninò deperditi, non probari, reſpectu Inuocationis Ven. Martyris, niſi à Matre Pueri, quæ eidem votum vouit, Reuerendiſſimus Promotor obijcit. At quum Inuocatio ſatis probata ſit ex vno Teſte de facto proprio, vt ſuperius oſtenſum eſt ſuper VII. Signo §. *quod de Oſſiculi* difficultas ſoluta remanet.

Grauitas autem morbi, & certè incurabilis, patet ex circumſtantijs, relatis à Teſtibus de viſu, Summario *pag.* 152. §. 3. 4. *&* 7. *pag.* 153. §. 11. ac potiſſimè à Teſte XLVI. Medico *dicta pag.* 152. affirmante: *ad prædictum Infantulum ipſe ego accerſitus, ocellum eius penitùs diſluere, atque de eo iam iam actum eſſe ratus, medicamenta adhibenda fruſtra eſſe duxi, ideoque Infantis affectum veluti incurabilem non tetigi. Cur proinde ſubſecutum ſanitatis effectum Miraculo non adſcribamus, non video*. Maximè, quod talis morbus fuerat hæreditarius, vt teſtatur Auia Infantuli *dicta pag.* 152. *in fin. &* 153. *in principio*, idcirco in tàm graui morbo non requiritur, vt ſanatio rigoroſè repentina fuerit, quæ tamen ex abundanti colligi videtur ex dictis Teſtium *dicta pag.* 152. § 6. *pag.* 153. §. 10. *&* 13.

XVI. SIGNVM, SIVE MIRACVLVM Subitæ ſanationis alterius grauiſſimæ febris, ſolùm à Reuerendiſſimo Promotore improbatum, ex eo quod febris è quotidiana in tertianam variauerat, & ob id Infirmitas eſſet in declinatione: vndequaque ſubſiſtit; quia febris poſt variationem afflixerat Ægram tres hebdomadas grauiſſimis ſymptomatibus, ac ſemper morbus periculoſior euadebat, vt de facto proprio, & reſpectiuè de viſu aſſerunt tres Teſtes, Summ. *pag.* 153. §. 1. *pag.* 154. §. 4. *&* 6. *& pag.* 155. §. 10. *&* 11. ex quibus patet, Infirmitatem fuiſſe in augmento, non in declinatione; proptereà ſubita ſanatio miraculoſa exiſtimanda eſt, prout eam exiſtimant Teſtes, & præſertim Medicus *d. pag.* 155. §. 9. aſſeuerans: *planè exiſtimo omninò miraculoſam fuiſſe*, & reddit rationem ſolidè fundatam in pertinacia morbi.

Et clarius Miraculum patet, quod quum tempore infirmitatis cibum quam maximè faſtidiret, hauſta vini potiuncula ex vaſe fictili, quò vtebatur Ven. Martyr, illicò cum ceſſatione febris famem acquiſiuerit, auideque comederit, vt exponit ipſa Sanata *pag.* 154. *ſub* §. 3. eiuſque Ancilla de viſu *Ibidem ſub* §. 8. id quod natura fieri non poterat, quum ad recuperandum cibi deſiderium, ex Infirmitate deperditum, experientia nimis doceat, longum requiri temporis interuallum.

XVII. SIGNVM, SIVE MIRACVLVM Sanationis morbi grauis, probatum apparet ex Matre Pueri ſanati de viſu, & ex Patre Meinrado paritèr de viſu, & ex Ancilla dictæ Matris de auditu illius, & Mariti defuncti, paritèr oculati, & ex Medico de auditu, Summario *pag.* 155. *&* 156. Quamobrem quum primum Extremum habeatur ex binis Teſtibus de viſu, & altero de auditu Patris Pueri oculati; Probatio videtur ſufficiens.

Quamuis enim Reuerendiſſimus Promotor aduertat, Patrem Meinradum vidiſſe Puerum grauiter Infirmum quinque dies ante Inuocationem Ven. Martyris, & hunc tali ſpatio conualeſcere potuiſſe, hęc poſſibilitas excluditur à Matre, aſſerente, tempore applicationis Reliquiarum Filiolum in agone poſitum extitiſſe, Summario *d. pag.* 155. §. 3. & ipſe Pater Meinradus aſſeruit: *cum eum ante quinque circiter dies viſitaſſem, taliter iam diſpoſitum tunc temporis inueneram, vt non putarim illum amplius in vita ſer-*

 uan-

nandum fore, Summ. *pag.* 156. *ſub* §.9.

Quod Mater tantum loquatur de Inuocatione Ven. Martyris, & de applicatione Reliquiarum illius, vt obijcit Reuerendiſſimus Fidei Promotor, præter reſponſum ſuperiùs datum, quod ad hoc medium probandum ſufficit vnicus Teſtis; remouetur obiectum ex facto, quia Pater Meinradus rogatus pro dictis Reliquijs, ad hunc finem eas elargitus fuit, vt ipſe aſſerit *dicta pag.* 156. §.8.

Redarguitur à Reuerendiſſimo Promotore *pag.* 186 §. *Accedit* teſtificatio Matris Puerulí ex contradictione inter ipſam, & Medicum; ea excludente medicinarum vſum, cui concordat Frater Meinradus; Medico verò affirmante ex auditu ipſius Matris, medicamina fuiſſe adhibita.

Ad quam contradictionem eluendam ſat eſſet dicere, quod nullibi apparet, Medicum locutum eſſe de auditu Matris, quum non exprimat à quo Miraculum audiuerit, Summario *dicta pag.* 156. §. 10. 11. *&* 12. propterea ſtandum eſt potiùs dicto Matris, & Patris Meinradi de viſu, quam dicto Medico de auditu alieno.

Præterea Miraculum eò magìs æſtimandum eſt ob peſſimam qualitatem morbi, eo anno in illa regione adeo graſſantis, vt quamplurimi eo interirent, ſicuti narrant Mater Pueri, & P. Meinradus *d. pag.* 155. §. 1. *& pag.* 196. §. 7. Proinde Puerulus hac lue per menſem grauiſſimè afflictatus, vel obire omninò debebat, aut ſaltem illico ad tactum Reliquiarum Ven. Martyris ſanari nequaquam poterat, prout repente ſanatus eſt *d. pag.* 155. *& pag.* 156. § 9.

XVIII. SIGNVM, SIVE MIRACVLVM Sanationis Catharri grauiſſimi, ſeu Arthritidis, impugnatur á Reuerendiſſimo Promotore reſpectu primi Extremi, quod ſcilicèt morbus eſſet incurabilis, quum Medici adhibiti putauerint, ſe Infirmum medelis curaturos.

Sed Teſtis XIII. ſic equidem, & verum dixit, quia numquam Medici inquiunt, ſe Infirmum curare non poſſe, nec ità aſſerere ſibi proficeret; at idem Teſtis poſt verba adducta à Reuerendiſſimo Promotore ſubiungit; *attamen ſpectare debui, quod ſemper peius, & deteriùs habere cœperit* Summ. *pag.* 157. *in princ.* & concordat Vxor dicti Teſtis inquiens: *ad quem expurgandum licèt nullis ſumptibus pepercerim, ſed multas, & varias medicinas adhibuerim, & Doctores Medicos, Chirurgos, & Pharmacopolas conſuluerim, ſemper in deterius creuit*, Summ. *dicta pag.* 157. §. 6. & conſonat Ancilla eorumdem *Ibidem* §.14. Et ſic ex ineſſicacia remediorum morbus apparuit incurabilis. Maximè quod cauſa, & eſſentia dicti morbi non obſcurè, ſed clarè aperitur à Medico, ex ipſis verbis à Reuerendiſſimo Promotore exaratis. Quotieſcumque autem remedia adhibita comperiuntur inutilia, & morbus deterior exindè fit, ſubſecuta ſanatio euidentius redditur miraculoſa, quum *Luc.* 8. de Hemorrohiſſa ſanata, ad maiorem Miraculi certitudinem à Chriſto patrati, narretur; *Mulier quadam erat in fluxu ſanguinis ab annis duodecim, quæ in Medicos erogauerat omnem ſubſtantiam ſuam, nec ab vllo potuit curari*; in quem locum S. Bonauentura optimè ait; *probabile, ſi curabilis fuiſſet ægritudo, quod per artem fuiſſet curata, attamèn ars non profuit*, & paucis interiectis: *vbi natura arti non proficit, magis nocet, vt in hac Muliere*; & plura in id adducunt Auditores Rotæ in Relatione Canonizationis S. Thereſiæ *ſub* 11. *Miracul. poſt mors*; & B. Pii V. *in* 3. *Mirac.*

Inuocatio Ven. Martyris ex ſola Patientis aſſertione ſatis probatur ex ſuperiùs adductis ad VII. Signum *ſub* §. *quod de Oſſiculis*, & inſuper refertur etiam ab illius Ancilla, Summ. *pag.* 157. §.15. quæ licèt non reddat cauſam ſcientiæ, attamèn quia vti Famula in eadem domo morabatur, & tanquam talis ſuæ Dominæ infirmæ inſeruiebat, ambigendum non eſt, quin fuerit præſens, prout etiam colligitur ex ipſius verbis, licèt id non explicet.

Inſtantanea ſanatio patet ex ipſa Patiente, eiuſque Marito de viſu *d. pag.* 157. §.4.

§.4.*&*.8. nec excluditur ab Ancilla ex verbis datis à Reuerendiſſimo Promotore: *melius habere cepit*, quia ea declarans illicò dixit: *quò facto, implorata ſcilicèt Ven. Martyris ope, quàm primum melius habere cepit, ità quidem vt catharrus ille moleſtus, & periculoſus, abſque alio medio (quantum mihi conſtat) euanuerit, & illa hactenus benè valuerit*, Summ. *d. pag.* 157. §.16. Quum igitur morbus à catharro prouenirer, eo ipſo, quod iſte illicò ceſſauit, & benè exindè ſemper Infirma ſe habuit, vt omnes Teſtes aſſeuerant, ſanatio fuit inſtantanea, & auxilio Ven. Martyris tribuenda.

XIX. SIGNVM, SIVE MIRACVLVM Sanationis Amentis excludere nititur Reuerendiſſimus Fidei Promotor, ex eo quod amentia fuit vnius diei cum dimidio, quem potius appellat accidentalem oppreſſionem cordis ex abundantia ſanguinis, ob grauem afflictionem animi, ac ex eo quod eidem Mulieri mane ſequenti ſecta vena fuerit, & ante horam nonam, qua ei applicitæ fuerunt Reliquiæ Ven. Martyris, meliùs ſe habere ceperit, ac die ſequenti ſanitatem recuperauerit, quod naturæ, ſectæque venæ beneficio contigerit.

Circa autem ſpatium vnius diei cum dimidio, quo Mulier amentiam paſſa fuit, perpendendum eſt, quod quatuor ante dies ex prolapſu Filij ex arbore iàm perterrita ingentes cordis paſſiones ſuſtinuit, vt eadem Patiens affirmat, Summ. *pag.* 158. *ſub* §.1. & eius Vir *Ibidem ſub* §.4. poſtea ſucceſſit amentia, & vti talis bene cognita à Teſtibus, & potiſſimum à Chirurgo *d. pag.* 158. §.8.6. *&* 10.

Sectio venæ, & alia remedia per Chirurgum exercita, nil profuere, ſed morbus in deterius iuit, vt præter Maritum *d. pag.* 158. *ſub* §.4. *verſ. & quamuis*, teſtatur Chirurgus *Ibidem* §.11. *&* 12.

Inſtantaneitas non eſt ſumenda ab ipſa Patiente, quæ, vti amentiæ morbo preſſa, diſtinguere nequibat, an ſubitò ad mentis ſanitatem rediiſſet; ſed à Chirurgo, qui ità loquitur: *E contra verò quamprimum circa nonam, aut decimam horam (poſt venæ ſectionem) Reliquias de Patris Fidelis habitu in faſciculum inſutas &c. mihique in manus traditas, ego ipſe collo huius Mulieris appendiſſem, vidi magna cum admiratione, quod mox hoc facto ipſa Mulier quieta, & pacata reddita ſit, cum tamèn ante omninò tumultuans, & inquietà fuerit, & vno verbo non aliam, quàm ſe amentem exhibuerit*, Summario *pag.* 159. §.13. *&* 14. nec diſcordat Maritus *pag.* 158. §. 5. *&* 6. dicens: *Et eas* (Reliquias) *collo meæ Vxori appendiſſemus, ipſa quamprimum quieuit, non amplius ità, vt antea tumultuans, & delirans, ſed infrà ſpatium vnius diei, ac dimidij omninò iterum mentis compos facta fuit*. Vndè liquet, illicò poſt appenſas collo Reliquias Barbaram expertam eſſe mirum Ven. Martyris auxilium.

XX. SIGNVM, SIVE MIRACVLVM Liberationis Energumenæ, reuocatur in dubium à Reuerendiſſimo Promotore, propterea quod certè non conſtet, Mulierem fuiſſe à Dæmone obſeſſam ex circumſtantiis adductis, & plenè non probatis. At ſingulas recenſendo, eiſque ſimul iunctis clarè patebit hoc primum Miraculi Extremum.

Prima enim circumſtantia confeſſionis Muliereulæ, in carceribus emiſſæ, quod quum Obſtetricis loco procuraſſet Infantulam, eam Dæmoni deuouiſſet, probatur, vt Reuerendiſſimus Promotor admittit, ex ipſa Sanata de auditu Matris, Summario *Num.* 33. *pag.* 156. §.1. & ex Teſte XC. de publica voce, & fama *pag.* 162. *ſub* §.14. quorum Teſtium probatio roboratur ex veriſimilitudine quod tales Mulierculæ munus Obſtetricium affectantes ſtigiam artem exerceant, ex traditis à Martin Del Rio *Diſquiſit. Magic. lib.* 3. *quæſt.* 4. *ſect.* 2. *pag.* 284. *col.* 1. *litt.* D.

Secunda circumſtantia plurium, & immanium corporis agitationum, plenè per Teſtes oculatos demonſtratarum, non videtur fallax, vt dicitur à Reuerendiſſimo Promotore, eo quod conueniat aliis morbis muliebribus, nempè vterinis. Quoniam hic morbus agnitus fuit in ætate tenella ante-

quam Catharina vteri effectus experiri poſſit, vt refert ipſa de facto proprio *pag.160.in princ.* ac certiùs eiuſmodi exagitationes à Dæmone factæ dignoſcuntur ex vi magna ſupra ſexum, & ætatem Puellæ; Teſtis enim LXXXIX. Summario *pag.162. in princ.* inquit : *tunc crudeliter exagitare cœperunt miſeram illam Mulierem, itaut quatuor viri vix illam continere potuerint*. Teſtis verò XC. *pag.133.ſub* §.17. narrans huiuſmodi exagitationes ait : *frenum adeò fortiter, & indignabunda apprehendit, ac tenuit, vt digitos eiuſdem conſtrictos vix aperire valuerimus*; & Teſtis XCI. poſt plures horribiles actus *d.pag.164.ſub* §.23. inquit : *tunc eadem Energumena tantis furijs agitata eſt, vt eam vſque VeldKirchium perduci poſſe plenè deſperauerimus; ipſa enim vincula violenter diſſoluit, & rupit, chirothecaſque abiecit, & vix tentam cum magnio labore, & difficultate eam de nouo ligare, & ex vtraque parte continere potuimus*.

Ex hac autem circumſtantia ſignum oritur euidens Dæmoniacæ Obſeſſionis, vti obſeruat inſignis, & experriſſimus Exorciſta Pater Candidus Brognol. *in Alexicacon.tom.2. diſput.4. art.5. de ſign. quib. maleſic. & obſeſſion. cognoſc. quæſt.2.pag.198.col.1.num.27.& 28.* vbi ait: *vociferationes, clamores, ſciſſio veſtium, arrotationem dentium, & quæcumque corporis agitationes ſine vlla cauſa, ſi Patiens non eſt ſtultus, & hæc ei diſpliceant, & cognoſcat illa, & nollet : ſignum eſt euidens. Vis, ſeu impulſus ſupra naturam Patientis, vt cum homo natura debilis non poteſt teneri à multis, cum morſibus, ac dentibus frangit ferrum, & alia ſimilia, de quibus ſupra : eſt ſignum euidens*.

Tertia circumſtantia, ex eo quod mortem ſibi incutere vellet, crinium floccos ſibi euelleret, & caput parieti crudeliſſime allideret, perindè ac ſi grandis quidam malleus muro impingeretur, vt refert Teſtis XCI. de viſu, & de auditu proprio, ac etiam Mulieris videntis, Summario *pag. 164. ſub* §. 21. cum quo Teſte concordat in aliquibus ipſa Patiens *pag. 160. ſub* §. 2.

Et hæc quoque circumſtantia certum ſignum præbet Obſeſſionis Dæmonis, vt aduertit idem P. Brognol. *cit.art.5.quæſt.1.pag.193.col.2.in princ.num.1.* inquiens : *Si homo inopinatò ſine vlla præcedente cauſa velit ſibi mortem inferre, itaut ſe ſaxis collidat, in ignem ſe immittat, ac præcipitem det, nec tamen ſequatur ſibi aliquod malum; ſignum eſt euidens, Dæmonem adeſſe hæc mala volentem, & intentantem, ſed Deum Diabolicam malitiam impedientem, & Patientem ab huiuſmodi periculis præſeruantem*. Item *pag.195.col.1.in fin. num.1.* ſubiicit : *Quando nulla præcedente tribulatione, vel perſecutione agitatus quis ſe deſperat, ac propterea nunc veſtes, ac propria membra dilacerat, nunc pugnis ſe percutit &c. aliquando ſaxis ſe collidit &c. Dæmoniaca præſentiæ ſignum eſt euidens, ſi hoc faciat contra ſuam propriam voluntatem*.

Quarta circumſtantia, ex moleſta tentatione propriam Matrem occidendi, quam cæteròqui tenerrimè amabat, vt aſſerit ipſa Patiens *dicta pag. 160. ſub* §. 2.

Ex qua itidem circumſtantia certum ſignum præſentiæ Dæmonis colligit idem Pater Brognol. *dicta quæſt. 1. pag. 194. col. 2. num. 1.* dicens : *Quando quis, puta Maritus odio habet Vxorem præſentem vehementèr diligit, vel è conuerſo Vxor Maritum, vel Pater Filium, aut Filius Patrem, Mater Filiam, aut Filia Matrem, vel alias huiuſmodi perſonas, quas natura ipſa amare docet, ſi hoc ſit contra propriam voluntatem, nec adſit aliqua ratio ad odium excitans: ſignum eſt euidens*.

Quinta circumſtantia, ex eo quod per plures dies nullum cibum ſumeret, ſicuti affirmant Patiens, Summ. *d.pag.* 160. §.4. & Teſtis XCI. de viſu *cit. pag.164.ſub* §.21. loquens de octo integris diebus, & nihilominus ingenti robore, & fortitudine virium Obſeſſa pollebat, vt in prima circumſtantia.

Et hinc pariter certum ſignum elicit prælaudatus Auctor *pag.196.col.1. ante med.* qui ita inquit : *Quando vltra ſeptem, vel nouem dies Patiens nihil comedit, vel parùm, & tamen fortis eſt, & pinguis, ſicut prius; ſignum eſt euidens, eſſe Dæmoniacum, ſiue Diabolicum*.

Sexta

Sexta circumſtantia ex difficultate degluttiendi Auguſtiſſimam Eucbariſtiam, dum Obſeſſa duodecimum annum agebat, & deindè quampluriès continuata, de qua loquitur ipſa Obſeſſa de facto proprio *cit. pag.* 160. §. 2. *ſub initium*, & Teſtis XC. de auditu *pag.* 161. §. 15. Iuncta renitencia accedendi VeldKirchium, intrandique ſacram Ædem, qua Cranium Ven. Martyris aſſeruabatur, cum immanioribus tunc cruciatibus malignorum ſpirituum, de quibus teſtificantur ipſa Patiens *pag.* 161. *ſub* §. 6. Teſtis LXXXIX. de viſu, *Ibidem* §. 10. *& pag.* 162. *ſub* §. 17. & Teſtis XCI. ſimiliter de viſu *pag.* 164. §. 23. *& pag.* 165. §. 24. Addito etiam, quod ſanctiori tempore Aduentus magis turbulenta, & furibunda conſpiciebatur à Teſte XCI. *dicta pag.* 164. §. 21.

Ex his quoque non obſcurum indicium elijcitur ab eodem P. Brognol. *pag.* 194. *col.* 2. *ad med. num.* 2. dicente: *Quando quis abſque vlla cauſa fugit Sacerdotes, Eccleſias, diuina Officia, Miſſarum celebrationi aſſiſtentiam, quamuis aliàs ſit deuotus, & timorata conſcientia.* Idemque tradit *pag.* 195. *col.* 1. *in princ. num.* 4. ibi: *Quando magis triſtatur ac dolet in vigilys, atque ſolemnitatibus maioribus, vt in Quadrageſima, Aduentu &c. & ſit hoc pluries à ſe obſeruatum.* Iſtudque ſignum certum exiſtimatur à Codrunch. *de Morb. veneſi. lib.* 3. *cap.* 13. & à Fernel. *de addis. re. cauſ. lib.* 3. *cap* 16.

Septima circumſtantia, ex eo quod plura Medicorum remedia fruſtra adhibita fuerint, ſicuti refert ipſa Sanata *d. pag.* 160. §. 3. Id circò eidem inſinuatum fuit à Viro Religioſo, quod ad cœleſtia auxilia recurreret, *ibidem*; vndè plures peregrinationes ſuſcepit, & præſertim Mediolanum ad Sepulcrum S. Caroli Borromæi perrexit, vbi vna cum alijs Energumenis, exorciſmis adiuta fuit, abſque eo quod à Dæmonis obſeſſione liberaretur, *d. pag.* 160. §. 5. & à pluribus Sacerdotibus Dæmones fruſtra ſacris carminibus ciuratos fuiſſe admittit Reuerendiſſimus Fidei Promotor *pag.* 187. §. *iſteque defectus.* Qui Sacerdotes non fuerunt ſubiecti examini, quia tempore conſtructi Proceſſus neſciebatur, an viuerent, & vbi degerent.

Inutilitas autem remediorum naturalium ſuadet, morbum eſſe Dæmoniacum, ex dicto Patre Brognoli *pag.* 198. *col.* 2. *in princ.* aſſerente — *Denique ſi morbus in eodem ſtatù perſeuerat poſt adhibita à medica artis Peritis varia remedia, quibus Infirmus iuuari non valet; ſed morbus exaſperari, & in dies augeri comperitur; nam hoc euidentiſſimum ſignum eſſe maleficy fatetur Sennertus &c.* cui etiam adhæret Schenck, cæteroqui omnia naturalibus cauſis adſcribens *Obſeru. Medit. lib.* 7. *tit. de Dæmoniac. obſeruat.* 2. *ſub verſ. Quædam Puella.*

Octaua circumſtantia, ex locutionibus de rebus remotis, & incognitis, exindè effectu comprobatis; vt aſſeuerat Teſtis LXXXIX. de auditu proprio, & experimento *pag.* 162. §. 12.

Quam circumſtantiam ponderat idem Auctor pro ſigno certo *pag.* 196. *col.* 1. *ad fin. num.* 3. his verbis: *Quando prædicit futura; vel quæcumque ſibi ipſi occulta, quæ excedunt intellectum humanum, non tamen intellectum Diabolicum: Dæmoniacus eſt, vel Diabolicus*, ac etiam exiſtimare videtur Reuerendiſſimus Fidei Promotor *pag. eadem ante* §. *nec videtur.*

Noña circumſtantia, ex confeſſione ipſius Dæmonis, per os Obſeſſæ conquerentis nimiùm ſe torqueri, ac vri à Ven. Patre Fidele, refertur per Teſtem XC. de proprio auditu, dùm preces fundebantur pro Energumena ad Ven. Martyrem *pag.* 163. §. 18.

Quæ circumſtantia, ne dum probat obſeſſionem Diabolicam, ſed qualificat Ven. Martyrem, quum ſimilis confeſſio Dæmonis extollatur ad gloriam S. Vitalis Martyris in 3. lect. Offic. ad diem 28. Aprilis; ſimilia enim verba ibi leguntur, nimirum — *Tu me nimium Vitalis Chriſti Martyr incendis*. Et S. Ambroſius aduerſus Arianos ad probandum merita Sanctorum Martyrum, eiſque debitum cultum, vtitur aſſertione Dæmonum *Serm. in Feſto SS. Geruaſy, & Protaſy*: inquiens: *In tantum amentia prodeunt, vt negent*

Mar-

Martyrum merita; quorum opera etiam Dæmones confitentur; & paulo poſt: *Nunc audiſtis clamantes Dæmones, & confitentes Martyribus, quod pœnas ferre non poſſunt, & dicentes: quid veniſlis, vt ante tempus nos tàm grauiter torqueatis?* Et fere ipſiſſima verba, quæ protulit hæc Obſeſſa, ſeu Dæmon per os eiuſdem, multum æſtimarunt ad veram Obſeſſionem comprobandam Auditores Rotæ in Relatione Canonizationis S.Caroli Borromæi *Mirac.17.verſ.in caſu propoſito.*

Decima, & poſtrema circumſtantia, ex maleficijs miro modo ex Obſeſſæ corpore eiectis, ſcilicet primum, conſiſtens in lignea fiſtula, refertur à duobus Teſtibus ocularis, nempè XC. & XCI. *pag.163.§.19.& pag.165.§.26.* & ſecundum, in claui rubiginoſa, de qua loquitur Teſtis LXXXIX. de viſu *pag.162.in princ.*

Proindè hæc maxima circumſtantia non eneruatur ex diſcordia Teſtium, à Reuerendiſſimo Promorore ponderata *d.pag.187.§.nec videtur.* Nam iſta inſtrumenta ſunt meleficia diſtincta, & diuerſis diebus ab Energumena eiecta, quod clarè patet, aduertendo, quod eiectio fiſtulæ ligneæ prius facta fuit abſque eo quod Obſeſſa liberata extiterit, vt dilucidè explicat Teſtis XC. *pag.* 163. §.19. vbi ait: *mox ceſſante vexamine Diabolus reddidit primum maleficium, fiſtulam ſcilicet ligneam, quæ miro modo à Corpore dictæ Catharinæ in terram cecidit; verumtamen nec dùm præfata Catharina plenè libera remanſit*; in quo concordat Teſtis XCI. loquens de eiectione eiuſdem ligneæ fiſtulæ *pag.* 165. §. 26. ſic enim inquit: *Et verum eſt, quod ibidem cum eſſemus dicto die Dominico poſtquam Energumena miſerabiliter afflicta fuiſſet, demum fiſtula quadam lignea vnius culiri longitudine, miro modo ab eadem Catharina Energumena in terram cecidit; ſequenti die Martis ego cum memorato Iacobo Suter VeldKirchio deſcendentes &c. domum verſus iter inſtituimus; & quidem præfatam Catharinam VeldKirchij reliquimus, vt ibi ſuam deuotionem continuaret, donec ob merita, & intercęſſionem dicti Serui Dei, ac Martyris P. Fidelis plenam ſanitatem, ac liberationem impetraret; breui autem poſt fama Abbatiſcellæ percrebuit, dictam Catharinam die Iouis proximè ſequenti, quæ fuit dies 27. Menſis Ianuarij anni currentis 1628. per merita, & patrocinium dicti Serui Dei &c. omnino liberatam extitiſſe.* Ex his autem duorum Teſtium oculatorum aſſertionibus clarè patet, Obſeſſam tempore eiectionis ligneæ fiſtulæ non fuiſſe liberatam à Dæmone, & à priore ex dictis binis Teſtibus etiam comperitur, dictam ligneam fiſtulam fuiſſe primum maleficium eiectum; Teſtis verò LXXXIX. referens electionem clauis rubiginoſæ, loquitur de eiectione alterius maleficij, per quam Mulier libera remanſit à Dæmonis poſſeſſione; ecce *ex pag.161.§.8.* eius verba: *Ea ſpe vt ob merita, & patrocinium eiuſdem B. Martyris liberaretur a Dæmonum obſeſſione, quam tunc patiebatur, ſequentibus diebus 25. 26.& 27. eiuſdem Menſis Ianuarij ego ipſemet vidi præfatam Catharinam &c. in Eccleſia Patrum Capuccinorum VeldKirchij, vbi Mulier illa ſuam deuotionem continuabat ad Reliquias dicti Serui Dei, vt eius patrocinio liberari poſſet, de facto liberata fuit; cum enim perſeueraſſet in ſua deuotione, & viſitatione præfatarum Reliquiarum vſque ad prædictam diem 27. Ianuarij, tunc plenam liberationem mirabiliter conſecuta eſt.* Exponens deindè modum relatæ liberationis *pag.162.in princ.* ſubiungit: *Et ecce mox eadem Catharina deformem quandam, & rubiginoſam clauem eijcere viſa eſt &c. quo facto ceſſauit omnis vexatio, & eadem Catharina ad ſe reuerſa veluti reuiuiſcere viſa eſt, & ſic plenam, & perfectam ſanitatem, ac liberationem conſecuta eſt.* Ex quo Teſte euidentèr colligitur, hanc deformem, & rubiginoſam clauem eſſe diſtinctam à fiſtula lignea, relata ab alijs duobus Teſtibus, & vltimo loco eiectam quando ſucceſſit mirabilis liberatio, nimirum die 27. Iunij, vt refert XCI. Teſtis in verbis ſupra exaratis; quando verò Obſeſſa ligneam eiecit fiſtulam, liberata non remanſit, vt apertiſſimè dicunt dicti Teſtes XC. & XCI. Quum igitur clauis rubiginoſa fuerit ſignum cui-

dens

dens huius Miraculi, non eſt mirum, quod aſſeruetur Veldkirchij, vt inquit idem Teſtis LXXXIX. *d. pag. 162. ſub initium.* Parum obſtante, quod Iudices Remiſſoriales eam ſibi exhiberi neglexerint, quia qualitas illius per ipſos inſpicienda, nil conferre poterat ad veritatem Miraculi, optimè à Teſtibus comprobati.

Quod verò nemo ex Teſtibus referentibus ligneam fiſtulam, & rubiginoſam clauem miro modo è corpore Mulieris eiectas, clarius explicauerint, in quo conſiſteret dictus mirus modus eiectionis, eo ipſo quod non dicunt ex ore, aliud non dixiſſe, debitæ modeſtiæ tribuendum eſt.

Hæc autem circumſtantia eiectionis inſtrumenti eſt ſignum euidens obſeſſionis, vt docent Spreng. *in Mall. Malefic. par. 2. quæſt. 1. cap. 13.* Codrunch. *de morb. malefic. lib. 2. cap. 4.* Remig. *lib. 3. Dæmonol. cap. 1.* Beniuen. *lib. 1. de admirand. morb.* Io: Long. *lib. 1. Epiſt. 38.* Cæſalpin. *de Inueſtigat. Dæmon. cap. 22.* & plenius Cornel. Gemma *lib. 2. de diuinit. Caracteriſm. cap. 4.* Sennert. *med. pract. tom. 3. lib. 6. pag. 9. cap. 6.* Martin. del Rio *diſquiſit. Magic. lib. 3. quæſt. 3. ſect. 6. per tot. a pag. 229. ad 302.* Idque admittitur in Ritual. Roman. approbato à Paulo V. *tit. de ſign. malefic. deſtruend.* in hæc verba: *Iubeat Exorciſta Dæmonem dicere, an detineatur in illo corpore ob aliquam operam magicam, aut maleficam, ſigna, vel inſtrumenta, quæ ſi Obſeſſus ore ſumpſerit, euomat, vel ſi alibi extra corpus fuerint, ea reuelet, & inuenta comburantur.* Et ex hac eiectione maleficij indubiam Obſeſſionem iudicarunt Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum Ven. Gregorij Papæ X. *in 9. Mirac. §. fin.* ibi: *quia euomuerit multa, quæ humana natura non patitur*, & Ven. Catharinæ Ricciæ *in 3. Mirac. §. Quod igitur poſt medium.* Maximè quod clauis, & fiſtula miro modo, vt dicunt Teſtes, exierunt è corpore Obſeſſæ ad tradita per Sennert. *cit. cap. 6.*

Et hæ omnes circumſtantiæ ſimul iunctæ manifeſtum faciunt, hanc Mulierem verè fuiſſe à Dæmone obſeſſam.

Liberatio autem eiuſdem ex Inuocatione, & Reliquijs Ven. Martyris probatur ab ipſa Pariente de facto proprio *pag. 161. §. 7.* à Teſtibus LXXXIX. XC. & XCI. de viſu. *Ibidem §. 8. 9. & 10. & pag. 162. §. 11. 13. & 16. pag. 163. §. 18. 19. 20. & pag. 165. §. 25. & 26.* Abſque eo quod Teſti LXXXIX. obſter contradictio circa inſtrumentum ab Energumena emiſſum, à Reuerendiſſimo Promotore notata, *d. pag. 187. §. vlterius dato*, quum dicta contradictio penitus ceſſet ex ſupra proximè dictis. Quamobrem hoc Miraculum remanet ſolidiſſimum, & ſecundi ordinis exiſtimatur ab Eminentiſſimo Lauræa *cit. diſputat. 29. art. 7. num. 131. cum ſeptem ſequen. pag. 504.* & liberationes huiuſmodi, leuioribus tamen circumſtantijs munitas, approbarunt Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum Beati Pij V. *par. 4. de Mirac. in 1. Mirac. ante obit.* B. Aloyſij Gonzagæ *in 7. Mirac. poſt obit.* S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis *in 4. Mirac. in Vit.* S. Caietani *in 6. Mirac. poſt mortem*, & in alijs multis.

XXI. SIGNVM, SIVE MIRACVLVM Apparitionis Ven. Martyris in militari conflictu, deficiens dicitur à Reuerendiſſimo Promotore in identitate perſonæ ipſius Ven. Martyris, nam quod Capuccinus viſus medius inter duos alios, fuerit Pater Fidelis, arguitur tantum à Teſtibus.

Verum, præterquamquod Teſtis XLIV. Summ. *pag. 166.* ait, talem reputatum fuiſſe ab ipſis hoſtibus Rhætis, argumentum dictorum Teſtium eſt vehemens, ac ſolidum; quia in exercitu ſolum aderant Pater Alexius eiuſque Socius, vt aduertunt Teſtes XXX. *pag. 166. in princ.* XLIV. *Ibidem ad med. depoſition.* LXI. *d. pag. 166.* & VII. *pag. 167. poſt principium*; Quumque eo viſu hoſtes perterritos, & conſternatos ſe fateantur, nil vero ſimilius, quam quod fuerit P. Fidelis, ab ipſis Martyrio affectus, & Regionem Catholicorum de Cœlo propugnans.

Subdit Reuerendiſſimus Promotor *pag. eadem 187. §. inſuper*, quod ſi vnam ex dd. Teſtibus fuiſſe aſſeramus, ſicuti aſſerimus, apparitionem, Teſtes inter

ter

ter ſe ſe diſcordare in multis, quæ tamen eorum fidem non minuunt.

Quod etenim Teſtis XLIV. referat tertij Capuccini, reputati Ven. Martyris, ſtaturam, quam non recenſet Teſtis XXX. nihil officit, quum neceſſe minimè fuerit ad veritatem apparitionis, quod ſtatura Ven. Martyris à ſingulis Teſtibus explicaretur.

Sic non refert, quod dictus Teſtis XLIV. non exprimat vibrationem enſis, de qua loquitur idem Teſtis XXX. quia vis conſiſtit in apparitione Ven. Martyris, & in pauore, & conſternatione hoſtium ex illius aſpectu, in quibus Teſtes concordant, ac in præfata circumſtantia concordat Teſtis VII. vt Reuerendiſſimus Promotor admittit.

Quod Teſtis V. dicat, apparuiſſe binos Capuccinos, equis albis inſidentes, is loquitur de alia apparitione, vt apertè liquet ex narratis ab ipſo, quæ apparitio adducta fuit ad oſtendendum, non ſemel Ven. Martyrem ſe Regionis propugnatorem exhibuiſſe.

Sicuti etiam de alia apparitione loquitur Teſtis VIII. poſt diſceſſum exercitus à loco Stainsbergh; quapropter non refragatur, quod hic Teſtis afferat, fuiſſe in aera viſum Ven. Martyrem geſtantem Crucem. Apparitio enim, quam præcipuè adduximus, eſt prior, quam referunt concorditer Teſtes XXX. XLIV. LXI. & VII. quibus propterea obijci nequit ſingularitatis exceptio.

XXI. & VLTIMVM SIGNVM, SIVE MIRACVLVM Recuperationis Engadinæ, miris circumſtantijs ſecutæ, Reuerendiſs. Promotor non admittit; quanuis enim non impugnet probationem nebulæ, & præcedentem prædictionem V. Martyris de loci recuperatione, attamen obijcit, fauorem dictæ Nebulæ, ob quam Engadinam noſtri recuperarunt, adſcribendum videri auxilio Beatiſſimæ Virgis, ex verbis V. Teſtis, à Reuerendiſſimo Promotore recenſitis *pag.* 188. *ut præmiſſo*.

At Mirandum non reſidet in ipſa recuperatione Regionis, eſto quod hæc adſcribenda ſit apparitioni Deiparæ, ſed in prædictione Ven. Martyris, quod dicta Regio amitteretur, & recuperaretur, quam prædictionem refert etiam dictus Teſtis V. in verbis proximè præcedentibus adductam à Reuerendiſſimo Promotore, quæ extant in Summario *Num.6. pag.62.§. 9. &* 10. & comprobant cæteri Teſtes *pag.63. & 64. & dicto Num.35. pag.*171. §. 4. Eo magis, quod in maximo illo rerum diſcrimine V. Martyr inuocatus extitit *d. pag.* 171. §.9. *&* 10. *pag.*172. §.12. qui propterea Deum, & Beatiſſimam Virginem veriſimiliter exorauit, vt Militibus Catholicis cæleſte præberetur auxilium, quod fuit eo periculo præſtitum, vt bene ponderat VIII. Teſtis *d. pag.*171. §.9.

TOT igitur, & tantis, ne dùm Signis, ſed verè, & rigorosè Miraculis, Martyrium plenè vndequaque probatum, vt ſuperius oſtenſum eſt, illuſtrius maximè effulget; ideoque libentius V. Patrem Fidelem inſignem, & glorioſum Martyrem delarandum fore ſperamus,

Quare &c.

Frigdianus Caſtagnorius
E Colleg. Patron. Cauſ. S.P.A.

Reuiſa
Bernardinus Peregrinus Fidei Subpromotor.

CONSTANTIEN., SEV CVRIEN.

Beatificationis; Canonizationis, & Declarationis Martyrij

VEN. SERVI DEI FR. FIDELIS A SIGMARINGA

Sacerdotis Religioſi profeſsi Ordinis S. Franciſci Capuccinorum, & primi ex Miſsionarijs Sac. Congregationis Propagandæ, in odium Fidei ab Hæreticis interempti.

RESPONSIO

Ad quaſdam Obiectiones.

INDICVLVS

Contentorum in hac Reſponſione.

1. *OCcaſio huius Reſponſionis.*
Monitum S. Cypriani.
2. *Defectus probationis Martyrij materialis, ex quo Teſtes non ſunt contesti de nece inflicta ab Hæreticis.*
Pariſicatio Cauſarum criminalium.
3. *Omittitur diſcuſſio dictæ pariſicationis.*
Ex inditijs indubitatis in criminalibus Reus condemnatur.
Etiam in pœnam ordinariam, & vltimi ſupplicij.
Inditia indubitata quæ ſint.
Ex multis inditijs dubitabilibus perficitur vnum inditium indubitatum, & ad condemnationem ſufficiens.
Singula iunguntur ad probationem criminis, probatu difficilis.
Etiamſi non reſultet certa credulitas Iudicis.

A Supre-

2 Suprema Tribunalia poſſunt infligere pœnam ordinariam ex indi-
tijs.
4. Adducitur plena probatio mortis violentæ Patris Fidelis.
5. Ex dicta plena probatione mortis violentæ reſultat inditium indubitatum; quod eadem mors inflicta fuerit ab Hæreticis, arguendo à partium ennumeratione.
Pater Fidelis non potuit ſibi mortem infligere, neque à Catholicis dici debet occiſus; ergo ab Hæreticis.
6. Certius fit indicium ex antecedentibus, nempè ex odio Hæreticorum in Patrem Fidelem propagantem Religionem Catholicam, excitantium ex hoc tumultum.
7. Contra ipſum Concionantem exploſa fuit bombarda.
8. Alter Capuccinus, illius Socius, vulneratus, & captus fuit.
9. Mors illicò poſtea violenter ſubſecuta, infligi non potuit, quam ab Hæreticis.
Ex actibus antecedentibus, & delicto propinquis, probatur ipſum delictum, quando eſt difficilis probationis.
Ratione loci, & temporis nex inflicta Patri Fideli eſt difficillime probationis.
Ne delicta remaneant impunita, attenduntur probationes etiam non ſuperlatinæ.
Sic, ne Martyres fraudentur debito honore, admitti deben ſimiles probationes.
10. Antedicta inditia indubitata fiunt certiora ex confeſſione Hæreticorum, & Occiſorum.
Recenſetur probatio dictæ confeſſionis.
Teſtimonium Hæreticorum oſtenditur maximi ponderis ad probandum Martyrium.
11. Sat eſſet, quod confeſſio huiuſmodi probaretur duobus Teſtibus, ſed ob ingentem eorum numerum augetur certitudo indutij, & oritur facti notorietas, non indigens probatione.
In id affertur ſententia Diui Auguſtini.
12. Tres ex dictis Teſtibus ſunt conteſtes de confeſſione Hæreticorum, & Occiſorum.
Cum non agatur de condemnandis ipſis Occiſoribus, ſed de nece inflicta, ſufficiunt Teſtes ſingulares.
13. Notorietas inflictæ necis probatur etiam ex Teſtibus de auditu à Catholicis, eidem neci præſentibus.
14. Ex omnibus ſimul iunctis oſtenditur ſufficiens probatio Martyrij materialis, licet Teſtes non viderint inflictionem necis.
15. Roboratur probatio Martyrij materialis ex Signis, ſiue Miraculis.
16. Obiectum, quod ſeditio excitata ab Hæreticis fuerit ad excutiendum iugum Auſtriacorum, non ex odio Religionis Catholicæ.
17. Ex alijs documentis demonſtratur, initium tumultus ortum habuiſſe ex odio Religionis Catholicæ.
Huiuſmodi odium ſecumfert rebellionem aduerſus Catholicos Principes.
18. Ex Teſtibus quoque idem probatur.
Hæretici acceptarunt propoſita Religionis capita, quorum ſexto declarabatur, quod nulli fieret violentia.
Odium Hæreticorum præcipuum erat contra Capuccinos, & maximè contra Patrem Fidelem, eo quod ipſos Hæreticos ad Fidem Catholicam reducebat.

Con-

Conatus Hæreticorum aduerſus Capuccinos.

19. *Referuntur Teſtes, aſſerentes, rebellionem ortam fuiſſe ex odio tantummodo Religionis Catholicæ. ex ore ipſorum Hæreticorum.*
Mirum eſt, quod nullus Hæreticus ad excuſandum tumultum, & excidium Patris Fidelis, nunquam, nec vllibi adduxerit deſiderium libertatis, ſed omnes ſemper, & vbique, faſſi fuerint, propter odium dictæ Religionis.

20. *Etiam reſpectu Martyrij formalis dantur tres Teſtes conteſtes de confeſſione Hæreticorum, & Occiſorum.*
Teſtes etiam ſingulares probant, cum non agatur de Occiſoribus in ſpecie, ſed in genere, quod fuerint Hæretici.
Cauſa Martyrij, hoc eſt odium Catholicæ Religionis, vtpotè conſiſtens in animo Hæreticorum, rectè probatur Teſtibus ſingularibus.

21. *Conſtitutum Æditui demonſtratur integrum.*

22. *Cur Æditus ſepelierit Patrem Fidelem more Catholico.*

23. *Soluitur obiectum, quod Hæretici faſſi fuerint, occidiſſe Patrem Fidelem odio Catholicæ Religionis ad illudendum Catholicos.*
Hæretici ſolent confingere alias cauſas, ne occiſi ab eis reputentur Martyres.

24. *Obiectum, quod Catholici timuerint cogi ad amplectendam Religionem Catholicam.*

25. *Expenduntur Teſtes, dicentes, Hæreticos aſſeruiſſe, quod Pater Fidelis conabatur deſtruere eorum Religionem.*

26. *Expenduntur Teſtes, dicentes quod Hæretici aiebant, Patrem Fidelem voluiſſe eos pellere de ſua Fide.*
Adducuntur in id exempla.
Hæc eſt ſolita Hæreticorum cantilena.
Oſtenditur, Patrem Fidelem neminem vnquam coegiſſe.

27. *Referuntur verba Æditui, & duorum Teſtium, ex quibus obijcitur, Hæreticos timere potuiſſe coactionem Auſtriacorum.*

28. *Expenduntur dicta verba Æditui.*

29. *Expenduntur verba alterius ex dictis Teſtibus.*

30. *Expenduntur verba alterius ex iiſdem Teſtibus.*
Expenditur ſignificatio verbi impelli, compelli, *& ſimilium.*
Excluditur compulſio accepta in ſenſu coactionis, ex pluribus.
Affertur exemplum D. Pauli Apoſtoli.

31. *Oſtenditur quomodo ſe geſſit Ven. Seruus Dei cum Fœmina Veldkirchij, errores hæreticos diſſeminante.*

32. *Oſtenditur, potuiſſe vti brachio Magiſtratus ſæcularis in expulſione dictæ Mulieris à Ciuitate.*

33. *Occiſio etiam Militum Auſtriacorum clarius reddit odium Religionis Catholicæ.*

34. *Opportuna fuit Concio, Seuis habita, contra vitium ſuperbiæ.*
Nec ex ea iuſtam occaſionem ſumere poterant Hæretici ad excitandum tumultum, neque hæc de cauſa eum excitarunt.

35. *Hæretici compelli poterant ad amplexandam Religionem Catholicam.*
Si Pater Fidelis ex tali compulſione fuiſſet occiſus, eſſet verus Martyr, vt ex pluribus comprobatur.

36. *Eccleſia recipit pro veris Martyribus occiſos in odium Fidei ab Hæreticis.*

37. *Explicatur circa id doctrina cl. mem. Card. Laurea.*
38. *Bonus Paſtor debet animam ſuam ponere prò ouibus ſuis, ad differentiam Mercenarij.*
39. *Oſtenditur, hanc obiectionem eſſe extraneam à noſtra hypotheſi, ex pluribus.*
40. *Oſtenditur, Ven. Seruum Dei non accepiſſe fugam excitato tumultu, vt obijcitur, ſex facti circumſtantijs conſideratis.*
41. *Ven. Seruus Dei poſt tumultum non dereliquit in itinere Baronem Felſij, vt ſupponitur.*
42. *Finalis perſeuerantia Ven. Serui Dei non probatur ſignis extrinſecis per Teſtes oculatos.*
43. *Legitima probatio enucleatur ex pluribus ſimul iunctis.*
44. *Roboratur dicta probatio ex præcedenti deſiderio ſubeundi Martyrium, ex præuiſione eiuſdem, & ex ipſa facti ſerie.*
Quæ voluntas requiratur in vltimo agone ad veritatem Martyrij.
45. *Finalis perſeuerantia præſumitur, niſi quicquam in contrarium appareat.*
46. *Subſecuta veneratio Cadaueris Ven. Serui Dei comprobat Martyrium formale, ac etiam materiale.*
Recenſetur dicta Veneratio ex pluribus.
Oſtenditur pondus dictæ Venerationis ad comprobandam veritatem Martyrij.
47. *Item comprobatur ex Signis, & Miraculis.*
Vbi eſt opus aliquo ſupplemento, hoc rectè ſumitur à Signis, ſiue Miraculis.
48. *Recenſentur Signa, & Miracula illuſtriora.*
Enucleantur circumſtantiæ alterius ex dictis Miraculis.
49. *Conuerſio Hæretici Prædicantis ex relatione conſtantiæ in Martyrio exhibitæ à Ven. Seruo Dei, probatur miraculoſa, etiam verè, & propriè in linea Miraculorum.*
50. *Concluſio Reſponſionis.*

EMINENTISSIME, & REVERENDISSIME DOMINE.

1. HAbita die 11. Februarij præſentis anni 1695. Congregatione Antepræparatoria coram Eminentiſſimo D. Relatore, excitatæ dicuntur nonnullæ difficultates circa Martyrium, tàm materiale, quàm formale, ijſque plenè ſatisfacere poſſe non diffidimus, ad hoc vt Sacra Congregatio annuere valeat meritis huius Vener. Serui Dei, quem ſeptuaginta circiter annos tànquam verum Martyrem publico cultu Rethorum Populus proſecutus eſt, vt inferius demonſtrabitur, & tollatur Hæreticis circumſtantibus oblatrandi anſa contra Sanctorum venerationem, & Orthodoxis occaſio ſeſe deceptos credendi, & de gloria eiuſdem Ven. Serui Dei dubitandi, quod maximè præcauendum eſt, cum S. Cyprianus *lib. de Lapſis* admoneat: *nemo infamet Martyrum dignitatem, nemo eorum glorias detrahat, & coronas;*

Circa Martyrium materiale.

2. DEfectus probationis obijcitur, eo quod non dentur Teſtes oculati de nece inflicta ab Hæreticis, ſine quibus quemadmodùm in criminalibus Reus non condemnaretur in pœnam ordinariam, ita Seruus Dei non ſit declarandus Martyr.

3. Verùm omiſſâ pro nunc diſcuſſione parificationis Cauſarum Delictorum, & Sanctitatis, aut Martyrij, Scelestorum hominum, & Seruorum Dei, omninò inapplicabilis, vt alibi forsàn rationibus, & auctoritatibus pleniſſimè comprobabitur, certi Iuris eſt, quod ex inditijs indubitatis, ad differentiam præſumptionum, poteſt Reus condemnari, per Textum *in l. 2. C. quorum appellat, &c.* ibi; *argumentis conuictus*, & in *l. final. C. de probat.* ibique Bart. *in 2. oppoſit.* Bald. *num. 2.*, *& in l. Milites num. 5. verſic. aut inditia ſunt indubitata C. de quaſtion.* Gloſ. & Bart. *in l. excipiuntur ff. ad Syllanian.* cum alijs adductis à Farinacc. *conſ.* 108. *num.* 2. *&* 3. *vol.* 2., & ne dum in pœnam extraordinariam, & pecuniariam, ſed etiam ordinariam, & corporalem, quando præſertim inditia indubitata ſunt multa Gloſ. *in dicta l. final. verbo vel inditijs* Abb. *in c. afferte in princ. verſic. aut agitur criminaliter* Felin. *num.* 10. *verſic. quarto limita* Imol, *num.* 3. *&* 4. *de præſumpt* Grammat. *deciſ.* 42. *per tot. & deciſ.* 96. Iul. Clar. *in Prax. crimin.* §. *fin. quaſt.* 20. *verſic. ſcias tamen in fin.* Menoch. *de Præſumpt. lib.* 1. *quaſt.* 92. *num.* 1. *& quaſt.* 97. *num.* 38. Farinacc. *dicto conſ.* 108. *ſub num* 4., & de pœna etiam vltimi ſupplicij, ex talibus inditijs inflicta, tradunt Boer. *deciſ.* 164. *num* 3. 5. *&* 6. Peguer. *deciſ. crimin.* 17. *num.* 41, *& ſequen.* Petr. Barboſ. *in l.* 2. *ſub initium part.* 1. *num.* 80. 86. 90. *&* 91. *ff. ſolut. matrim.* Farinacc. *d. conſ.* 108. *cit. num.* 4. *in fin.* Carrer. *in pract. crimin.* §. *in Textu ergo num.* 1. Marſil. *in rubr. de probat. num,* 248. Gomez. *var. reſolut. tom.* 3. *cap.* 12. *num.* 26. Matth. Sanz. *de re crimin. controu.* 2, *num.* 45. D. Reynald. *obſeruat. crimin. tom.* 3. *cap.* 34. §. 9. *num.* 53. *&* 54. Inditia autem indubitata ea à Doctoribus reputantur, quæ Iudicis animum ad fi..., & non aliter, credendum inducunt, Ioan. Andr. ad Speculat. *tit. de probation.* §. *fin. in addit.* Bald. *in dicta l. final, num.* 2. Paul. de Caſtr. *num.* 5. *C. de probat.* & alij ex proximè relatis, ponentes exemplum patrati homicidij in eo, qui viſus eſt exire cum gladio euaginato, & ſanguinolento è domo, vbi inuentus eſt homo mortuus. Quinimmò ex multis inditijs dubitabilibus perficitur vnum indubitatum, & ad condemnandum ſufficiens, Bald. *in dicta l. final. num.* 2. *verſic. ſi quando, & verſic. item ponit, ac num.* 3. *verſic. patet ergo,* cum alijs relatis per Farinac. *dicto conſ.* 108. *num.* 2. *verſic. plura enim, & in pract. crimin. tit. de Indit. & Tort. quaſt.* 31. *num.* 41. Singula enim, quæ non proſunt, coniunguntur ad plenam probationem criminis, quando probatio difficilis eſt, Alex. *conſ.* 24. *in princ. vol.* 2. Crauet. *conſ.* 75. *&* 178. *pariter in princ.* Gabr. *in commun. cõcluſ. tit. de probat. cõcluſ.* 1, *num.* 30. Quantumuis ex his non reſultet talis credulitas Iudicis, quin res potuerit forsàn aliter eſſe, quia nihilominus in delictis difficilis probationis poteſt Iudex condemnare in pœnam corporalem, vt poſt Petr. Barboſ. *in princ. d. l.* 2. *part.* 1. *num.* 81. *per tot. num.* 89. *verſic. nàm reſpondendum num.* 87. *per tot. num.* 89. *verſic. & nihil aduertendum, & num.* 90. *ff. ſolut. matrim.* tradit Farinac. *dicto conſ.* 108. *num.* 89. Præſertim à ſupremis Iudicibus, quos alloquimur, qui cunctis ſimùl

per-

perpenſis rectè poſſunt pœnam ordinariam infligere, vt tradunt Iul. Clar. *in pact. crimin. quæſt.63. ſub num.*8. Virgil. Boccac. *in Comment. ad Conſtitut. Picœnam gloſ.* 4. *num.*78. Gaſtald. *in tract. de Imperat. quæſt.*110. *verſic.*43. Farinac. *quæſt.*86. *num.*113. *ad fin. &* 117. His theorijs poſitis ad ſatisfaciendum deſiderantibus in huiuſmodi Cauſis probationum pondus, quæ in criminalibus exiguntur, ad applicationem deſcendimus.

Octo Teſtes, quinque de viſu Cadaueris recenter vulnerati, & tres de viſu vulnerum in translatione dicti Cadaueris.

4. Mors violenta Ven. Serui Dei ex vulneribus, euidenter probatur ex Proceſſu Curienſi à XXXIII. Teſte de viſu Cadaueris, recenti ſanguine conſperſi *Summario Poſitionis pag.* 91. §. 8. à L. Teſte de viſu eiuſdem Cadaueris cum vulneribus *pag.*94. §.26. *verſic. cum etiam, & verſic. iterum vidi*, & ex Proceſſu Conſtantienſi à LIII. Teſte de eadem ſcientia *pag.*95. *ſub* §. 30. *&* 31. *& pag.* 96. §. 33. & ab Æditue hæretico, qui Cadauer ſepeliuit, & vidit vulnera *pag.*103. §.4., & à XV. Teſte, qui eodem anno 1622. exhumari Cadauer iuſſit, & dicta vulnera inſpexit *pag.* 110. §.36. *&* 38. Quod etiam patet ex tribus Teſtibus præſentibus translation Corporis, qui ſimiliter inſpexerunt vulnera. *Summario hodierno Num. Primo*: Quibus iung nda eſt euidentia facti, reſultans ex iudiciali viſitatione, & recognitione Capitis Ven. Serui Dei, *dicto hodierno Summario Num.* 2. prætermiſſis quampluribus alijs Teſtibus de auditu, publica voce, & fama, ac de notorio, id ipſum aſſerentibus, ſparſim datis *in dicto Summario Poſitionis*, quos tamen exiſtimant magni ponderis Auditores Rotæ in Relatione Declarationis Martyrij Beati Ioſaphat Polocenſis *part.* 3. §. *Fama nimirum*.

5. Ex hac itaquè certa, & ſuperlatiua probatione necis inflictæ inſurgit inditium indubitatum, quod eadem nex illata fuerit ab Hæreticis, arguendo à ſufficienti partium enumeratione, quod eſt argumentum in Iure validiſſimum, vt docet Cicer. *in Topic. num.*6. *verſic. tum partium enumeratio*, & eſt Textus *Inſtitut. tit. de obligat. quæ ex quaſi maleſic. naſc. in princ.* ibique Gloſ. & Angel. Aretin. *& in l. ex maleficijs ff. de action.* Bart. *in l. iuſiurandum* §. *Procurator ff. de iureiur.* Bald. *in l. conuenticulam C. de Epiſc. & Cler.* Roman. *conſ.* 46. *&* 102. Abb. *in c. cum dilectus num.*6. *de Iur. patronat.* Rot. *deciſ.*437. *n.*16. *par.* XVIII. *Recent.*, & plenè Enerard. *in Topic. legal. loc. à part. enumerat. per tot pag.*608. *& ſequen.*, qui *ſub num.*2. tradit, hoc argumento vſum eſſe Doctorem irrefragabilem Chriſtum Dominum, cum Iudæis diſſerentem *Matth.* 12.33. *& Ioan.* 18.23. Quandoquidèm Pater Fidelis occiſus fuit, vel à ſe ipſo, vel à Catholicis, vel ab Hæreticis, nec quid aliud excogitari poteſt. Non à ſe ipſo, quia id naturæ repugnat, ex ponderatis apud Farinac. *dicta conſ.* 108. *num.*69. *in fin.* maximè in Viro, heroicis Virtutibus inſignito, vt oſtendimus in Informatione *pag.*2. *& ſequen.* & quibus armis tam cruenter ſe mactare potuerit imperceptibile eſt, cum præſertim nex inflicta illi fuerit paulo poſt deſcenſum ex ambone, & ipſe illicò poſt mortem repertus fuerit ab Ædituo hæretico ſolùm armatus ferreo ligamine ad ſuæ carnis macerationem *Summario Poſitionis pag.* 103. §.6. Non Catholici, cum Seuis non adeſſent, niſi pauci Milites Auſtriaci, qui amore, & veneratione Patrem Fidelem venerabantur, vt ex omnium Teſtium dictis liquido patet; iſtique Milites, tunc temporis Patre Fidele adhuc è ſuggeſto concionante, ſtatim ſeditione Hæreticorum oborta, omnes, vel occiſi, vel capti ſunt, adeo vt nullus horum, vel tempus, vel cauſam habuerit cum inſectandi. Soli igitur Hæretici interfectores fuerunt.

Æditùus hæreticus, qui ſepeliuit Cadauer.

6. Ma-

6. Magis indubitatum redditur hoc inditium, ex antecedentibus; patet enim, quod iam ante Hæretici in eundem Patrem Fidelem peruerſum gerebant animum, ob prædicationem Chriſtianæ Fidei, & conuerſionem aliquorum ex ipſis Hæreticis; & ob id excitarunt tumultum Patre Fidele concionante, vt plenè probant de proprio auditu ex Proceſſu Conſtantienſi X. Teſtis *Summario Poſitionis pag.*68. §.20. XV. Teſtis *pag.*43. *verſic. huic adnumerari* ex Proceſſu Mediolanenſi II. Teſtis *pag.*74. *ſub* §.46.48. *&* 49. III. Teſtis *pag.*76. §.61. *&* 62. *& pag.*77. §.63.64. *&* 65. & plenè VI. Teſtis Hæreticus Prædicans, ex Martyrio Ven. Patris Fidelis ad Catholicam Fidem conuerſus *pag.* 84. *per tot.* XV. Teſtis *pag.*115. §.61. ex Proceſſu Curienſi XXXIII. Teſtis *pag.*93. §.22. L. Teſtis *pag.*94. *in princ.* inquiens: *Paulo poſt adhuc intra concionem tumultus exortus eſt, itaut quidam Capuccino concionanti inclamarit, vt prædicare deſiſteret.* LXIV. Teſtis *pag.*107. §.20. LXXIX. Teſtis *pag.*108. *ſub* §.27. *verſic. ego etiam* LXXX. Teſtis *pag.* 109. §.29.

Vndecim Teſtes de proprio auditu ab Hæreticis.

7. Additur, quod in eadem concione alter ex Hæreticis bombardam in eundem Patrem Fidelem exploſit, vt referunt ex Proceſſu Curienſi XLIII. Teſtis Socius Ven. Serui Dei de auditu aliorum *pag.*92. §.14. & ex Proceſſu Mediolanenſi I. Teſtis de eadem ſcientia *pag.*96. §.35. *verſic. quanto alla maniera.* V. Teſtis de auditu plurium, & præſertim Militis præſentis *pag.*99. *ſub* §. 48. *verſic. e mentre che eſſo Padre,* iuncto §.49. VII. Teſtis de auditu aliorum *pag.*100. §.51. XI. Teſtis de auditu Hæreticorum *pag* 101. §.62.

Quinque Teſtes de auditu, & ex his vnus de auditu Militis præſentis, & alter de auditu Hæreticorum.

8. In id quoq; confert, quod alter Capuccinus Socius Ven. Serui Dei in eodẽ tumultu ab Hæreticis captus fuit, & vulneratus, XLIII. Teſtis de facto proprio *pag.*92. § 20. *verſic. verum eſt etiam,* III. Teſtis de viſu *pag.*97. *ſub* §.40. & occiſus etiam fuiſſet, niſi ex illorum manibus Catholici Milites eum eripuiſsẽt, vt aſſerit ex Proc. Mediolanẽſi d. III. Teſtis Baro Felſij *pag.*97. *ſub eodem* §.40. *verſic. in queſta medeſima Caſa.*

Bini Teſtes de facto proprio, & de viſu reſpectiue.

Vnus ex dictis Teſtibus.

9. Cum igitur poſt hæc omnia illicò mors illata fuerit immanibus vulneribus Patri Fideli, inditium indubitatum eſt, quod talem necem inflixerint ipſi Hæretici. Ex actibus enim antecedentibus, & delicto proximis, plenè (vt hic) probatis, probatum quoque remanet ipſum delictum difficilis probationis, Iul. Clar. *ſentent. lib.* 1. *quæſt.* 22. *num.*2. Abb. *in c. præterea num.*2. *de Teſt. & Atteſtat.* vbi inquit: *probata erit fornicatio ſi* (Teſtes) *viderunt Virum, & Mulierem in latebris ſe oſculantes, & amplexantes, quia iſti ſunt actus propinqui, vndè alibi dixit Bart. quod deprehenſis Viro, & Muliere in huiuſmodi actibus propinquis redditur adulterium, ſeu fornicatio notoria, ita in l. &c.* Etenim, *vbi agitur de probatione actus connexi, vt ſi vnus Teſtis probet de principio, alius de fine, tunc tales Teſtes, etſi ſingulares, probant,* inquit Bart. *in l. ob crimen. ff. de Teſtib.* Felin. *in c. licet ex quadam de Teſtibus* Baiard. ad Clar. *ſentent. lib.*5. *quæſt.*66. *num.*12. Martyrium autem Ven. Serui Dei eſt difficillimæ probationis, ratione loci, & temporis, quibus illud ſucceſſit; nam orta ſeditione, & Catholicis trucidatis, captis, atque diſperſis, ipſe Pater Fidelis diſceſſit ex oſtio ad aliud latus Templi, & in agrum ſolitarium perrexit, vt quamplures referunt Teſtes *in Summario Poſitionis*, vbi haberi non potuerunt Teſtes oculati; & ſicuti hoc caſu, ne delicta impunita remaneant, aliæ probationes admittuntur, Farinac. *dicto conſ.*108. *num.*4. 89. *&* 90. cum cæteris prææallegatis, ne dicam, quod in materia ſollicitationis in Sancti Officij Tribunali admittitur vnus tantum Teſtis ad pœnæ ordina-

tiæ

tiæ condemnationem, ita ne fundens ſanguinem pro Fide Catholica debito honore deſtituatur, probationes huiuſmodi admitti debent, ob difficultatem certiùs probandi, vt in terminis Canonizationis pondeꝛ tat Vermigliol. *conſ.* 472. *num.* 7.

10. Hoc inditium, ſeù verius inditia indubitata, plenum robur recipiunt à confeſſione eorumdem Hæreticorum, & Occiſorum, palam, & publicè gloriantium, Patrem Fidelem interemiſſe. De auditu enim Interficientium loquuntur ex Proceſſu Curienſi XXXIII. Teſtis *pag.* 91. §. 9. *& ſub.* §. 10. *verſ. alterius etiam*. L. Teſtis *pag.* 94. §. 25. *verſ. poſtquam tumultus*. LII. Teſtis *pag.* 105. *in fine*, *&* 106. *in princ.* LXII. Teſtis *pag.* 107. §. 17. *&* 18. LXXXIII. Teſtis *pag.* 110. §. 34. Ex Proceſſu Conſtantienſi LIII. Teſtis *pag.* 95. *ſub* §. 31. *& pag.* 96. §. 32. *&* 34. Ex Proceſſu Mediolanenſi VI. Teſtis Hæreticus Prædicans, & ex Martyrio Ven. Serui Dei ad Fidem conuerſus *pag.* 113. §. 45. *&* 47. *& pag.* 114. §. 58. Æditauus Hæreticus *pag.* 103. §. 3. & de auditu Hæreticorum, Martyrij participum, aſſeuerant ex Proceſſu Curienſi XXXIII. Teſtis *pag.* 91. *ſub* §. 8. XLIII. Teſtis Socius Ven. Martyris *pag.* 93. *ſub* §. 22. LIII. Teſtis *pag.* 106. §. 15. LXVI. Teſtis alter Hæreticus ad Catholicam Fidem conuerſus à Patre Gedeone Capuccino *pag.* 108. *in princip.* LXVII. Teſtis *eadem pag.* 108. §. 22. LXXI. Teſtis *ibidem ſub* §. 28. LXXIX. Teſtis *ibidem* §. 27. LXXXI. Teſtis *pag.* 109. §. 31. LXXXIII. Teſtis *ibidem* §. 33. Ex Proceſſu Conſtantienſi XV. Teſtis *pag.* 110. §. 37. LIII. Teſtis *pag.* 95. §. 30. *& pag.* 111. §. 40. Ex Proceſſu Mediolanenſi III. Teſtis *pag.* 97. *ſub* §. 42. V. Teſtis *pag.* 112. §. 41. *&* 42. VI. Teſtis Hæreticus ad Catholicam Fidem conuerſus ex Martyrio Ven. Serui Dei *d. pag.* 112. §. 43. Et quod Teſtimonium eorundem Hæreticorum ſit magni ponderis abundè oſtendimus in Reſponſione *pag.* 195. *ad med. verſ. vix maiores*, & addimus Auditores Rotæ in Relatione Declarationis Martyrij B. Ioſaphat Polocenſis, affirmantes: *Teſtimonium enim inimici in fauorem inimici non reijcitur, ſed maiorem habet veritatis præſumptionem, ad tradita per Dec. conſ.* 163. *nu.* 11. *Crauett. conſ.* 6. *num.* 62. *&c.*

Viginti duo Teſtes de proprio auditu ab Occiſoribus.

11. Si verò huiuſmodi Hæreticorum, & Interficientium confeſſio, per binos Teſtes probata, gigneret inditium vehemens illatæ necis, Iul. Clar. *pract. crimin. lib.* 5. §. *fin. quæſt.* 55. *num.* 11. Farinac. *quæſt.* 33. *nu.* 16. *& quæſt.* 37. *num.* 47. cum probata ſit à tot Teſtibus ſupra relatis, induceit inditium indubitatum, & facti notorietatem, quæ non indiget alia probatione *can. manifeſta* 2. *quæſt.* 1. *c.* 7. *de Teſtib. cogend. & c. euidentia de accuſat. & inquiſit.* vbi refertur D. Auguſtini ſententia, de Martyrio Abel dicentis; *euidentia patrati ſceleris non indiget clamore accuſatoris*; rurſus *in c. de dilectis de purgat. Canonic.* habetur: *notorium eſt crimen, quod vicinis notum*; & faciunt tradita per Farinac. *conſ.* 190. *num.* 3. 4. *&* 5. *vol.* 2.

12. Nec obſtat, quod huiuſmodi Teſtes ſint ſingulares. Tùm quia ex his ſaltem tres ſunt conteſtes, nimirum XLIII. *pag.* 93. *ſub* §. 22. *verſ. quare Hæreticus* LIII. *pag.* 95. §. 31. & III. *pag.* 97. §. 41., hi enim referunt, audiuiſſe ab ipſis Occiſoribus eo tempore, quo in vinculis vna, & ſimul detinebantur, vt liquet *ex dicta pag.* 97. *ſub* §. 40. *verſ. in queſta medema*. Tum etiam quia non agitur de vno, aut altero Occiſore condemnando, ſed de probatione necis inflictæ ab Hæreticis in genere, cum ad rem non pertineat, quod Occiſores fuerint Seius, aut Caius, ſed ſat eſt, quod fuerint Hæretici, circa quod omnes

Tres Teſtes conteſtes.

omnes præallegati Teſtes concordant; ad probandum autem aliquid in genere Teſtes, quantumuis ſingulares, idonei ſunt, vt firmat Gabr. *in commun. concluſ. tit. de Teſtib. concl.* 2. & præter ab eo adductos, Crauet. *conſ.* 73. *num.* 32. Couar. *var. reſol. lib.* 3. *num.* 5. Menoch. *de Arbitrar. Iudic. caſ.* 231. *num.* 23. cum alijs relatis à Farinac. *de Teſtib. quæſt.* 64. *num.* 150. *&* 152. vbi dicit, hanc eſſe opinionem magis communem; & in puncto Auditores Rotæ in dicta Relatione Declarationis Martyrij B. Ioſaphat Poloceuſis *part.* 3. §. *tertium obiectum*.

Quatuor Teſtes de proprio auditu à præſentibus.

13. Augetur hæc notorietas ex Teſtibus de auditu à Catholicis, ipſi internecioni Patris Fidelis præſentibus. Ex Proceſſu namquè Curienſi XLIII. Teſtis Socius Ven. Serui Dei refert de auditu duarum piarum Mulierum, quæ viderant Ven. Seruum Dei à Templo egreſſum, ad tertium lapidis ictum ab Hæreticis ſtipatum, & cum eis colloquentem, & deindè ab ijſdem gladio percuſſum *dicto Summ. Poſitionis pag* 92. §. 17. ex Proceſſu Mediolanenſi V. Teſtis nobilis Alphonſus Vareſius narrat, audiuiſſe à pluribus Catholicis, & nominatim à Ludouico Settimann Catholico Milite, natione Morauo, ſe propriis oculis pariter vidiſſe eundem Ven. Seruum Dei poſt diſceſſum à Templo ab Hæreticis circumdatum, & auribus ſuis percepiſſe verba inter ipſos emiſſa, & ob conſtantiam Ven. Serui Dei in defendenda Religione Catholica eum inſpexiſſe ab ijſdem Hæreticis Martyrio affectum *pag.* 99. *ſub* §. 49. & idem recenſet ex ore alterius Militis Catholici, ſupradicta videntis *pag.* 101. §. 64. 65., *&* 66., & conco dant ex Proceſſu Conſtanrienſi LIII. Teſtis Centurio Federicus Pop. de auditu Catholicorum *pag.* 95. §. 30., & de auditu à Militibus Salisburgenſibus loquitur LXII. Teſtis *pag.* 107. §. 18.

14. Quamobrèm ex euidentia facti, ex inditijs indubitatis, & ex confeſſione Hæreticorum, & Occiſorum, ex Teſtibus de auditu præſentium Martyrio, ratione loci, & temporis probatu difficili, non videtur ambigendum, quin Iudicis animus induci debeat ad credendũ, quod idem Martyrium illatum fuit ab Hæreticis, & non ab alijs, quod ſufficere ad condemnandum etiam in pœnam ordinariam in defectum Teſtium oculatorum de inflictione necis ab ijſdem Hæreticis, ſuperius probauimus *ſub* §. *verum omiſſa*, & in puncto probationis Martyrij Auditores Rotæ in dicta Relatione B. Martyris Ioſaphat *part.* 3. *ſub* §. *de ſanitia verſ. ex quibus omnibus*. Et neſcitur qui Teſtes oculati retulerint, quod S. Hermenegildo, in carcere occluſo, Apparitores caput obtruncauerint, vt exprimitur in quarta, & quinta lectione Officij de eodem S. Martyre ad diem 13. Aprilis, atque id ipſum de alijs Sanctis Martyribus, ab Eccleſia receptis, ignotum eſt.

15. Demùm penitùs ceſſat omnis dubitandi occaſio, ex tot Signis, & Miraculis, quibus Altiſſimo placuit veritatem huius Martyrij comprobare, quæ adduximus in Informatione *pag.* 16., *& ſequen.* Hæc autem ad ſupplendam probationem Martyrij exquirenda docet Caſtellin. *de Inquiſit. Miracul. in Cauſ. Martyr. pag.* 99. *num.* 8. inquiens; *Secundum principale ponderandum, quod virtualiter, & per modum conſequentia colligitur ex præcitatis Bullis, magnam ſcilicet conferre vtilitatem, atque facilitatem Miracula adhibita in Canonizatione etiam Sanctorum Martyrum, præſertim quando non plenè conſtat de veritate Martyrij pro Chriſto ſuſcepti, dicente Card. Bellarmino tom.* 1. *part.* 2. *controu.* 7. *num.* 1. *Miracula faciunt rem euidentem, quod quis ſit Sanctus, vbi indifferentèr loquitur de Canonizatione omnium Sanctorum, tam Confeſ-*

ſorum, quam Martyrum, & clar. mem. Card. Lauræa *in 3. ſent. part. 2. tom. 3. diſput.* 20. *de Martyr. art.* 8, *pag.* 1016. *num.* 127. vbi firmata regula, quod ad Martyrij probationem non admittantur Teſtes de ſimplici auditu, & fama, eam limitat: *niſi ſuppleant Miracula interceſſione talium Paſſorum patrata*; Et apprimè congruit quinta lectio ad ſin. dicti Officij de S. Hermenegildo, qua dicitur: *Sed pro oſtendenda vera eius gloria ſuperna quoque non defuere Miracula.*

Circa Martyrium formale ex parte Hæreticorum.

16. Obijci audiuimus, prout etiam ponderauit Reuerendiſſimus Promotor Fidei in ſuis Animaduerſionibus, ſeditionem factam fuiſſe ab Hæreticis, ad excutiendum potiùs iugum Auſtriacorum, quàm ex odio Religionis Catholicæ.

17. At præter ea, quæ circa id attulimus in Reſponſione, altius rem petere opportunum duximus, vt dilucide pateat, tumultum excitatum fuiſſe, non pro Regione, ſed pro Religione. Siquidem Sereniſſima Domus Auſtriaca, Religionis Catholicæ perpetuò propugnatrix, inter alia loca ſibi ſubdita etiam Prætigouiam, Engadinam, & vicinas Terras habuit, nec tamen in illa deplorabili plurimarum Germaniæ Prouinciarum apoſtaſia impedire valuit, quin & dictæ Prouinciæ Rhæticæ abiurata vera, & auita Religione in Caluinianam hæreſim laberentur; & quoniam hæreſis coniunctam ſemper habet ſuperbiam, eiuſque Sectarij ægrè Principibus Catholicis obedientiam præſtant, hinc Prætigouienſes hac labe infecti, munitione montium circumcincti, eaque confiſi, Domum Auſtriacam ad pacta tandem, & tolerantiam Caluiniſticæ Sectæ adegerunt, & quidquid ſubſequenti tempore eis iniungeretur, pactis, & fœderi Religionis aduerſari cauſati ſunt, quouſque Catholici Principis iugum excutere ſtatuerunt, vt liberrimè ſuam hæreſim exercere poſſent, prout factum eſſe in memorabili diſſidio, & laniena Vallis Tellinæ ob Catholicæ Religionis odium, ſincera fide recenſetur in ſupplici libello, à Clero, & Catholicis dictæ Vallis porrecto Chriſtianiſſimo Regi, ad reſcindenda pacta fœderis, in Catholicæ Religionis præiudicium initi, prout reſciſſa, & alia concordata fuerunt, qui ſupplex libellus habitus fuit impreſſus, e Bibliotheca ditiſſima Eminentiſſimi D. Cardinalis Otthoboni, & datur *Summ. præſenti Num.* 3. Poſtmodum ſub annum 1621. Sereniſſimus Archidux Leopoldus, cum in Rhætia lues Caluiniana increuiſſet, illuc legione deſtinata, inferiorem Engadinam, & Prætigouiam, ad priſtinam ſubiectionem, & obedientiam redegit, donec inſequenti anno iterum tumultus ob eandem Religionis cauſam excitatus eſt, quo contigit Patris Fidelis Martyrium, vt affirmant Teſtes adducti *Summ. Poſitionis Num.*8. 9. & 11. ſparſim.

18. Hoc ipſum habetur ex dictis iuratis Teſtibus, certo certiùs aſſerentibus, dictum tumultum ab Hæreticis excitatum ex odio Catholicæ Religionis, vtpotè qui vnicè conquererentur, Auſtriacam Domum eam ſibi iniungere voluiſſe, quam ipſi maximè execrabantur; quamobrem poſtquam ſubacti fuerant Sereniſſimæ Domus armis, omnem obedientiam offerebant, Religione excepta, quam liberam omninò exoptabant, vt præ cæteris produnt ex Proceſſu Mediolanenſi

benſi II. Teſtis Columnellus Baldiron, qui in Congreſſu Hæreticorum eis propoſuit Religionis Catholicæ capita *Summ. Poſitionis pag.* 73.§.44. III. Teſtis Baro Felſij de proprio auditu *Ibidem pag.*76.§.61. VI. Teſtis Hæreticus Prædicans ad Catholicam Fidem conuerſus, qui adfuit Hæreticorum Colloquio, deliberanti legationem ad Sereniſſimum Archiducem Leopoldum *Ibidem pag.*83 *verſ. il Colloquio* VIII. Teſtis de auditu Hæreticorum *pag.*88.§.94. *&* 95. dictaque capita Hæretici acceptarunt, quorum ſexto aſſerebatur, neminem cogi ad Fidem Catholicam ſuſcipiendam *pag.* 67. *verſ. ſexto nemo*. Sed maximum Hæreticorum odium fuit erga Capuccinos, & præſertim Patrem Fidelem, qui Concionibus, & ſanctis moribus plures ex illis è Caluiniana peſte retraxit *dicto Summ. pag.*65. §.3. *&* 4.*pag.*66. § 9. *pag.*68.§.18.*pag.*69. *&* 70.§.23.24.25.27. *&* 28.*pag.*73.§ 41.*pag* 76. §.60.*pag.*78.§.67.*pag.*87.§.91. propterea Prædicantes omnem mouebant lapidem, vt Capuccini reprimerentur, & ad hoc in Colloquio ſtatuerunt, vt nemo ipſorum verſaretur cum illis, veluti ex certa ſcientia refert præcitatus VI. Teſtis *pag.*83.§.80. vbi alios plures in id conatus recenſet, & præſertim eoſdem Capuccinos interimendi *pag.*84.*per tot.* & tandem ex hac ſola cauſa excitatum fuiſſe tumultum ſuaſione Prædicantium, narrat *pag.*85.§.82.*&* 83.

Quatuor Teſtes ex certa ſcientia.

Plures Teſtes.

Vnus Teſtis, ex certa ſcientia.

19. Et quod cauſa ſeditionis Hæreticorum, & interneccionis Ven. Serui Dei ſolùm fuerit Religionis odium, ob prædicationem Catholicæ Fidei, cui ille totis viribus, & magno cum fructu incumbebat, comprobant ex ore ipſorum Hæreticorum, & Interficientium ex Proceſſu Curienſi XXXIII. Teſtis *pag.*91.§.9. iuncta *pag.*104.§.1. XLIII. Teſtis *pag.*93.§.22.*in fin. & pag.*104.§.4. L. Teſtis *pag.*94. §.25. LII. Teſtis *pag.*105.*in fin.&* 106.*in princ.* LIII. Teſtis *pag.*106.§.12. *& verſ. cum ante* LIV. Teſtis *d.pag.*106.§ 14. LIX. Teſtis *Ibidem* §.15. LXII. Teſtis *pag.*107. §.17.*&* §.18.*verſ. mox quamplures* LXVI. Hæreticus ad Fidem Catholicam conuerſus *dicta pag.*107. *in fine*, *& pag.* 108. §.21. LXVII. Teſtis *dicta pag.*108.§.22. LXXI. Teſtis *Ibidem* §.33., *& pag.* 110.§.34. Ex Proceſſu Conſtantienſi XV. Teſtis *dicta pag.* 110. §.37. *&* 39. LIII. Teſtis *pag.*96.§.32.33. *&* 34. *& pag.* 111.§.40. Ex Proceſſu Mediolanenſi III. Teſtis Baro Felſij *pag.*97.§.40. *&* 41. V. Teſtis Nobilis Alphonſus Vareſius *pag.*111.*ad fin.&* 112.§.41., *&* 42. VI. Teſtis Hæreticus Prædicans, ad Fidem Catholicam ex Martyrio Venerabilis Serui Dei conuerſus *pag.*85.§.85. *in fin. pag.*113.§.43. *&* 46. *& pag.*114.§.54.*&* 56. VII. Teſtis Comes de Sultz *pag.*115.§.60. XII. Teſtis *pag.*89.*in fine*, *& pag.*90.§.99. XIII. Teſtis *pag.*90. *ſub verſ. intorno à queſto*. Etenim *quando non apparet niſi vna cauſa, delictum præſumitur factum ex illa cauſa*, vt his verbis reſpondet Rota in Vrbeuetana Caſtri Caſtilionis apud Tholomeum *deciſ.*114.*in manuſcriptis*, vbi id pleniſſimè firmat ad incurrendam pœnam Bullæ Alexandrinæ propter homicidium ex cauſa litis; Contingere autèm nequaquam potuit, quod ipſi Hæretici, & Interfectores, tot ſermonibus, habitis diuerſo loco, & tempore, cum adeo ingenti numero Teſtium, cuiuſuis generis, conditionis, & ſexus, & præſertim cum præfatis duobus, tunc temporis Caluini Sectatoribus, nimirum LXVI. Proceſſus Curienſis, & VI. Proceſſus Mediolanenſis, nullum vnquam verbum fecerint de fine euadendi dominatum Auſtriacorum, ſed omnes ſemper, vbique, & ad cunctos vnicam cauſam patrati ſceleris aperuerint ex odio Catholicæ Religionis.

Decem, & nouem Teſtes de auditu proprio, ab ipſis Hæreticis, & Occiſoribus.

20. Nec refragatur, quod hæc Hæreticorum, & Interficientium con-

Tres Teſtes conteſtes. feſſio probetur Teſtibus ſingularibus; quoniam, præterquam quod etiam reſpectu Martyrij formalis tres ex prædictis Teſtibus ſunt conteſtes, nempè XLIII. LIII., & III. vt ſupra oſtendimus §. *Nec obſtat*, eum non agatur, ex alibi dictis,de probando certo actu ſpeciali, ſed in genere id, quod emergit ex actibus ſpecialibus, ad vnum, & eundem finem tendentibus, Teſtes ſingulares optimè probant, vt reſpondent Auditores Rotæ in præcitata Relatione Declarationis Martyrij Beati Ioſaphat Polocenſis *part.3.§.Tertium obiectum* his verbis: *Tertium obiectum, nempe ſingularitatem Teſtibus oppoſitam, aſſerebatur non obſtare. Tum quia vbi non agitur de probando certo actu ſpeciali, ſed in genere probandum eſt id, quod reſultat ex actibus ſpecialibus, vt in caſu præſenti, odium Fidei, & vnionis in Schiſmaticis cauſam dediſſe morti Archiepiſcopi Ioſaphat, admittuntur Teſtes ſingulares, deponentes de pluribus actibus particularibus, ex quibus reſultat vniverſale. Doct. in c.qualiter, & quando de accuſat.Caſtr.conſ.51.num.2.lib.2.Abb. conſ.81.num.8.plenè Rimin.Iun.conſ.7.num.27. & ſeq. & num.132. vbi loquitur in terminis Canonizationis, & fuit dictum in Relatione Beati Thomæ de Villanoua in tit.de Virtutibus cap.de Fid.& cap.de Charitat.in Proximum, atque in Relatione Ven. Catharinæ de Riccys part.1.de Proceſſ. in fin.verſ.minùs etiam.* Inſuper huiuſmodi Catholicæ Religionis odium, quod dedit cauſam Martyrio Ven.Serui Dei, conſiſtit in animo Hæreticorum, qui iudiciali examini ſubijci nequeunt, quò caſu idem odium probatur ex eorum dictis, & factis, quamuis relatis à Teſtibus ſingularibus, vt latè tradit Farinac. *quæſt. 64. num.290. Rot. deciſ.144.num.11.part.XVII. Recent.* & prætermiſſis pluribus alijs,Auditores eiuſdem Rotæ in proximè adducta Relatione *ſub dicto §. tertium obiectum*, aſſerentes: *Tùm etiam quia Teſtes ſingulares ſufficere ad probandam animi declarationem tradunt Caſtr.conſ.395.num.1.lib.1.Grauett.conſ.73.num.33.Rot. apud Cardin.Mantic.deciſ.313.num.5.& deciſ. 323. num. 1.*

21. Neutiquàm ſuſpicari licet,Conſtitutum Æditui Hæretici datum *Summ.Poſitionis pag.102.§.1.ad fin.* non eſſe integrum, & prætermiſſas eſſe aliàs interrogationes,forsàn præiudiciales Martyrio, ex illis verbis: *& cum poſt alias quæſtiones, ſuper quibus interrogatus extitit,ſermo incidiſſet de Patre Fidelè, qui concionatus fuerat in Eccleſia dicti Pagi Seuis paulo antequàm rebellio inciperet, quiquè poſt occiſus eſt.* Quoniam Conſtitutum prædictum totum eſt, prout in Proceſſu iacet,nec aliud quicquam ex diligentijs in Archiuio adhibitis reperiri potuit *Summ. hodierno Nu.4. litt.A.& D.*præter binas Epiſtolas Præfecti loci ad Pludentinæ Vrbis Dynaſtas *Ibidem litt.B.C.* ex quibus liquet, aliam ob cauſam Æditùum detruſum fuiſſe in vincula; quapropter illa verba Conſtituti *poſt alias quæſtiones, ſuper quibus interrogatus extitit*, non fuerunt ſcripta, & nullo modo pertinebant ad Martyrium Patris Fidelis, ſed ad alia crimina,pro quibus idem Æditùus carceratus fuerat, vt habetur ex Epiſtolis præmemoratis. Id,quod comprobatur etiam ex ijſdem Conſtituti verbis:*& cum poſt alias quæſtiones,ſuper quibus interrogatus extitit,ſermo incidiſſet de Patre Fidele &c.* ex quibus apertè datur intelligi,ex alia cauſa Æditùum fuiſſe carcere detentum, & examini ſubiectum, ac incidentèr interrogatum eſſe de Martyrio Patris Fidelis.

22. Sic etiam non obſtat, quod idem Æditùus ſepelierit Patrem Fidelem more Catholico, Crucem ſuperimponendo Sepulcro, & Calicem, Caſulam, & Miſſale reſtituerit alteri Capuccino, vt ipſe fatetur

tut in dicto Conſtituto *pag.*103.§.7.*ad* 10.*&* 13. *Interrogatoria*; hoc autem egit Æditnus, non quod odio Religionem Catholicam non habuerit, ſed quia vaſa ſacra non erant Capuccinorum, nullum ibi Conuentum habentium, ſed Reuerendiſſimi Epiſcopi Curienſis, loco Seuis propinqui, & cum quo Prætigouienſes in temporalibus confæderati ſunt, ideo timuerunt ſupellectilem, & vaſa ſacra retinere, ne ſuum confæderatum offenderent. Humatio verò Ven. Martyris facta fuit more Catholico ab Æditno Hæretico, rogato à Socio Ven. Martyris, ob ſpem conſequendi ſepulturæ pretium, vt ex Proceſſu Curienſi narrat idem Socius XLIII. Teſtis *pag.*92. *&* 93. *ſub* §. 20., & ex Proceſſu Mediolanenſi Bato Feliij III. Teſtis *pag.*97. §. 40. *ſub verſ. In queſta ſteſſa Caſa*.

Duo Teſtes ex certa ſcientia.

23. Hæſitare autem nemo poteſt, quod aſtuti Hæretici ideò dixerint, occidiſſe Patrem Fidelem ob prædicationem Fidei Catholicæ, vt ita efficerent eum pro Martyre declarari, & ſic ipſi Orthodoxos illuderent. Quoniam mirum eſt, quod ex ſeptuaginta circiter Teſtibus, tribus in Proceſſibus, Curienſi, Conſtantienſi, & Mediolanenſi productis, nil penitus habeatur de hac Hæreticorum aſtutia, quæ eo magis inueriſimilis eſt, quod id dixerint furente adhuc rabie, & tumultu, & plures ex eis ſint Ruſtici, ac prorſus ignari Canonizationis Seruorum Dei, quam propterea tunc excogitare non poterant; & odium Religionis Catholicæ patet ex præcedentibus rebellionem, & mortem Patris Fidelis ex ſuperiùs adductis; vndè eorum ſucceſſiua confeſſio circa idem odium referri nequit ad verſutiam illudendi Catholicos, eo præſertim, quod idem faſſi ſunt cum Teſtibus LXVI. & VI. tunc temporis Caluiniſtis, coram quibus euidentiſſimè liquet, ex abundantia cordis locutos eſſe, vt rectè inquit ex Proceſſu Curienſi XXXIII. Teſtis *pag.*104. *ſub* §.1. *verſ. Hanc Hæreticorum*. His accedit, quod Inimici Catholicæ Fidei aſtus impendunt in prætexendis alijs cauſis, quam Religionis contra ab ipſis occiſos, ne vt Martyres à Catholicis colantur, vt de Iuliano Apoſtata declamat S. Gregor. Nazianzen. *Orat.* 3. & de Valente *Orat.*33. *num.*15. de Arianis S. Hilarius *lib. contra Conſtantium Auguſtum*, & Lucifer Calaritanus *lib. quod ſit moriendum pro Filio Dei*, & omiſſis alijs, plenè Philopatr. *in Reſponſ. ad Edict. Reginæ Eliſabeth ſect.*1. *num.*50. *&* *ſect.*3. *num.*189. & Hurtad. *de vero Martyrio Fidei reſolut.*79. *pag.*201. *num.*3 *&* 4.

Vnus Teſtis de auditu proprio.

24. Tam multiplici confeſſioni Hæreticorum circa Martyrium illatum propter odium Catholicæ Religionis, obſiſtere nequeunt nonnulli Teſtes, qui dicere videntur, eos timuiſſe cogi ad dictam Religionem ſuſcipiendam contra ſextum ex capitibus aſſignatis, prout dubitauit Reuerendiſſimus Fidei Promotor in ſuis Animaduerſionibus.

25. Quandoquidem, aut id ambigitur, ex quo plures Teſtes referant audiuiſſe Hæreticos conquerentes de Ven. Seruo Dei, quod deſtruere conarentur eorum Religionem, & hi conatus ex parte dicti Ven. Serui Dei percutiunt eiuſdem feruentiſſimam prædicationem, ſanctos mores, alioſque modos, Miſſionarij Apoſtolici proprios, abſque vlla illatione violentiæ, vt bene explicat ex Proceſſu Mediolanenſi VI. Teſtis *pag.*79. *ſub* §.70. vbi ait: *e che predicauano con eſtraordinario feruore la fede Cattolica, e tanto con le prediche publiche, quanto con li ragionamenti priuati, e con la loro maniera di viuere, andauano diſtruggendo le Religione, che da Proteſtanti viene chiamata Euangelica*; & rurſus *pag.* 82. §.78. in Congreſſu Hæreticorum audiuiſſe affirmat:

Quinque Teſtes, ex proprio auditu ab Hæreticis.

E che

E che già il detto Padre Fedele con le prediche, ragionamenti, & eſempio di ſua ſanta vita andaua commouendo i Popoli, e ne conuertiua alla Cattolica Romana Fede; & pleniùs *pag.*83.§.80.VIII. Teſtis 87.*ſub* §.90, ait: *& ibi cum magno feruore procurabat extirpare hæreſes, & Hæreticos ad obedientiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac Summi Pontificis reducere.*Ex Proceſſu Curienſi LII.Teſtis *pag.* 106. *in princip.* ibi: *eo quod prædicando ad Papiſticam Fidem illos inducere conaretur.* LIII. Teſtis *dicta pag.*106.§.14.ibi: *quod nullam aliam ob cauſam fuerit ab Hæreticis Prætigouienſibus trucidatus, quàm quod multos ſuis concionibus, & catechizatione ad Catholicam Fidem perduxerit, alioſque perducere conaretur.*LXIV.Teſtis *pag.*107.§.20. ibi: *Patrem Fidelem ſolummodo ob Catholicam Fidem, quam in Rhæticas partes cum tanto zelo introducere conabatur, trucidatum fuiſſe*, & ſic habetur ex alijs Teſtibus.

26. Aut eadem ſuſpicio elicitur, ex quo Teſtes LXVI & LXVII. *pag.* 108.*ſub* §.21.*& ante* §.22.Hæreticos dixiſſe recenſeant *de noſtra Fide voluit nos pellere*, & horum dicta accipi nequeunt de vi illata, vtpote per minas; & terrores, ſed per conciones, colloquia, zelum, & vitæ exemplum, vt affirmant antedicti alij Teſtes, ac etiam de certa ſcientia alter, ſcilicet LXXXIII.*pag.*109.*in fin.*§.33.*& pag.*110.*in princip.* inquiens: *Ego ipſe ſæpiùs ab ijſdem Prætegoijs audiui, quod ipſi in ſuis Communitatibus, & Congregationibus expreſsè, lucidè, & clarè (inter quos præſertim fuit Martinus Liettin ex Krublitz Arnanus, ſiue Præfectus) dixerint, & locuti ſunt ſic: meritò iſtum Capuccinum (Patrem Fidelem) occidimus, quia ipſe adeò verſutus, & aſtutus nequam fuit, vt nos omnes ſucceſſu temporis verbis ſuis delinitis, & planis ad Papiſticam Fidem reduxiſſet*; & VI.*pag.*80 §.71.ex ore Prædicantium: *e con eſſi loro diſſe, che li Padri Capuccini conuertiuano molti alla Fede Cattolica, e che predicauano con tanta dottrina, e conuerſauano con tanta prudenza, e ſopra tutto viueuano con tanta integrità di coſtumi, che ſe non vi ſi rimediaua più che preſto, haurebbero conuertita tutta la Rhetia alla Fede Cattolica*; & latiùs *pag.*82.§.78.ac etiam *pag.* 76. §.54. *&* 55.; & conſonant LIII.Teſtis *pag.*96.§.34. V.Teſtis *pag.*98.§.47. XXXIII.Teſtis *pag.* 104.§.2.*&* 3.LII.Teſtis *pag.*105.*in fine, &* 106.*in princip.*LIV.Teſtis *pag.*106.§.14. LXIV.Teſtis *pag.*107.§.20. LXXXI.Teſtis *pag.* 109. §.31.Vnde Teſtes dicentes ex ore Hæreticorum; *voluit nos pellere*, eo modo intelligendi ſunt, quo *Geneſ.* 9. 3. dicitur: *Abraham Angelos compulit ad ſe diuertere*, & quo *Matth.*14.22. Chriſtus *compulit diſcipulos*, hoc eſt *iuſſit*, vt alij legunt, & prout de S. Marco Euangeliſta S.Hieronymus *in* 4.*lect. Officij ad diem* 25. *Aprilis* dicit: *primus Alexandriæ Chriſtum annuncians, conſtituit Eccleſiam tanta doctrina, ac vitæ continentia, vt omnes Sectatores Chriſti ad exemplum ſui cogeret.*Hæc namque eſt ſolita Hæreticorum loquela aduersùs Apoſtolicos Concionatores, vnde de B.Ioſaphat Martyre Polocenſe Schiſmatici idem iactitabant, vt obſeruant Auditores Rotæ in eius Relatione *part.* 3. §.*ex his.* nempe: *vt facta conſpiratione ad necem quærerent Chriſti Famulum, & fortiſſimum pro Fide bellatorem, atque vt ipſi vocabant, Animarum prædonem, interimerent*; Item *ſub* §.*Teſtes in Proceſſu*, referunt quendam, *qui ait, ſe plures interrogaſſe Schiſmaticos, quid eſſet in cauſa tumultuum, quos excitant in Archiepiſcopum, & paſſim reſpondiſſe, quia Papam recognoſcit, & nos Papiſtas efficere conatur.*Rurſus §.*de odio quidem* produnt alterum ex Teſtibus aſſerentem, quod ijdem Schiſmatici contra dictum B. Martyrem, ac alios Catholicos, *lapidibus impetentes clamabant: occide, ſubmerge, Fidem noſtram ſublaturi veniunt*,

Præter antedictos Teſtes, alij nouem ex certa ſcientia.

& ex altero Teſte *ſub §. tertia de anno narrant, auditum fuiſſe Schiſmaticorum clamorem: hic Fidem noſtram deſtruit, occidamus eum;* Nec proinde dubitatum fuit, vim aliquam à Beato Archiepiſcopo Schiſmaticis illatam fuiſſe, Multòque minùs id ambigendum eſt de Ven. Patre Fidele ex allatis Hæreticorum dictis. Cum præſertim ex Teſtibus oculatis pateat, eum eximia manſuetudine ditatum, neminem vnquam ad ſuſcipiendam Fidem Catholicam coegiſſe; ex Proceſſu namque Mediolanenſi III. Teſtis Baro Felſij *pag. 97. ſub §. 41.* ait: *Altri Eretici moſtrauano dolore, che foſſe ſtato ammazzato, e diceuano, che ſe bene era di Religione contraria, ad ogni modo non meritaua la morte, perche non violentaua alcuno, e nel reſto era huomo di ſanta vita, che mai non fece diſpiacere ad alcuno, e predicaua tanto bene.* VI. Teſtis *pag. 113.* §. 48. prodit: *Quanto alla vita del ſudetto Padre Fedele, non ſi può dire, ſe non che foſſe di vita ſantiſſima, perche hauendo egli praticato tante volte, e con tanti Eretici, ad ogni modo, come hò depoſto, niuno mai lo potè notare in coſa alcuna difettoſa, anzi tanti, e tanti confeſſauano la verità, che egli era di vita ſanta. I Predicanti iſteſſi, come ſopra hò detto, erano forzati confeſſare la ſteſſa verità, e ſe haueſſero potuto trouare in eſſo Padre Fedele vna minima imperfettione, ſubito haurebbero fatto delli Colloquij per leuare à lui, & à tutti li Capuccini il credito;* & inferiùs §. 52. ſubiungit: *la terza cauſa è, perche eſſo Padre Fedele, quantunque foſſe zelantiſſimo della Cattolica Fede, ad ogni modo era molto prudente, e non violentaua alcuno. mà con dottrina ſoda, con trattar piaceuole, & affabile, con l'eſempio di ſua vita irreprenſibile ſi andaua inſinuando, e procuraua di propagare la Cattolica Fede, nò hò mai inteſo, che deſſe vn minimo faſtidio ad alcuno, anzi, per quanto poteua, cercaua di fare beneſizio à tutti, e lo poteua fare, con l'occaſione, che li Soldati di Sua Altezza taluolta aggrauauano quei Paeſani, & il Padre Fedele ſi adopraua in benefitio de' Paeſani; che però quelli, che l'ammazzarono, non lo poterono fare per odio, che portaſſero alla perſona di detto Padre Fedele, mà per odio, che haueuano alla Cattolica Fede &c.* quod iterum confirmat *pag. 115.* §. 60. XII. Teſtis *pag. 89. ſub* §. 79. ex relatu Hæretici narrat: *Coſtui era Eretico, e parlando io con eſſo lui del Padre Fedele già morto, mi diſſe, che detto Padre ſi era portato trà di loro con gran bontà di vita, e ſi marauigliaua, come l'haueſſero ammazzato, perche ſebene era di Religione contraria, ad ogni modo viueua ſantamente, e non daua faſtidio ad alcuno;* & ex ore alterius Hæretici §. 98. ſubdit: *Queſto Laudamma era parimente Eretico, e parlando io con eſſo lui del detto Padre Fedele, ch'era già morto, egli mi diſſe, e m'accorgeuo, che parlaua di cuore, diſſe dunque coſtui, che gli ſapeua molto male della morte di detto Padre Fedele, perche queſto ſi era ſempre portato ſantamente, e non haueua mai dato faſtidio ad alcuna perſona, & aggiunſe, che ſe bene detto Padre era di contraria Religione, e come Papiſta predicaua contro la Fede di eſſi Proteſtanti, che ad ogni modo eſſo Padre Fedele faceua tutto queſto ſenza violentare alcuno,* cum alijs ibidem in id expreſſis; & concordat XIII. Teſtis *pag. 90.* §. 100 *per tot.* & ex Proceſſu Curienſi XLIII. Teſtis *pag. 93.* §. 81. & ex Proceſſu Conſtantienſi XV. Teſtis *pag. 110.* §. 37.

Sex Teſtes de auditu proprio ab Hæreticis.

27. Aut dicta ſuſpicio eruitur ex eo quod ipſe Pater Fidelis Præfectum Militum Auſtriacorum inſtigauerit, vt Hæretici compellerentur, veluti argui videtur ex Æditno Hæretico, qui à Iudicibus interrogatus de tenore capitum Religionis propoſitorum *pag. 103. in fin* §. 8. reſpondit: *Se ea ampliùs non ſcire, niſi quod Fidem Catholicam aſſumere, & ſeruare deberent;* Et ex L. Teſte Proceſſus Curienſis *pag. 93. paulò*

ante

ente §.23.dicente: *Intellexi quod per Communitatis Famulum nomine Auſtriacorum Belliducum,& Officialium omnibus Incolis Seuienſibus ſeriò demandatum fuerit, vt ſequente die Dominica in Eccleſia Cultui Diuino, ſeu Cancioni adeſſent*,iunctis alijs verbis eiuſdem Teſtis,à Reuerendiſs. Fidei Promotore datis in Animaduerſionibus *pag.175.ad med.*videlicet: *Audiui,quod iam ante inter Prategoios communis vox,& rumor fuerit,quod ſi ad Fidem Catholicam nollent conuerti,omnes à Milite Auſtriaco occidendos,& quandoquidem ipſi Prategois ad Papiſticam ſeu Catholicam Fidem animum nullum haberent, inter ſe confœderatos fuiſſe, vt eo modo præuenirent Milites, atque hinc ſupradictam rebellionem excitatam eſſe,& Milites Auſtriacos vnà cum Patre Fidele glor.mem.cui Concioni vt intereſſent, ipſis pridie veſperi demandatum fuerat, vt ſupra dictum,trucidatos fuiſſe*; & ex LIX.Teſte *pag.106.* Hæreticum ſibi dixiſſe referente: *quod niſi Pater Fidelis à nobis Rhætis, & Prategois pro ſingulari promotore Papiſtico fuiſſet habitus, & creditus, nec mediante,ac inſtigante illo à Domino Baldirone Præfecto Auſtriaco ad capeſſendam Religionem Catholicam, & deſerendam noſtram Fidem fuiſſemus impulſi, nunquam fuiſſet à nobis occiſus, ſed quia dictum Baldironem inſtigauit, vt dictum eſt, ideo occiſus eſt*; nullus autem ex his Teſtibus præfatam ſuſpicionem confirmat.

28. Quod enim attinet ad Ædituum, recenſentem tenorem capitum, quod ex eis, ſcilicet, Hæretici *Fidem Catholicam aſſumere, & ſeruare deberent*,mendax dignoſcitur,cum in eorum ſexto *pag.67. ad medium* expreſsè dicatur: *Nemo debebit cogi Catholicam Fidem ſuſcipere, aut ſuam vt falſam abiurare, donec per conciones, cathechiſmum, aut familiaria colloquia, fuerint informati, & inſtructi, ita vt liberè,& non coactè Fidei Catholicæ Romanæ profeſſionem emittant, & ſuam vti falſam abiurent,& reprobent*; vnde ex quo eius dictum aduerſatur ſcripturæ, de qua loquitur, in hoc nullam prorſus fidem meretur. Bald.*in c.cum cauſa de Teſtib.*Vermigl.*conſ.*159.*num.*24. Cyriac.*contron.*27.*num.*8. Rot.*deciſ.*289.*num.*10.*part.XVII.Recen.*ne maior ſit fides copiæ,quàm originali, ad Textum *in l.1 ff.de fid.Inſtrument. & in c.primo illo.tit. eodem.* cum alijs adductis à Rota *deciſ.*272. *num.*20. *dict.part.XVII. Recent.*

29. Quod verò pertinet ad L.Teſtem Mulierem: in eo,quod dicit: *ſeriò demandatum fuerit, vt ſequente die Dominica in Eccleſia Cultui Diuino, ſeu Concioni adeſſent*,nullam occaſionem conquerendi prætexere Hæretici poterant,cum in iiſdē capitibus,per ipſos receptis,& præcipuè quarto,& quinto *d.pag.67.* id expreſsè cōuentū fuerit. At in eo quod eadem Mulier ſubdit: *quod ſi ad Fidē Catholicā nollent conuerti,omnes à Milite Auſtriaco occidēdos &c.*hoc audiuiſſe fatetur ex cōmuni voce,& rumore,vt in verbis paulò ante relatis,quę vox,& rumor inanis prorſus dignoſcitur ex tot Teſtibus, quot ſupra recenſuimus de proprio auditu ipſorum Hæreticorum,& Prædicantium,& in Colloquijs, inter ipſos ſuper re huiuſmodi habitis, abſque eo quod vllum vnquam verbum factum fuerit de huiuſmodi compulſione, qui Teſtes vtique præualere debent vano rumori, à Muliere audito, ex Iuribus vulgatiſſimis; eòque magis ex infra dicendis.

30. Quodque reſpicit LIX.Teſtem, ex ore Hæretici dicentem, quod Ven.Seruus Dei creditus fuerat ſingularis promotor Papiſticus, non eſt inficiendum,ob inſignem zelum propagationis Religionis Catholicæ. Et quod ipſe inſtigauerit Baldironum Præfectum Auſtriacum, & ab eo Hæretici impulſi fuerint ad capeſſendam Religionem Catholicam,

tholicam, & deſerendum Caluiniſmum, poſſet quoque concedi, quatenus illud ad actiuum *impulſi* propria ſignificatione accipiatur, ſicuti de cauſa impulſiua Theologi, Philoſophi, & Legiſtæ vim huius vocabuli intelligunt, ad differentiam compulſionis, & coactionis, ex adductis in Reſponſione Iuris, data in fine Poſitionis *pag.2.ſub initium.* In hoc autem poſtremo ſenſu verba eiuſmodi ſumi non poſſe manifeſtè liquet, ex eo quod Baldironus Militiæ Præfectus *pag.73. §.43.& 44.*

Tres Teſtes ex certa ſcientia.

ingenuè teſtatur: *E gionto à Gruſch me ne andai ſubito à ritrouare il Padre Fedele à diſcorrer ſeco per appontarſi in quel tanto trouano neceſſario di trattare con quel Commune, acciòche con le buone ſi riduceſſero ad acconſentire ad alcuni Capitoli, che detto Padre teneua ordine dalla Superiorità, che foſſero ſtati neceſſarij, per conuertire que' Popoli alla Cattolica Romana Fede. Fatto il concerto io feci chiamare li ſudetti Deputati principali, li quali vennero nell'Oſpitio proprio di detto Padre in Gruſch, & iui alla preſenza di eſſo Padre Fedele io cominciai à ragionare alli Congregati, dicendo il perche erano chiamati, in conformità delle lettere, che io già haueuo ſcritto, e che eſſi riſpoſero già; & aggionſi molte altre parole, & eſempij di più ſignificai loro quanto guſto hauerebbono dato al Sereniſſ. Sig. Arciduca mio Signore, e loro Prencipe naturale, ſe haueſſero accettato li Capitoli, che il Reu. Padre Fedele, & io erauamo per proporre. A tutto ciò riſpoſero i Congregati, dicendo, che di nuouo erano pronti à rendere quella douuta obedienza à S.A.Sereniſſ. però, che pregauano, come di prima haueuano per la loro lettera ſcritta, che non li voleſſero forzare dalla loro Religione ad vn'altra, che era vn dono di Dio, fin tanto, che da Dio medemo non foſſero ſpirati altrimente; & in particolare pregauano, che non li conſtringeſſimo ad andare alla Meſſa, nè di confeſſarſi; al che riſpoſe il detto Padre Fedele, dicendo, che non ſolamente non li voleua coſtringere, mà che quando eſſi anche domandaſſero la Confeſſione, ad ogni modo non li confeſſarebbe, ſintantoche non foſſero bene inſtrutti della Cattolica Fede, e prometteſſero da vero di poſcia oſſeruare quel tanto, che conforme à Santa Romana Chieſa deuono i buoni Cattolici. Dopoi il detto Padre publicò i Capitoli, la ſomma de' quali era &c.* & poſt relatam dictam ſummam capitum, ſubdit: *Io parimente per indurre coſtoro ad accettare i Capitoli ſudetti, trò le altre coſe, diſſi, che rimiraſſero alli Principi iſteſſi più grandi, e potenti, e prudenti, che preſto hauerebbono conoſciuto, quale ſia la vera Fede, e Religione. Si conchiuſe quel trattato, e niuno hebbe ardire di fare altro contraſto.* Idemque narrat, ſucceſſiſſe poſt aliquam altercationem cum altera ex dictis Communitatibus *pag.74.§.46.* atque in ſubſtantia hoc ipſum confirmat Baro Felſij huiuſmodi Congreſſibus præſens *pag.76.in fin.§.62.& pag.67.§.63.* quibus dictis ſi iungantur relata à VI.Teſte, qui, vti tunc temporis Hæreticus, adfuit Colloquijs Caluiniſtarum, vt ex verbis exaratis *ſub §.quandoquidem, & §.aut eadem,* cum cæteris recenſitis, nulla ratione ambigendum eſt, quod Hæretici rebellionem fecerint; & Ven.Seruum Dei trucidauerint timore coactionis de amplexanda Fide Catholica. Ponderando maximè, quod cum ipſi in Colloquio habito cum Baldirono rogauerint, ſe minimè cogi, dicentes, Religionem eſſe donum Dei, idque ſibi pollicitum fuerit, ſi hunc timorem habuiſſent, eum vt potè impulſum legitimum allegaſſent pro excuſanda ſeditione; & tamen paulò poſt Martyrium, & deinde ad obedientiam Auſtriacorum reuerſi, centies faſſi ſunt, necem Patri Fideli inflixiſſe, non aliam ob cauſam, quàm quod propagationi Catholicæ Fidei ſtuderet, vt ſuperiùs probauimus *§.& quod cauſa.* Et profectò nec poterant, nec debe-

bant Prætigouienſes dubitare, ſe per vim ab Auſtriacis compellendos fore, cum tota Regio, eaque vndequaque municiſſima, altiſſimis, & aſperrimis concluſa montibus, & ferocium Virorum turmis armata eſſet, & è conuerſo Copiæ Auſtriacæ tantillæ ibidem reperirentur, quas certè tot immanium hominum millia non timuiſſent, vt exitus comprobauit, quia excitato tumultu ex Militibus Auſtriacis alios obtruncarunt, alios vinculis tenuerunt, & inter iſtos præcipuos Commilitones Baronem Felſium, Centurionem Federicum Pop. & Ioannem Iacobum Kolt, *pag.* 90. §. 7. *pag.* 95. §. 28. 29. *&* 30. *pag.* 97. *ſub* §. 38. *& ſub* §. 40. *pag.* 101. *in princ.* Et tandem ſi quis vocauerit Ven. Seruum Dei ſeditionis Hæreticorum, & ſuæ necis auctorem, eam fidem merebitur, quam habuit Tertullus Orator apud Felicem Proconſulem, de Paulo Apoſtolo iactitans; *inuenimus hunc hominem peſtiferum, & concitantem ſeditiones.*

31. Nobilem VeldKirchij Fæminam ab Hæreticorum erroribus auertendo, quæ illos in aliorum perniciem diſſeminabat, vim non intulit Ven. Seruus Dei, quia id fecit prudenter, blande, & amanter, & non niſi poſt fruſtrà tentata ſuauitatis remedia, ceù hæreticam obſtinatam è Ciuitate depelli ſtuduit, vt referunt ex Proceſſu Curienſi V. Teſtis de viſu *pag.* 35. §. 1. VI. Teſtis de publico, & notorio *pag.* 36. §. 5. XII. Teſtis de viſu *pag.* 39 §. 25. XIII. Teſtis de viſu *pag.* 40. § 33. & ex Proceſſu Conſtantienſi. VIII. Teſtis de viſu *pag.* 42. §. 42. XV. Teſtis, qui videtur oculatus *pag.* 43. §. 49. & totus VelKirchij Senatus *pag.* 118. §. 7. Id autem efficere rectè potuit, quia VeldKirchij Ciuitas tota fuit ſemper Catholica, vt teſtatur Reuerendiſſimus Curienſis Epiſcopus, *Summario hodierno Num.* 5. *lit. B.* quapropter nulla ratione ambigendum eſt, quin poſt pia conamina depelli ne dum potuerit, ſed & debuerit præfata Fæmina, cl. me. Card. Lauræa *in* 3. *ſentent. part.* 2. *tom.* 3. *diſput.* 15. *de Hæreticor punit. art.* 1. *pag.* 804. *&* 805. *n.* 5. 6. *&* 7. *cum pluribus ſeqq.* & de exilio *art.* 2. *pagina* 811. *n.* 56.

Sex Teſtes quinque viſu, & vnus de publico, & notorio.

32. Neque munus Apoſtolici Miſſionarij Ven. Dei Seruus exceſſit, procurando illius exilium a Magiſtratu Seculari, quaſi quod iuriſdictionem Epiſcopalem turbauerit, quoniam in eadem Ciuitate, vt in alijs Regionibus ſubiectis Auſtriacæ Domui, tanquam Fidei Orthodoxæ Tutrici, ſcientibus, conſentientibus, & volentibus Epiſcopis, & locorum Ordinarijs, Magiſtratus, & Officiales Auſtriaci Seculares in delictis, tangentibus Religionem Catholicam, iuridicè procedunt, ad extirpandam, vel præcauendam hæreticam prauitatem, ad eoſdem à quibuſuis recurratur, vt ex prænarrata atteſtatione Reuerendiſſimi Epiſcopi Curienſis, *Summario præſenti dicto Num.* 5. *litt. A, & C,* & ex alia ſimili atteſtatione Conſulis, & Senatus Veldkirchienſis *ibidem litt. D.* & ex alia Conſiliariorum, & Officialium Cæſareo Archiducalium Auſtriacorum, *ibidem litt. E.* & comprobatur ex V. Teſte Proceſſus Curienſis *pag.* 35. §. 1. Veldkirchij Parocho, qui vna cum Patre Fidele laborauerat in ſuadenda Muliere ad relinquendos errores, & dicit ſe Teſtem oculatum acceſſus Patris Fidelis ad Senatum; Vndè liquet, id actum fuiſſe vna cum Parocho dicti loci, quapropter nulla iniuria facta fuit ipſi Epiſcopo Curienſi ex dicta conſuetudine, quæ nil aliud redolet, quam implorationem brachij ſecularis, ne dum licitam, ſed neceſſariam, ex plenè traditis à clar. mem. Card. Lauræa *dicta diſp.* 15. *art.* 2. §. 1. *&* 2. *per tot. pag.* 812. *& ſequen. & artic.* 3. *pag.* 826. *num.* 155. & à Verricell. *de Apoſtol. Miſſion. quæſt.* 187. *pagina*

Tres authenticæ atteſtationes, & dictum Teſtis Parochi.

gina 636. num. 8. & quaeſt. 188. pag. 638. n. 5. & per tot.

33. Verum eſt, quod ante necem Ven. Martyris interfecti ab Hæreticis fuerunt Milites Auſtriaci Catholici, ſed non ex hoc excluditur Religionis odium, immò dilucidius dignoſcitur. Ad hoc enim vt liberè exercere poſſent Caluiniſticam prauitatem, nil eos iuuaſſet primo loco occidere Capuccinos, quia tunc Milites Auſtriaci coactis copijs eoſdem Hæreticos interfectores trucidaſſent, ſed neceſſe habebant prius occidere ipſos Milites, qui Patrem Fidelem, alioſque Capuccinos ſtipabant. Et cum iam hoc facinus in tumultu perpetraſſent, & libertatem conſecuti eſſent, opus non habebant aliud ſcelus deinde committere occiſione Patris Fidelis, niſi ei peculiari odio infenſi fuiſſent, ob Catholicam Religionem, ab eo propagatam.

34. Verum quoque eſt, quod in Concione, Seuis habita, Ven. Seruus Dei ſuperbiæ vitium inſectatus eſt, vt de proprio auditu refert ex Proceſſu Curienſi L. Teſtis *pag.* 93. §. 23. inquiens: *Concionem audiui, & adhuc ritè, & fundamentaliter recordor, quod ipſe tunc concionatus fuerit, de vitio ſuperbiæ, & ambitionis, & qualiter ab hoc vitio capitali omnia fermè alia peccata, imò mors ipſa profluunt*, quaſi quod egerit de materia, à fide Catholica extranea. Sed quis ignorat, ſuperbiam eſſe matrem Hæreſis? S. Gregorio *lib. 3. in cap.* 11. *Iob cap.* 13. *ſub initium tom.* 2. *pag mihi* 139. dicente: *Hæreticorum quippe locus ipſa ſuperbia eſt, quia niſi prius in corde intumeſcerent, ad prauæ aſſertionis certamina non venirent*, & latiùs *lib.* 14. *in cap.* 19. *cap.* 12 *pag.* 655. Præterea aſſerendo Ven. Concionatore, vt ex dicto Teſte liquet, eandem ſuperbiam eſſe originem omnium vitiorum, ſanam doctrinam expoſuit, quia idem Sanctus Doctor *ibidem pag.* 1456. eam vocat radicem cuncti mali, & vitiorum omnium reginam. Quod ſi ex hac Concione odium concepiſſent Hæretici contra Patrem Fidelem, ipſum ſolum interemiſſent, & tunc etiam vero Martyrio coronaſſent, ob prædicationem Catholicæ veritatis, exemplo S. Ioannis Baptiſtæ, Herodem increpantis: *non licet tibi habere Vxorem Fratris tui*, Diuus Thomas 2. 2. *quæſt.* 124. *art.* 5. *in corp.* & de quo S. Gregor. ad ſextum Auguſt. interrogat. dicit: *Capite truncatus eſt, & ſancto Martyrio coronatus, cui non eſt dictum, vt Chriſtum negaret, nec eſt pro Chriſti confeſſione occiſus, ſed quia idem Dominus Noſter Ieſus Chriſtus dixerat: Ego ſum veritas, quia pro veritate occiſus eſt Ioannes, pro Chriſto ſanguinem fudit*; cum cæteris allatis à Card. Lauræa *in 3. ſentent. part.* 2. *tom.* 3. *diſput.* 20. *de Martyr. art.* 2. *per tot. pag.* 1010. *& ſequen.* At Hæretici ex dicta Concione nullam anſam arripuerunt, cum ſe contulerint in Pagum Seuis iam animo præparato excitandi tumultum, ex ſuperius recenſitis.

Vnus Teſtis de proprio auditu.

35. Cæterum, citra præiudicium veritatis, figuremus, quod Hæretici timuerint ſibi à Catholicis vim inferri, vt ſuſciperent Religionem Catholicã, immò quod talem vim Auſtriaci, inſtigante etiam Patre Fidele, eis intulerint, & ob id ipſi Hæretici eumdem Patrem Fidelem mactauerint, num ex hoc dubitandum eſſet de Martyrio formali, eiuſque Cauſa? Certè error fuit antiquus Hæreticorum, dicentium, quemlibet in ſua Fide relinquendum, nec terrore pænarum moleſtandum eſſe, vt doctiſſimè prodit cl. me. Card. Lauræa in *3. ſent. part.* 2. *tom.* 2. *diſp.* 15. *de punition. Hæretic. art.* 1. *pag.* 804. *num.* 1. *& 2 & à num.* 7. *ad* 25. vbi mira eruditione firmat, Hæreticos, vtpotè per Baptiſmum Eccleſiæ ſubditos, licitè poſſe, ac debere coerceri, etiam pœnis ad prauitatem deſerendam, & Fidem Catholicam amplexandam,

 ex-

ex claris ſacræ Paginæ locis, Sanctorum Patrum placitis, Summorum Pontificum Decretis, vſu, & praxi ipſius Eccleſiæ, & rationibus euidentiſſimis, quæ omnia hic tranſcribere ſuperſedeo, ne tanti Viri doctrinæ theſaurum vti proprium peculium exhibere videar. Hoc poſito, ſi Auſtriaci, & Pater Fidelis minis coegiſſent Hæreticos ad ſuſcipiendam Fidem Catholicam, rem licitam,& debitam operati eſſent, procurando eorum ſpiritualem ſalutem, & ſic non dediſſent Hæreticis occaſionem iniuſtè agendi, quod præcipuè obſeruandum docet D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 124. *ar.* 1. *ad* 3. *in fine*; Sed ex hoc ipſo Pater Fidelis ſuſtinuiſſet verum Martyrium pro virtute Fidei, exequendo id, quod poterat, & debebat ad propagationem eiuſdem Fidei,cum exercitium alicuius virtutis præceptæ,aut conſultæ à Fide,ſi ex illo exercitio accidat per executorem mors,ſit vera cauſa Martyrij,vt firmat idem Card. Lauræa *cit. diſp.* 20 *art.* 7. *num.* 104. *cum ſequen.* ad quod mirè facit Theophil. Raynaud. *de Martyr. part.* 2. *cap.* 1. *ſub num.* 11. inquiens: *Denique nomine odij Fidei intelligitur quoque inſectatio ob exercitium operis ex ſe boni, & aliquo tandem modo ad Fidem, ſiue propagandam, ſiue tuendam, ſiuè illuſtrandam, tendentis, lege autem humana iniqua prohibita, quà ratione Apoſtoli percuſſi,quod non paruiſſent legi,qua vetabatur in Chriſti nomine docere,ibant gaudentes, quoniam digni habiti ſunt prò nomine Ieſu contumeliam pati,& tamen non fuerant verberibus mulctati, niſi quia tranſgreſſi erant Pontificum præceptum, quo iuſſi fuerant,ne docerent in Chriſti nomine,vt habetur Actor.* 4. *&* 5. *Cum igitur Apoſtoli intelligerent, ſe ob eam cauſam cæſos, vere nihilominus cæſos eſſe pro Chriſti nomine haud dubiè etiam intellexerunt, ſi caſtigatio illa ad mortem vſque pertigiſſet, veri Martyrij decore carituram non fuiſſe &c.* Id quod ex abundanti ponderatum ſit, quia ex antedictis apparet, Auſtriacos,& Patrem Fidelem media tantummodò ſuauitatis adhibuiſſe,& Hæreticos,non timore coactionis, ſed ſolo Religionis Catholicæ odio tantum facinus perpetraſſe, ſicuti examuſſim factum legitur in Martyrio S. Canuti 5. *lect. Officij ad libitum die* 19. *Ianuarij*, nimirum: *Nec defuerunt rebellioni fomenta, cum enim Rex editis legibus decimas Eccleſiæ ſolui, Dei,& Eccleſiæ præcepta ſeruari, tranſgreſſores puniri ſanxiſſet, plerique peruerſi, & ſcelerati homines exacerbati,primum quidem tumultuari,tùm plebem commouere, ac tandem Sanctiſſimo Regi necem moliri cœperunt.*

36. Excitatum quoque obiectum audiuimus, quod Romana Eccleſia non recipiat pro veris Martyribus, quos Hæretici interfecerunt. Verum S. Ioannes Chryſoſtomus *homil.* 9. *in cap.* 1. *Matth. verſ.* 10. ad illa verba: *Beati,qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam,*inquit: *non enim dixit: beati,qui perſecutionem patiuntur, ne putes illum ſolum beatum, qui perſecutionem patitur propter Idola colenda; ideò ab Hæreticis perſecutionem patiens propter veritatem non relinquendam beatus eſt, quia propter Iuſtitiam patitur; ſed & ſi quis ex Potentibus,qui Chriſtiani videntur,forſitan propter ſua peccata correptus à Te,fuerit perſecutus,beatus es cum Ioanne Baptiſta. Si enim verum eſt,quod Propheta Martyres ſunt ſine dubio,qui propter Cauſam Dei aliquid patitur,etſi à ſuis patitur, mercedem Martyrij habet; Et ideò non poſuit Scriptura perſonas Perſequentium, ſed ſolam Cauſam perſecutionis,vt non aſpicias,qui te perſequitur,ſed propter quid,*& conferent tradita per Sanctum Ioannem à Capiſtrano in *ſpecul. conſtient. num.* 148. *&* 149. *inter Tractat. magn. tom.* 1. *pag.* 358. & Eccleſiæ

praxis militat contra hoc obiectum. In primordio namque Eccleſiæ, & ſucceſſiuis temporibus plurimi Martyres recepti ſunt, ab Hæreticis occiſi, præſertim in perſecutione Vandalica Arianorum, in perſecutione Monothelitarum, Neſtorianorum, Eutychianorum, cæterorumque à prælaudato Card. Lauræa relatorum *dicta diſput.* 20. *art.* 7 *pag.* 1011. *ſub num.* 103. *verſ. & ſic factum videmus*; & recentiùs coluntur ab Eccleſia pro veris Martyribus S. Thomas Cantuarienſis, S. Petrus Veronenſis, duo Sancti Engelberti, necati à malis Catholicis, & ab Hæreticis reſpectiuè, vt refert idem Card. Lauræa *cit. art.* 7. *pag.* 1012. *num.* 109. *&* 110. & omiſſis alijs, B. Ioſaphat Polocenſis, Beati Gorgomenſes, & B. Petrus de Arbues declarati fuerunt Martyres, quamuis omnes Hæreticorum rabie necati fuerint.

37. Abſque eo quod huiuſmodi obiectum aliquod robur accipiat à doctrina ſæpe allegati Card. Lauræ *dicta diſp.* 20. *art.* 6 *pagina* 1006. *ſub num.* 75. Quoniam eius verba ſunt hæc: *Odium ergo Fidei impellens Tyrannos ad occidendum, vel cruciandum Confeſſores Fidei, eſt Cauſa Martyrij; ideò hos tantum Eccleſia veneratur ut Martyres, non eos, qui ob Cauſam politicam ab Infidelibus occiduntur. Quia ergo in occiſis ab Hæreticis, qui dominium habent, motiuum occidendi eſt æquiuocum, & dubium, Eccleſia eos non recipit vt Martyres, niſi euidenter ei conſtet, motiuum fuiſſe Religionem, non odium priuatum.* In hoc autem Martyrio Hæretici occiſores Dominium Rhætiæ non habebant ideò ex ea Cauſa politica moueri nequibant, & inſupèr eorum odium erga Religionem Catholicam euidenter conſtat, ex recenſitis.

De Martyrio formali ex parte Ven. Serui Dei.

38. IN hoc puncto obijcitur, Ven. Martyrem, excitato ab Hæreticis tumultu, deſcendiſſe ex ambone, & per aliam Templi ianuam eundem tumultum declinantem, arripuiſſe fugam, contra boni Paſtoris debitum ex Miſſionis munere, *nam bonus Paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis; mercenarius autem videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit*, vt in Euangelio *Io:* 10. habetur, cum cæteris adductis à S. Auguſtino *Epiſt.* 180. & à D. Thom. 2.2. *q.* 185. *art.* 5. Quæ tamen obiectio extranea prorsùs videtur, & veritate facti deſtituta.

39. Extranea quippè, cum auctoritates præallegatæ, & quotquot allegari poſſunt, eo in caſu litteraliter loquantur, quo Oues Paſtoris ſubiacent periculo deſerendi Fidem, & in quæſtionis examine: an, & quando Martyris fuga ſit licita, vt firmat cl. mem. Card. Lauræa *in 3 ſent. p.* 2. *tom.* 3. *diſput* 11. *art.* 6. § 4. *pag.* 704. *num.* 207. inquiens: *Perſonæ publicæ, vt Paſtori, curam Animarum habenti, tempore perſecutionis non eſt licitum fugere, ſi probabiliter timet, quod Populus ob eius abſentiam poſſit Fidem deſerere*, idque de more doctiſſimè comprobat *num. ſubſequen. & diſp.* 20. *art.* 8. *pag.* 1013. *ſub num.* 114. *& artic.* 14. *pag.* 1040. *num.* 260. *& ſequen.* Verticell. *de Apoſt. Miſſion. quæſt.* 64. *pag.* 177. *&* 178. *num.* 9. In caſu autem præſenti Hæretici tumultum non excitarunt, vt milites Auſtriacos à Catholica Fide peruerterent,

ſed

ſed vt ipſi liberiùs perſiſterent in exercitio Caluiniſmi,& ne Pater Fidelis Religionem Catholicam propagaret,ex ſuperiùs probatis ; vndè cum ex dicto tumultu non eſset periculum defectionis à Fide,nullam obligationem Pater Fidelis habebat occurrendi ad eundem tumultum,nec etiam vt ſaluti ſpirituali,aut corporali eorundem Catholicorum conſuleret,cum Capuccinus inermis nequicquam eos iuuare potuiſſet inter arma tumultuantium,immo ſi id feciſſet,imprudentiæ nota inuri mereretur, quod abſque vllo fructu certum ſubijcerit propriæ vitæ periculum, omninò tali caſu vitandum , etiamſi periclitari potuiſſet Fides Catholicorum , D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 3. *art.*2. *ad* 3. Caſtropal. *Oper.moral.tom.*1.*tract.*4.*diſp.*1.*punct.*15.*num* 3. Verriccl. *de Apoſt. Miſsion.quæſt.*9.*pag.*58.*col* 2. *verſ. quinto praecepta eſt fuga , & dicta quæſt.*64.*pag.*177.*num.*5. *& ſeqq. & quæſt.*66. *pag.*179 *nu* 6. Hurtad. *de vero Martyr. Fidei reſol.*29.§.1.*pag.*72.*col.*2.*ſub verſ.quæ ideò* . Maximè ob rationem ſatis veriſimilem , allatam ex Proceſſu Mediolanenſi à Comite Aloyſio de Sultz VII. Teſte *pag.* 100. § 52. vbi dicit: *e poi conſiderando,che ſe ſtaua con gli altri Soldati Cattolici , queſti l'hauerebbero voluto difendere, e perciò ſarebbe ſtato maggiore rumore,& i Cattolici hauerebbero patito per riſpetto di lui, egli ſi riſolſe di ritirarſi in diſparte , e così venne fuori della Chieſa &c.* Etenim Clem. Alexandrin. *lib* 4. *Stromat.* ait : *Cum Dominus dixit : dum perſecuti vos fuerint in vna Ciuitate , fugite in aliam,non ſuadet fugere, tamquam ſit malum pati perſecutionem, nec vt mortem extimeſcentes , iubet,nos eam fuga declinare. vult autem nos nulli eſse auctores, neque alicuius mali cauſæ adiutores,nec vobis ipſis,neq; ei,qui perſequitur,neq; ei,qui interimit, denunciat enim , vt caueant , qui autem non obedit, eſt audax,& temerarius, & inconſultè ſe in manifeſta pericula conijciens* ; & S. Cyprianus *Epiſt.*15. ſcribit : *quoniam comperi , Fratres chariſsimi,minùs ſimpliciter,& minùs fideliter vobis renunciari, quæ hic à vobis,& geſta ſunt & geruntur* ; (agit de fuga in perſecutione) *nam ſicut Domini mandata inſtituunt,orto ſtatim turbationis impetu primo , cum me clamore violento frequenter Populus flagitaſſet , non tàm meam ſalutem quàm quietem Fratrum publicam cogitans,interim ſeceſſi, ne per inuerecundam præſentiam noſtram ſeditio,quæ cæperat plus prouocaretur* . Quapropter in hac hypotheſi certè monitum S. Gregorij Nazianz. *Orat.*20. ſeruandum erat : *Lex Martyrij hæc eſt,vt ne nos vltro accedamus ad certamen,hoc enim temerarij, ac præcipitis eſt animi,* & alterum S. Petri Chryſologi *ſerm.*151.nimirum; *Martyr comprehenſus debet tenere conſtantiam,non comprehenſus,debet fugere perſequentem* ; quod etiam comprobat Origen. & alij congeſti à dicto Card. Lauræa *cit.diſp.*11. *art.*6. §.4 *pag.*703. & 704. *num.*197. & *ſequent.* & ab Hurtad. *de vero Martyr. Fid. reſolut.d.* 29. §.1. *per tot. pag.*71. 72. & 73.

40. Veritate facti aſſerta hæc fuga deſtituta quoque dignoſcitur, plura ponderando .

Primo,quod Ven. Dei Seruus erat inſignis Theologus, Iuriſta , & Canoniſta, vt plures Teſtes aſſerunt *Summario Poſitionis pag.* 32. & *ſequen.* vndè rectè ſciebat, quid Miſſionario Apoſtolico in tali rerum articulo faciendum eſſet; inconſultum ergò cenſuit ad furentes Prætigouienſes accurrere,ex proximè allatis, & ex Hugone Cardin. *in cap.* 10. *Matth.* dicente : *dum furor in curſu eſt , currenti cede furori.*

Vnus Teſtis.

Secun-

Secundò, quod intimis ſenſibus exoptauit ſemper ſanguinem fundere pro Chriſti nomine, & abſque vllo timore mortis labores innumeros in conuertendis Hæreticis exantlauit, ex plenè relatis per Teſtes *à pag.65. ad 90. & pag.118.§.5. & pag.119.§.11.*

Tertiò, quod ipſum Martyrium ſemel, iterum, & tertio ſibi imminere præſagiuit *à pag.59. ad 64.* nec tamen à prædicatione, cæteriſque pietatis operibus minimum deſtitit. Et ne quis cum Tertulliano, iam Hæretico Montaniſta facto, *lib. de fuga in perſec.* dicat: *ſe nouiſſe in pace Leones, in prælio Ceruos,* ponderandum eſt, quod Ven. Seruus Dei paulò ante prælium, rectè præcognitum, eandem fortitudinem demonſtrauit. Dum enim Cruſcâ verſus concionaturus incederet, Columnellus Baldironus timens Hæreticorum inſidias, ala militum eum ſociari iuſſit. quorum præſidium fortis Dei Athleta minimè admiſit, vt teſtantur de facto proprio ipſe Baldironus ex Proceſſu Mediolanenſi II. Teſtis *pag.74. §.48.* & de viſu, & auditu proprio Baro Felſij *pagina 77. ſub §.63.* & die ſequenti iter faciens in Pagum Seuis, non obſcurè manifeſtauit, prauam mentem gerere Hæreticos, vt ſubdit idem Baro Felſij *cit. pag. 77. §.65.* & nihilominus feruidam Concionem ad Populum habuit, & ad prædictum Pagum Seuis perrexit, vt ſubdit idem Baro Felſij *dicta pag. 67. §. 65. & 66.* Quamobrem ni ſanguinem fundere pro Chriſti nomine deſideraſſet, oblatam Militum cuſtodiam non reſpuiſſet. Sic S. Franciſcum Saleſium iure commendat bo: me: Phebæus in Relatione geſtorum illius, impreſſa in Actis Canonizationis *pag. 32.* quod Baroni Ermaciano, Arcis Allingianæ Præfecto ſuadenti, ne ſine militaribus copijs ex Arce egrederetur: diuina ſpe firmus reſponderit, *Non alio militum ſatellitio opus eſſe, quam eo, quod diuina prouidentia deſtinauerat.* Ac idem Pater Fidelis prænoſcens peruerſum Hæreticorum animum, concionem, & iter verſus Pagum Seuis, ſaltem in aliud tempus, diſtuliſſet, id quod Landamma, & alij Hæretici admirati ſunt, vt ex eorum ore fatetur XI. Teſtis Proceſſus Mediolanenſis *pag.61. ante §. 16.* inquiens: *Quando Io ritornai da Tauos, e paſſato Kloſterlin arriuai à quell'altra Terra vicino à Seuis, doue io alloggiai in caſa di quel Landamma, allora queſto Landamma mi diſſe, che detto Padre Fedele haueua preuiſto, e predetto la ſua morte, e perciò ſi marauigliò meco quell'Heretico) per qual cauſa il Padre Fedele ſapendo queſto, non foſſe fuggito. Queſto ſteſſo Io hò ſentito più volte, ſtando, come ſopra hò detto, nella Città di Coira, perche gli Eretici più volte mi diſſero, che il detto Padre Fedele haueua preuiſto, e predetto la ſua morte, e coſtoro parimente diceuano: e perche non ſi ritirò, e non fuggì ſapendolo?*

Duo Teſtes de facto proprio, ac de viſu, & proprio auditu reſpectiuè.

Vnus Teſtis de auditu Prædicātis, & aliorum Hæreticorum.

Quartò, quod ardente rebellantium tumultu, vt ex D. Auguſt. Doctor Angelicus *par.3.q.44. art.3.in corp.prop. fin.* de Chriſto Domino ait: *Non abſcondit ſe in angulo Templi, quaſi timens, vel poſt murum, aut columnam diuertens,* ſed è ſuggeſto deſcendit, & ad locum Aræ antiquæ in genua prouolutus Deo preces fudit III. Teſtis Proceſſus Mediolanenſis Baro Felſij de viſu *pag. 96, in fine, & 97. in princ.* V; Teſtis Nobilis Alphonſus Vareſius de auditu plurium præſentium *pag.99. §.48. & 49.* VII. Teſtis Comes de Sultz Bellidux de eadem ſcientia *pag.100. §.51. verſ. allora* VIII. Teſtis de auditu nobiliſſimorum Virorum *d.pag.100. §.54.* Sic enim Ven. Martyr orans, ſe totum diuinæ diſpoſitioni commiſit, vt hoc caſu faciendum, docet S. Auguſtin. *cit. Epiſt. 180. in fin.* & Clemens I. *Conſtitut. Apoſt. cap.5.*

Quatuor Teſtes, vnus de viſu, duo de auditu, præſentium, & alter de auditu nobilium Virorū

ad-

admonet: *neque promptiores ſimus ad obijciendum nos periculis, Dominus enim dixit: orate vt non intretis in tentationem*, & Card. Lauræa *d. diſp.* 11. *art.* 6. § 4 *pag.* 706. *num.* 211. *ad fin.* inquit: *dum ergo tempore perſecutionis quis ſentit ſe Dei ſpiritu agi, vt fugiat, fugiat, ſi verò vt perſiſtat, remaneat.* Quinimmò, *allegat. diſp.* 20. *art.* 8. *pag.* 1013. *num.* 114. *propè fin.* ait: *Patet ergo, quod niſi vrgeat præceptum confitendi Fidem non debet quis ſpontè ſe alicui offerre, vt occidatur, ſed debet fugere, & latitare, & expectare, donec, vt diximus ex Chryſoſtomo; Deus permittat eum quæri, apprehendi & quæſtionibus ſubijci, tunc autem voluntariè, ac libenter ſufferre debet omnia, quæ contra eum fient.* Qua diuina diſpoſitione ductus Chriſti Pugil fatali tumultui ſe non immiſcuit, cum cæteroquin in eo Seditioſorum conflictu vna cum Militibus obtruncatus eſſet, & tunc caſu potius, aut temeritate, quam Catholicæ Religionis odio diceretur occiſus, & quamuis ipſe intentionem ſanctiſſimam habuiſſet, Martyrij palmam non reportaſſet.

Tres Teſtes, vnus de auditu Hæretici Æditui præſentis, alter de viſu, & alter ex ſufficienti notitia.

Quintò, quod peracta oratione exijt per ianuam, quæ eſt à latere Templi, & in apertum agrum ſe contulit, vt refert de auditu Hæretici Æditui præſentis ex Proceſſu Curienſi XIII. Teſtis *pag.* 92. S. 15. vbi ait: *Quare ipſe Pater Fidelis concionem finiuit, & ex ambone, ſiue ſuggeſtu deſcendit, & poſtea per oſtium, quod illi è ſuggeſtu deſcendenti vicinum erat, egreſſus eſt verſus Pagum Gruſch.* Et paulò infra S. 16. ſubiungit: *Vt autem ex aliorum relatione accepi, cum ipſe Pater Fidelis finita concione ex ambone deſcendiſſet, ſtetit primo ante locum Altaris & ibidem in Eccleſia flexis genibus orauit, poſtmodum per oſtium prædictum, vt bombarda exploſa fuerat, egreſsus eſt, & inde obuios habuit illos, qui eius necem meditabantur.* Et ex Proceſſu Mediolanenſi III. Teſtis oculatus Baro Felſij *pag.* 97. S. 38. narrat: *Dapoi io viddi, che detto Padre Fedele vſcì dalla Chieſa, paſſando per l'vſcio anticamente della Sagreſtia, e venne per quel ſentiero del Cimiterio, che altri anche ſogliono fare, quando entrano, & eſconò per quella parte, & io parimente feci quella medeſima ſtrada.* Et ex Proceſſu Conſtantienſi X. Teſtis *pag.* 94. *ſub* S. 27. dicit: *Poſt hac ſeditione ſedata &c. accedens in Pagum Seuis, vidi locum occiſionis, & ſepulturæ, Templum etiam, & Cathedram, ſeu pulpitum, in quo vltimo habuit Concionem, necnon viam, per quam idem Pater Fidelis ex Templo, vel ex horto Orationis, ad exemplar Chriſti Domini, exiens, occurrit ſuis perſecutoribus, à quibus etiam Martyrio coronatus eſt.* Non ergo exijt per ſecretos angulos, ſed per publicam viam, non ergo aufugit, aut declinaſſe Martyrium dicendus eſt.

Sexto, quod Baro Felſij, Vir fortiſſimus, ex antiquiſſima Proſapia Columnenſium progenitus, qui cum ſuorum Militum copia ipſo die perpetrati facinoris in Templo audiuerat Concionem Patris Fidelis *pag.* 96. *ante* §. 36. ſeditione Prætigouienſium extra Templi fores exorta, illi accurrere armata manu, vt Auſtriacis Catholicis ſuppetias ferret, opportunum minimè duxit, ſed per eandem portam Templi, e qua exierat Pater Fidelis, & per eandem viam inceſſit *pag.* 97. S. 38. Neminem facile credam ignauiæ cauſaturum hunc Illuſtriſſimum Bellatorem, quod ad Ruſticos rebelles, tunc temporis ardeſcente rabie ſe non contulerit, quaſi quod fugam inierit; ſic pari, & fortiori ratione Capuccinus inermis, quod tumultum declinauerit, ſed è ſuggeſto deſcendens, poſt preces genibus flexis ad Deum fuſas, per ſolitam

Tem-

Templi ianuam,& per viam, omnibus obuiam, ſe diuinæ diſpoſitioni commiſerit.

41. Ad fugæ ſuſpicionem ingerendam non poteſt rationabiliter obijci, quod Venerabilis Seruus Dei è Templo egreſſus dereliquerit prælaudatum Baronem Felſij, vna ſecum incedentem, quoniam ipſa verba, è quibus ſuſpicio eruitur *pag.* 97. §. 38. eandem tollunt, nimirum: *Dopoi Io viddi, che detto Padre Fedele vſcì dalla Chieſa, paſſando per l'vſcio &c.* exijt, non cucurrit, *& io parimente feci quella medema ſtrada*, non dicit inſimul cum Patre Fideli, aut propè ipſum, cum non omnes, qui per vnam, & eandem viam, exempli gratia. Curſus, incedunt, ſimul, aut propè ambulent, *mà mi fù forza di laſciarè il Padre*, in ea diſtantia, qua ille præibat, *perche poco diſcoſto dalla ſudetta Chieſa diedi in vn certo baſſo*, hæc proximitas Templi clariùs demonſtrat Patrem Fidelem iam longiùs iuiſſe, *e ponendo il piede diſuguale, maſſime per li ſtiuali di calcagno vn poco alto*, ex quibus pedetentim Baro gradum facere neceſſe habebat, *mi slocai vn piede, tanto che non mi potei più muouere da quel luogo*, non recenſet, id aduertiſſe Patrem Fidelem, vndè magis comprobatur illius diſtantia: *Il Padre caminò vn poco più auanti, & io fui fatta prigione di ſubito*, verbum *caminare* non ſemper ſignificat currere, aut gradum accelerare, ſed ſæpiſſimè *andare, e far viaggio*, vt docet Cruſcæ Vocabularium, dicto verbo *caminare*, & in hac facti ſpecie refertur ad proſecutionem itineris Patris Fidelis, & ad impedimentum Baronis, qui captus à Rebellibus eum ſequi amplius nequiuerit, vt ex verbis proximè datis. Quamobrem cum aliundè ſuſpicio fugæ non eruatur, non eſt opus alia ſuperaddere, quę in promptu eſſent.

42. In extremo vitæ ſpiritu conſtantiam Ven. Serui Dei in Fide, & Charitate non probari obijcitur ſignis extrinſecis, per Teſtes dę viſu, aut auditu proprio relatis.

43. At in hoc quoque legitima probatio non deficit; nam ex Proceſſu Curienſi L. Teſtis *pag.* 94 §. 25. *&* 26. de viſu aſſerit. *Poſtquam tumultus ſedatus fuit, & furioſi Ruſtici verſus Pagum Gruſch ſe contuliſſent, audiui ab ijſdem, etiam bonum Capuccinum Patrem Fidelem trucidatum fuiſſe, quare cum exijſſem in Campum, ſeu Pratum extra Templum, viſura qualiter ſe res haberent, non longe à Templo Seuis deorſum verſus ego ipſa Patrem Fidelem in Pratum ſupra dorſum iacentem conſpexi, & cum apertis, & in Cœlum eleuatis oculis, adhuc tribus vicibus ſpirantem, & ſpiritum ſuum beatè emittentem ego ipſa cum magno cordis dolore vidi.* XXXIII. Teſtis *pag.* 91. *ſub* §. 10. de auditu alterius ex Occiſoribus, inquit: *Vlterius etiam mihi hoc incidit, quod Chriſtianus Sachſer è Seuis, dum vna cum reliquis tribus Hæreticis Rhætis me ad d. Patris Fidelis Cadauer adduxiſſet, dixerit; & gloriatus fuerit, qualiter ipſe eum eidem Patri Fideli primum quidem ictum dediſſet, nec penetraſset, mox alium librauerit, qui clarè intrauerit (hoc eſt valdè profundum vulnus inflixerit) & quod tunc P. Fidelis in genua ſua procubuerit, & nomina IESVS, MARIA ſæpius inuocauerit.* XLIII. Teſtis *pag.* 92. §. 17. *&* 18. de auditu duarum Catholicarum Mulierum videntium narrat: *Similiter duæ Mulieres Catholicæ Militum Salisburgenſium, mihi bona fide retulerunt, ſe à longè vidiſſe, & audiuiſſe, quod vbi dictus Dei Seruus Pater Fidelis ad tertium circiter iactum lapidis ab Eccleſia deſcenderit in Pratum quoddam, redeundo verſus Gruſch, tunc Prætigoij properantes, eumque circumſtantes,*

Septem Teſtes ex ſcientia hic enucleata.

verba quadam ad illum dixerint, è contra ijſdem reſponderit quidem, ſed qualia vtrinque prolata fuerint, ſe non intellexiſſe (ni verba huiuſmodi de conſtantia in Fide fuiſſent; Hæretici Ven. Seruum Dei minimè trucidaſſent) *Non multo tamen poſt ſe vidiſſe, quod quidam ex dictis Hæreticis rebellibus euaginato gladio occipiti, eique graue vulnus inflixerit, viderintque optimum Patrem manus ſuas in Cælum eleuare, & voce intelligibili à ſe inclamantem nomina IESVS, MARIA;* & ex Proceſſu Mediolanenſi V. Teſtis Nobilis Alphonſus Vareſius *pag. 99. ſub* §: 48. *&* 49. de auditu plurium, & præſertim Militis Catholici præſentis, ait: *Fù circondato da molti Eretici, i quali vedendo la coſtanza di lui in voler difendere la Fede Cattolica, ſi poſero ad ammazzarlo con* diuerſe *ſorti di armi, ſingolarmente con ſpade, e baſtoni ferrati, e tanto lo percoſſero, che iui reſtò morto. Queſte coſe Io le hò inteſe da varie perſone, con le quali in diuerſe volte hò ragionato, e mentre ſtauo nella Corte di Sua Altezza, e quando mi trattenni con li Soldati nel ricuperare li ſudetti Paeſi, e dopo la recuperatione ancora; e di tutto ciò ſe ne parlaua publicamente, come di coſa certa, & indubitata; ſingolarmente io inteſi le ſudette coſe dalli Soldati medemi del Signore Colonnello Baldirone, che in quel tempo ſi ritrouauano inſieme con il Padre Fedele in detta Valle. E nominatamente mi ricordo hauerle inteſe da vn Soldato noſtro Cattolico per Natione Morauo, il quale era nel Reggimento di detto Signor Baldirone, e fù preſente à quell'vltima Predica, che il detto Padre fece in Seuis, & vdì quando ſi ſparorno le archibugiate, e vidde quando il Padre ſceſe dal Pulpito, e fece oratione, e poi vſcì di Chieſa, e vidde in oltre quando fù circondato dagli Eretici, e ſentì, che trà gli Eretici, & il Martire paſſarono prima alcune interrogationi, e riſpoſte, ma vedendo poi quei perfidi, che il Martire ſtaua coſtante nel difendere la Cattolica Romana Fede, allora cominciarono, come ſopra, à martirizzarlo. Queſto Soldato Morauo ſi chiamaua Lodouico Settiman, e mi raccontò le ſudette coſe preſſo alla Città di Maienfelda &c.* VIII. Teſtis *pag.* 100. §.54. 55. *&* 56. de auditu nobiliſſimorum Virorum, & aliorum Militum, ait: *Cùm enim Beatus Pater aſcendiſſet eadem die in Seuis, & Concionem haberet in Eccleſia Seuis, tunc inſurrexerunt Hæretici, & in ipſa Eccleſia Seuis cæperunt occidere Milites Catholicos, quod cùm vidiſſet Pater Fidelis, deſcendit de ſuggeſtu, & genibus flexis orauit in eadem Eccleſia ante locum Altaris, & poſtea exiuit ab Eccleſia, & cùm è Cæmeterio deſcendiſſet, ibi circumdatus eſt ab Hæreticis, & varijs vulneribus, & percuſſionibus ibidem interemptus eſt; cùm autem cæpiſſent eum cadere, tunc ipſe manibus iunctis ad Deum orabat, & hoc etiam audiui à Militibus &c.* IX. Teſtis de publica voce, & fama, ac ſpeciali relatione Militum *pag.* 101. §. 59. *&* 60. dicit: *Inſuper ex communi fama, & voce, & ex ſpeciali etiam aliorum Militum relatione intellexi, quod Beatus Pater Fidelis eadem die, in qua occiſus fuit, aſcenderat in Seuis, & in Eccleſia eiuſdem loci Concionem habuerat, & in Concione ipſa cæperunt Hæretici rebellare; & quia Beatus Pater Fidelis conſtantèr agebat pro Catholica Fide, idcircò nequiſſimi Hæretici occiderunt illum propè Cæmeterium eiuſdem Eccleſiæ Seuis.* At præ omnibus perpendenda eſt aſſertio Iodochi Hæretici Prædicantis, ex Martyrio Venerabilis Serui Dei ad Catholicam Fidem conuerſi, Teſtis VI. dicti Proceſſus Mediolanenſis, qui, dum adhuc in Caluini Secta viuebat, de auditu proprio alterius ex Occiſoribus, alio Prædicante coram, *pag.* 85. §.84. 85. *&* 86.

affir-

aſſirmat: *Dopo la gratia di Gieſù Chriſto io riconoſco la mia conuerſione da queſto Beato Martire Fedele Capuccino, perche quando, come ſopra hò depoſto, cominciai ad intendere con quanta Santità di vita egli ſi portaſſe in Malanz, Maieuſelda, & altri luoghi, doue andaua con gli altri ſuoi Capuccini, e viddi, che gli ſteſſi Secolari Eretici l'ammirauano, & anche in certa occorrenza li preferiuanò à noi Prèdicanti, allora Io reſtai confuſo, e perpleſſo, & andauo dubitando ſe quella Setta, chiamata Euangelica, foſſe la vera Chieſa. Quando poi venni, come ſopra hò detto, nell'Agnedina baſſa, e fui aſſaltato da colui, che mi voleua ammazzare, penſando, che Io foſſi Càttolico, poi hauendomi riconoſciuto, mi raccontò, come egli haueua àmmazzato il detto Padre Fedele; e di più aggiunſe, come ſi foſſe portato eſſo Padre nel ſuo Martirio; allora io mi commoſſi maggiormente, perche coſtui di bócca propria mi raccontò; come ſopra hò detto, che egli haueua con le proprie mani ammazzato detto Padre per intereſſe della loro Fede Euangelica, e che allora detto Padre Fedele moriua tanto allegramente, e che quanto più lo feriuano, e percoteuano, tanto più egli ſi moſtraua àllegro, e ridente; così mi raccontò colui allora in preſenza del ſudetto Predicante Goiano in Sernez in caſa di mio Padre*. Cùm itaque vnus Teſtis viderit Ven. Martyrem eleuatis in Cælum oculis beatè ſpiritum emittentem, alij à præſentibus, etiam Hæreticis, audiuerint in actu Martyrij flexis genibus ter nomina *IESVS, MARIA* pronunciaſſe, alij ex ſimili ſcientia in eodem actu Deum oraſſe, alij ab Occiſoribus interrogatum de veritate Fidei Catholicæ, ob eximiam conſtantiam trucidatum fuiſſe, & alter inſignis Hæreticus Prędicans ex relatu vnius ex Interfectoribus referat, quod Venerabilis Seruus Dei quantò ſæuius percutiebatur, tanto lætior, & ridens erat, non videtur ambigendi locus, quin finalis perſeuerantia in Fide, & Charitate probata ſatis appareat ex his extrinſecis ſignis, per ea, quæ latè ſuperiùs adduximus circa probationem Martyrij materialis, & præſertim ex Relatione Auditorum Rotæ pro B. Martyre Ioſaphat Polocenſe *part.* 3. *ſub §. igitur de perfecto*, comprobantium, *quod ſufficit etiam vnus Teſtis de certa ſcientia cum duobus de publica voce, & fama, iunctis alijs Teſtibus de auditu à perſonis, quæ mortem viderunt, quorum multi ſunt in Proceſſu; & ſceleris patratores id faſſi fuerint*; idque repetunt *ſub §. ad primam circa* Contelor. *de Canonizat. Sanct. cap.* 18. *n.* 20. *& ſequen.* Caſtellin. *de Certitud. glor. Sanct. cap.* 6. *in appendic.* Pignatell. *Conſult. Canon.* 42. *num.* 35. *tom.* 4. *impreſſ. Venet.* quamuis huiuſmodi Teſtes non dicerentur omninò concordes, atque conteſtes, cùm omnium dicta tendant ad vnum, & eundem finem, voluntariam ſcilicet mortis perpeſſionem, quo caſu ſimul iunguntur, & optimè probant, ex adductis ab Auditoribus Rotæ in dicta Relatione Beati Martyris Ioſaphat Polocenſis *dicta parte* 3. *§. de ſæuitia ad fin.*

44\. Hæc probatio vehementèr fulcitur ex antecedentibus, nimirùm ex deſiderio ſubeundi Martyrium, quod ſuperiùs adduximus *§. veritate, verſ. ſecundo quod*, illudque egregiè demonſtrat XXX. Teſtis Vir nobilis *pag* 66. §. 8. & hoc ipſum ponderant Auditores Rotæ in ſæpè allegata Relatione Beati Ioſaphat Martyris Polocenſis *part.* 3. *ſub §. voluntariè autem*, aſſerentes: *Et acceptatio prædicta deducitur etiam ex antecedenti deſiderio Martyrij, quo ardentiſſimè flagrabat Seruus Dei*. Prout etiam ex præcognitione, & prædictione eiuſdem Martyrij, quam paritèr oſtendimus *ſub dicto §. veritate,*

verſ 3. quod, & hoc quoque animaduertunt Auditores Rotæ *ſub dicto §. voluntariè autem*, ibi: *Archiepiſcopum quodammodò mortem ſuam prædixiſſe*. Euidentiùs item ex facti ſerie, à cunctis Teſtibus recenſita, quod ſcilicet Ven. Martyr ſummo feruore Concionem habuit in Templo Seuis, atque excitato rebellantium Hæreticorum tumultu, è ſuggeſto deſcendens, ante locum Altaris Deo preces fudit, deindè egrediens de Templo, in itinere obuios habuit Interfectores, à quibus illicò trucidatus exritit, quo breui tragædiæ ſpatio, adhuc feruore Fidei vigente, nemò probè ſuadere ſibi poteſt, heroicum Virum, tot virtutibus eximijs prædituum, & diuini honoris zelatorem inſignem, in eo momentaneo conflictu, à Fide, & Charitate defeciſſe. Hoc autem pleniſſimè comprobat cl: me: Card. Lauræa *d. diſputat.20. artic.6. pag.1010. ſub num.97. & 98.* ſic appimè diſſerens: *obijcies contra. Accidere poteſt caſus, vt quis velit Fidem confiteri, & de facto confiteatur, tamen nolit mori, & inuitè moriatur, cùm à Tyranno necatur &c. Reſpondetur, caſum hunc difficilem eſſe, ſed tamen poſſibilem in molli, & delicato* (talis ſtrenuus Miſſionarius cenſeri nequit) *At in eo caſu dico, quod ſi non manifeſtet eam volitionem, præſumitur velle mortem, permiſſiuè ſaltem, quia cùm eam patitur, non reclamat, itaque adeſſet Perſecutor, & mors in effectu illata, atque confeſſio Fidei, quam quidem mortem effugiſſet, niſi confeſſus fuiſſet, ergo nihil ſibi deeſt, quin ſit Teſtis Fidei cum effectu, etſi voluntas explicita moriendi non adeſſet. Addo, quod etiamſi manifeſtaret ſe nolle mori, tamen Fidem confiteretur, & ideò occideretur, in eo caſu factum contrarium explicaret voluntatem, licet ſenſus refugeret*; & rurſùs *num. 100.* ait: *Apud Deum voluntas illa præcedens non retractata, habetur tanquam actualis*; atque idem firmant Verricell. *de Apoſtolic. Miſſion. quæſt.25. pag.105. num.4. per tot.* Auditores Rotæ in dicta Relatione B. Ioſaphat Martyris Poloecenſis *part. 3. §. acceptatio etiam mortis*, & latiſſimè Hurtad. *de vero Martyrio Fidei reſolut.26. §. 1. & 2. per tot. pag. 64. & ſequen.* optimè Caſtellin. *de Inquiſit. Miracul. in SS. Martyr. Canonizat. pag.77. col.2. per tot.* quæ voluntas Vener. Serui Dei ſatis apertè reſultat ex recenſitis actibus præcedentibus, & Martyrio proximis; & ne dum nullus actus in contrarium datur, ſed plures concurrunt in ipſo momento Martyrij, conſtantiam, & fortitudinem Athletæ Chriſti præſeferentes, ex ſupra proximè adductis.

45. Certiùs itaquè in hac Cauſa ex prædictis redditur aſſumptum Caſtellini *de Inquiſit. Miracul. in SS. Martyr. Canonizat.* adductum in mea Reſponſione *pag. 195. § perpenſis*, nimirum: *Nequit rationabiliter dubitari de veritate Martyrij Iuſtorum, timendo de illorum defectione à Fide, vel Charitate in actu paſſionis, vel mortis, niſi intercedat aliquod externum ſignum, certo prædictam defectionem repræſentans, vel aliquod indicium dubium, vel æquiuocum, quod poſſit, videlicet per Viros Sapientes, in bonam, & malam partem indifferentèr interpratari, & appareat aliquis actus exterior, qui ſit contra veram Chriſtianam prudentiam, quæ eſt forma Virtutum moralium*; ob præcipuam Dei aſſiſtentiam in agone ſuorum Pugilum, quam comprobant duo Eminentiſſimi Purpurati huius Sacræ Congregationis Capiſucchus, & Lauræa, quorum verba dedimus in dicta Reſponſione *pag. 196. in princ.* & eorum egregijs dictis addere liceat S. Cyprianum *lib. 2. Epiſt. 6. ad Martyr.* ſcribentem: *Dominum non tantum Seruos in certamine ſpectare, ſed & ipſum vna luctari, & coronare pa-*

riter

ritèr coronari. Et ponderare liceat, quod quotidiè extrahuntur è Catacumbis Corpora SS. Martyrum, eiſque Veneratio exhibetur, de quorum finali perſeuerantia nullum aliud teſtimonium habetur, quam à Deo pollicita in vltimo conflictu aſſiſtentia.

46. Ex ſubſequẽtibus Martyriũ itidem hæc finalis perſeuerantia, immò integrum Martyrium, & materiale, & formale, maximam comprobationem recipit, ex eo quod ſtatim ac Venerabilis Pater Fidelis occiſus extitit, palam Populus eum religioſiſſimè veneratus eſt, vt ſex oculati Teſtes affirmant *pag.* 115. 116., *&* 117. præter alios quadraginta *dicta pag.* 117. indicatos, & præ cæteris dicunt, quod exhumato Cadauere, illud è Pago Seuis ad Eccleſiam Cathedralem Curienſem ſolemni Proceſſione translatum, & ibidem ſepultum fuit, vt refert ex Proceſſu Curienſi I. Teſtis *dicta pag.* 115. & alij plures ex indicatis *dicta pag.* 117. ac ex Proceſſu Mediolanenſi VI. Teſtis Hæreticus Prædicans ad Catholicam Fidem conuerſus *pag.* 85. *ſub* §. 87. narrans: *Auuenne poi, che di nuouo li Cattolici l'anno iſteſſo* 1622. *nel meſe di Settembre ricuperarono il Paeſe, e che di poi nel meſe di Nouembre fù traslatato il Corpo del Beato Martire in Coira, con tanta ſolennità, che pareua il Trionfo della Cattolica Fede, allora in ſentire l'onore fatto alle Reliquie di eſſo Padre Fedele, mi commoſſi talmente, che cominciai da vero à penſare à i caſi miei &c.* Quæ translatio cum circumſtantijs, Cultum publicum redolentibus, dilucidius refertur à nouem Teſtibus oculatis *Summ. præſenti Num.* 6. & patet ex inſcriptione illicò poſt Martyrium appoſita arcæ ſepulcrali cum titulo Beati, & Martyris *Num.* 7. Eximius quoque, & publicus Cultus exhibitus publicè fuit Capiti Ven. Martyris, in Eccleſia VeldKirchij collocato, *Num.* 8. *litt. A.* qui perdurauit vſquequò Sacræ Congregationis iuſſu deſtitum fuit, vt pareretur Decretis fel. rec. Vrbani VIII. *dicto Num.* 8. *litt. B.* Id quod maximi faciunt Auditores Rotæ in prædicta Relatione B. Ioſaphat Martyris Polocenſis *par.* 3. §. *frequens* his verbis: *Frequens Fidelium deuotio ad venerationem Sepulcri huius Serui Dei, tanquam Martyris, & Reliquiarum eius Cultus, de quibus præcitati Teſtes loquuntur, ſanctitatis, & veritatis Martyrij indicium eſt, ex veteri Eccleſiæ conſuetudine receptum, ex D. Auguſtin. de Ciuitate Dei lib.* 22. *cap.* 8. *&c.* vbi plura afferuntur. Et profectò dicendum non eſt, Deum permiſſurum, quod Populus ſpatio annorum circiter ſeptuaginta errauerit in colendo Patre Fidele prò vero Martyre, & Sancto, præſertim in loco, vndequaque ab Hæreticis circundato, ſi de eius Martyrio dubitari contigiſſet, vt rectè ponderant Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum S. Eliſabeth Reginæ Portugalliæ *par.* 1. *ſub* §. *ſecundo iſta*, S. Hiacynthi *cap.* 7. §. *cæterum illud*, S. Iſidori Agricolæ *art.* 2. *tit. de Vita* §. *quæ omnia*, *&* §. *cæterum*, ac Sancti Philippi Benitij *tit. de Fam. Sanctit.* §. *ſextum argumentum*.

Sex Teſtes de viſu, præter 40. indicatos.

Bini Teſtes, præter alios indicatos.

Nouem Teſtes de viſu.

47. Luculentiùs deniquè veritatis Martyrij teſtimonium eluceſcit ex ſubſecutis Signis, atque Miraculis, quorum duo, & viginti per plures Teſtes comprobata, ſubiecimus in Informatione *à pag.* 17. *ad* 28., eaque ab Animaduerſionibus Reuerendiſſimi Promotoris Fidei in Reſponſione vindicauimus *pag.* 196. *ad* 212. Etenim: *Deus loquitur hominibus ſenſibilitèr Miraculis* D. Thom. *in Epiſt. D. Pauli ad Hæbreos cap.* 2. *lect.* 1. *ad fin.*, & vt S. Io: Chryſoſt. *in Matth. Hom.* 25. docet: *neſcit, nec vult iuſtitia Dei patrocinium dare falſitati*; & S. Gregor. *Dialog. lib.* 4. *cap.* 6. perbellè inquit: *Penſa itaque eorum*

Ani-

Animæ qualiter viuunt illic, vbi viuunt, quorum hic mortua Corpora in tot Miraculis viuunt. Adeòut ſi aliquod ſupplementum ad probationem Martyrij formalis, quis exoptaret, accipere iſtud poſſet ex Signis, atque Miraculis, ad tradita per Caſtellin. *d. tract. pag. 99. ſub num.* 8. vbi poſt relata Diplomata ſuper Declarationibus Martyriorum, ait; *colligi poteſt ex præcitatis Bullis, magnam ſcilicet conferre vtilitatem, atque facilitatem Miracula adhibita etiam in Canonizatione SS. Martyrum, præſertim quando non plenè conſtat de veritate Martyrij prò Chriſto ſuſcepti*; & idem firmat *pag. 141. volum. 1. verſ. quoties verò*; & Hurtad. *de vero Martyrio Fidei reſolut.* 44. §. 4. *pag.* 240. *col.* 1. *ſub verſ. ſed vlterius* ad certiùs roborandum Martyrium formale, dicit: *nullum medium magis firmum ad inducendam hanc moralem certitudinem, eſt, quam Miraculum, quò Deus loquitur, conteſtans.*

Duo Teſtes de uiſu, & quatuor de auditu uidentium.

Reſti dunque chiara la Maeſtà Voſtra, che ogni diligenza, ſtudio, fatica, & opera è vana per fare, che reſtiamo ſicuri nelli Beni, Vita, e Fede Cattolica, reſtituendoſi la Valtellina à Grigioni, perche nè eſſi oſſeruano mai ciò, che promettono, nè noi ſi fidaremo mai di loro con tutte le promeſſe, e protettione di tutti i Prencipi del Mondo per le ragioni di ſopra addotte, e molte altre, ne altro ſi vedria nella Valle, che vn continuo ſpargimento di ſangue, perciò ne anco tornaria à conto à Grigioni il ritornarci, perche *difficillimum imperare nolentibus*. Reſti dunque la Maeſtà Voſtra ſeruita di penſare ad altri mezzi per la publica quiete, che à queſto, che ſin hora ſi è tentato, e per gratia del Signore non mancheranno, perche noi ſaremo prontiſſimi à ſeruire, e dare ogni à noi poſſibile guſto alla Maeſtà Voſtra, e douendoſi trattare dell'intereſſe noſtro, ogni ragione, ogni douere, e la coſcienza vuole, che ancor noi ſiamo chiamati, nè ſi dia il dominio della Valle, che è noſtro ad altri, ſenza conſentimento noſtro, e perciò ſe ſi compiacerà di mandare l'Ambaſciatore ſuo in luogo, oue poſſiamo ſtare ſicuri dalle inſidie de' Grigioni noſtri mortali Nemici con ordine di trattare, e trouare altri mezzi per la quiete publica, ritrouerà in tutti noi vn vero Cuore, e leale di ſeruirla, e darle ogni à noi poſſibile guſto; Noi non pretendiamo altro, che conſeruare la noſtra libertà, e la Fede Cattolica, nel reſto à tutte le noſtre coſe ſi accommodaremo, e ſeruiremo alla Maeſtà Voſtra, più che ſe foſſimo Vaſſalli ſuoi, lei ancora prendiamo per Protettrice noſtra, e ſotto l'ombra delli Gigli ſuoi viuere vogliamo. Riſolutiſſimi ſiamo di non più prouare la Tirannia de' Grigioni pur troppo da noi prouata, e perder più toſto mille volte la Vita, che ritornare ſotto la miſera, e intolerabile ſeruitù loro.

Perciò humiliſſimamente proſtrati à piedi di Voſtra Maeſtà la ſupplichiamo per il Sangue, che il Figlio di Dio hà ſparſo per tante Anime di fare in queſta attione à tutto il Mondo noto il zelo grande, che tiene della Fede Cattolica, dimoſtri la ſua Potenza, reprimendo tanti Moſtri Infernali, che contro di noi ſi ſono ſolleuati, la ſua gran magnanimità in ſoccorrere Perſone, che nella ſua miſericordia, e Bontà confidano, e conſiderato, che non può ſenza peccato grauiſſimo contro Giuſtitia, e contro la Cattolica Religione adoprarſi per fare reſtituire la Valle à Grigioni, e che il precetto della Carità l'obliga à ſoccorrerci nell'eſtrema neceſſità noſtra, *nè tradat Beſtys Animas confitentes Deo, & Animas Pauperum nè obliuiſcatur in finem*; E noi hauerà per Schiaui obligatiſſimi à ſeruirla in tutte le occaſioni, e pre-

pregaremo tutti la DiuinaMaeſtà di continuo per i felici ſucceſſi delle Sante, e glorioſe Impreſe della Maeſtà Voſtra intrapreſe.

Super eodem negotio ſequitur aliud Memoriale porrectum Regi Catholico, & in principio dicti Libri habetur.

Nel nome della Santiſſima, & indiuidua Trinità, Padre, Figliolo, e Spirito Santo, e della Glorioſiſſima Vergine Maria, Amen.

Eſſendo notorie le alterationi, ſolleuationi, e mouimenti ſucceduti l'Anno mille ſeicentouenti nella Valtellina, e Contado di Bormio dalla parte delli Cattolici della detta Valle, e Contado, contra l'Eccelſe tre Leghe Griſe, e Cadè, e diece Dritture, e le cauſe di eſſi, che diedero occaſione all' Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore Don Gomez Suarez de Figueroa, e Cordoua Duca di Feria &c. in nome della Maeſtà Sua per difeſa, & aiuto della Religione Cattolica, Apoſtolica Romana, e protettione delli Fedeli Cattolici della detta Valtellina, e Contado di Bormio, di entrarui dentro con le Armi di Sua Maeſtà, e le occaſioni, che doppo hà tenuto Sua Eccellenza di paſſare auanti ad altri progreſſi, ſino à ridurre le coſe allo ſtato, e termine, in che ſi trouano di preſente. Et hauendo veduto, conoſciuto, e prouato li danni, diſtruttione, inquietitudini, e riuolutioni, che procedono dalla Guerra, e dalle diſcordie, inimicitie, e mala vicinanza: E deſiderando terminarle, acquietarle, e ſopirle, principalmente per aſſicurare, proteggere, mantenere, & augumentare dalla parte di Sua Maeſtà, e delli Fedeli Cattolici della detta Valtellina, e Contado di Bormio la Religione, e Santa Fede Cattolica, Apoſtolica Romana, e li detti Cattolici, e la buona corriſpondenza, e la quiete, non ſolamente particolare, mà vniuerſale delli Regni d'Italia, per mezzo di vna buona, reale, ſincera, reciproca, fedele, e perpetua Capitolatione, Conuentione, & accordo. Quindi è &c.

Facta collatione, prædicta concordant cum contentis in dicto Libro, qui aſſeritur extare in Bibliotheca Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Cardinalis Ottoboni Vice-Cancellarij, deque huiuſmodi exiſtentia Eminentiam Suam fore teſtaturam in S. Congregatione.

Andreas Pierius Subpromotor Fidei.

Num. 4.

Publica atteſtatio ſuper iis, quæ in Archiuio Pludentino reperta ſunt tantùmodo ſunt circà Conſtitutum Æditui Hæretici.

In nomine Domini Amen. Notum ſit omnibus, & ſingulis, quos hæc noſſe conueniens, & opportunum fuerit, quod apud hoc Dicaſterium Anterior Auſtriacum Vrbis Bludentinæ inſtantiam fecerit Admodum Reuerendus Pater Lucianus Montifontanus Capuccinus Prouinciæ Anterioris Auſtriæ Miniſter Prouincialis, quatenùs ex Archiuio noſtro extraheremus, ſi quid ad cauſam Serui Dei Patris Fidelis à Sigmaringa Martyris faciens reperiretur in iurata depoſitione cuiuſdam Viri Hæretici Prætigouienſis, nomine Ioannis Stultzhans de Anno milleſimo ſexcenteſimovigeſimoſecundo, qui tunc in hanc Vrbem Captiuus adductus, & pro dicta cauſa Patris Fidelis examinatus fuerit &c.

A

Diligentia facta in Archiuio.

Itaque nos infraſcripti inſtæ petentis inſtantiæ deferentes Archiuium ſedulò luſtrauimus, qui tamen poſt diligentem diſcuſſionem, & diſquiſitionem aliud pro hac materia non reperimus,

B

Duæ tantùm Epiſtolæ cõpertę ſunt.

quàm copias duarum Epiſtolarum, ab illius temporis Prænobili Domino huius Vrbis Præfecto exaratarum, & in Idiomate Germanico compoſitarum, quarum tenor latinè fideliter redditus ſic ſonat, vt ſequitur.

Gratioſi Domini &c. Heri ſub Veſperum à meis Excubitoribus Sonnenber-

ber-

bergenſibus in Gamperdona, loco Dynaſtiæ Sonnenbergenſis; quidam Prætigouienſis, qui eſt Æditnus in Seuis hùc Captiuus eſt adductus, qui tamen nil vult aliud edicere, niſi quod ipſis à Bernenſibus nouum ſubſidium ſit tranſmittendum, & quod Capitaneus Pauſch de Vanos, & Capitaneus Aloyſius à Salis, Frater Colonelli à Mansfeldio venientes, ſecùm aliquot Equites adduxerint. Hic autem Æditnus iuxtà informationem illius cum Domino de Fels Captiui Locotenentis vnus è nequiſſimis eſſe perhibeetur; quem ideò per torturam hodiè examinari curabo, cuius depoſitiones etiam Gratioſis Dominationibus Veſtris intardatè tranſmiſſam hiſce me demiſsè recomendo. Vt in litteris die 8. Auguſti Anni 1622.

C

Tenor Epiſtolarum.

Illuſtriſſimi Gratioſi Domini. Quamuis in poſtſcripto ſub die octaua huius de Ioanne Ioannis Æditno in Seuis mentionem fecerim, qui à Sonnenbergenſibus excubijs in Gamperdona hùc tanquàm Captiuus adductus (prout à Captiuo Locotenente intellexeram) vnus è peſſimis nequam eſſe credebaturque, hoc tamen ex ſuis depoſitionibus (vt Dominationes Veſtræ ex factis interrogatorijs gratioſè intelligere poſſunt) non apparet, ſed potius de eius filio ſupponendum venit, itaut illum non vnum de malis æſtimem, indeque pro nunc per torturam contrà ipſum non proceſſurus ſim. Expecto tamen gratioſum mandatum, quid vltrà cum eodem agendum ſit: Hiſce Veſtris Gratioſis Dominationibus me obedienter recommendo. Datum in Caſtro Bludenti 12. Auguſti Anno 1622.

Interrogationes ſũ. quæ extant in Summ Poſitionis pa. 102. & 103.

Hæc ſunt, quæ circà examen dicti Æditui in noſtro Archiuio reperire potuimus, ex quibus apparet primò hunc hominem à dicto Prænobili Domino Præfecto examinatum fuiſſe circà Rebellium Prætigouienſium potentiam, & conſtitutionem militarem, quod Armatos nempè, & quales ſub ſignis haberent? qui ideò de ſubſidijs Bernenſibus, biniſque Capitaneis reſpondit, vti ex dictis clarè apparet.

D

Nil aliud in Archiuio compertum fuit circà examen Æditui.

Hæc autem itaut præferuntur, in noſtro Archiuio Dicaſterij Bludentini, nec alia de B. Fidele Martyre adnotata reperiri, hoc publico Teſtimonio nos infraſcripti affirmamus, & proprijs ſubſcriptionibus atque ſigillis confirmamus. Datum Bludenti vigeſimo tertio Iunij Anno milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo quinto.

Loco ✠ ſigilli.	Loco ✠ ſigilli.	Loco ✠ ſigilli.
Ioannes Baptiſta Vogl I.V.L. Dicaſterij, & Dynaſtiarũ Bludentinæ, ac Sonnenbergenſis Præfectus in fidem ſubſcripſit.	Ioannes Chriſtophorus Rodolphi Dynaſtiarum Bludentinæ, ac Sonnenbergenſis Subpræfectus &c.	Ioannes Hindertegger Cancellarius, Comes D.N. Palatinus, & Notarius Cęſareus publicus.

Ego Ioannes Iacobus Piefferkoſa Sacræ Theologiæ Doctor Eccleſiæ Cathedralis Curienſis Canonicus Capituli Druſiani Camerarius, Parochus in Slins à Prænobilibus, & Honoratiſſimis Dominis præſcriptis Dicaſterij Bludentini Præfecto, & Aſſeſſoribus, necnon Sereniſſimæ Domus Auſtriacæ Officialibus, ea, quæ hic denotantur fideliter, & ſinceiè ex Archiuio deprompta, è germanico idiomate in latinum conuerſa, atque in formam ſoliti publici Inſtrumenti redacta fuiſſe atteſtor mea manu propria, & ſigillo conſueto &c.

Loco ✠ ſigilli.

Ioannes Iacobus PſeffetKoſa Canonicus qui ſupra &c. manu propria.

Vdal-

Num. 5.

Atteſtationes publicæ, quod Ciuitas VeldKirchij fuerit ſemper Catholica, & ſuper facultate, & conſuetudine Magiſtratus Sæcularis. Atteſtatio Reuerendiſſimi Epiſcopi.

Vdalricus Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Curienſis S.R.I. Princeps Dominus in Furſtenburg, & Groſengſtinghen. &c.

Notum ſit omnibus, & ſingulis per præſentes, quos noſſe fuerit oportunum. Cum Nobis Pater Lucianus Montifontanus Ordinis Patrum Capucinorum Anterioris Auſtriæ Miniſter Prouincialis humillimè ſupplicauerit, quatenus prò noſtro Paſtorali Officio, & ad ſtabiliendam veritatem hoc publico Teſtimonio eidem aſſiſtere, & cæteris omnibus notum facere dignaremur, quemadmodum Ciuitas Veldkirchenſis non ſit Miſſionaria, ſed & quod in Terris Auſtriacis ipſe Magiſtratus ſæcularis procedere in Cauſis Religionis, & iudicare ſoleat.

A

In Ciuitate Veldkirchij Magiſtratus Sæcularis procedit in Cauſis Religionis.

Ideo horum vigore, & ſupplicantis piam inſtantiam, & prò veritatis aſſertione hoc publico Teſtimonio dicimus, & affirmamus Vrbem Veldkirchenſam in hac noſtra Diœceſi ſitam, tanquam Sereniſſimæ Domui Auſtriacæ ſubiectam, fuiſſe ſemper, & eſſe totam Catholicam, nec vllam vnquam ibi viguiſſe, vel vigere hæreſim, adeout in hanc Vrbem, intuitu hæreticæ prauitatis nullam vnquam Miſſionem Apoſtolicam introducere fuerit neceſſarium. Pariter hiſce atteſtamur, quod in omnibus Regnis, & Prouincijs Sereniſſimæ Domui Auſtriacæ, tamquam Fidei Orthodoxæ Turrici, ſubditis, ſcientibus, conſentientibus, & volentibus Epiſcopis, & locorum Ordinarijs Magiſtratus, & Officiales Auſtriaci Sæculares, ſi quid in puncto ſaluificæ Religionis noſtræ delinquitur, ipſi contra delinquentes iuridicè procedant, & iudicent, ac proindè ad extirpandam, vel præcauendam omnem hæreticam labem in huiuſmodi cauſis licitè, ac debitè ad eoſdem à quibuſuis recurratur. In quorum fidem has publicas noſtras litteras dedimus, & Epiſcopali noſtro ſigillo munitas, propriæ manus ſubſcriptione muniuimus. Datum Curiæ Rhætorum in noſtra Reſidentia Epiſcopali. Anno milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo quinto. Die vigeſimo quarto Aprilis.

B

Ciuitas VeldKirchij ſemper fuit, & eſt tota Catholica.

C

Magiſtratus Laici procedunt in Cauſis Religionis, conſentientibus, & volentibus Ordinarijs.

Vdal. Epiſcopus Curienſis manu propria.

Loco ✠ ſigilli.

Ioannes Tini Canonicus Secretarius Epiſcopalis manu propria.

Atteſtatio Conſulis, & Senatus Veldkirchij.

Nos Conſul, & Senatus Cæſareo Auſtriacæ Veldkirchenſium Ciuitatis omnibus, & ſingulis has viſuris notum facimus, Nos hactenùs in Cauſis Religionis, & ſimilium delictorum ſcientibus, & patientibus Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis Sacri Romani Imperij Principibus, & Epiſcopis Curienſibus, prout etiam in alijs omnibus partibus Auſtriacis exercetur indubitatos fuiſſe Iudices, & adhuc eſſe. In cuius rei fidem litteras iſtas teſtimoniales appreſſione Ciuitatis noſtræ ſigilli fecimus muniri. Vigeſima octaua Martij Anno milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo quinto.

D

In eadem Ciuitate Iudices Laici cognoſcunt Cauſas Religionis, ſcientibus, & patientibus Ordinarijs.

Andreas Kreouuis Conſul.

Auguſtinus Gaſſer à Straſberg Proconſul.

Loco ✠ ſigilli.

Franciſcus Ignatius Feurſtam Com. Pal. Kes, & Ciuitatis Veldkirchenſis Cancellarius manu propria.

In Nomine Domini Amen.

Atteſtatio Conſiliariorum &c.

Nos Conſiliarij, & Officiales Cæſareo-Archiducales Auſtriaci Dominatus Veldkierchenſis &c. ad inſtantiam Admodum Reuerendi Patris Luciani Montifontani Patrum Capucinorum Prouinciæ Anterio-

E

Magiſtratus Laici cognoſcunt Cauſas Religionis in dicta Ciuitate ſcientibus, & volentibus Ordinarijs.

rioris Auſtriæ Miniſtri Prouincialis atteſtamur, & hoc Inſtrumento fidem publicam facimus, quod in hoc Veldkirchenſis Dynaſtiæ Dicaſterio, prout, & in omnibus locis, ac terris Auguſtiſſimo noſtro Imperatori, tanquam Archiduci Auſtriæ ſubiectis, omnes Magiſtratus, & Officiales expreſſum, ac ſerium mandatum habeant ſuper Catholica Religione inuigilandi, adeòut ſi quid contra hanc, ſiue à Subditis, ſiue ab Extraneis agitetur, id quidem Concionatoribus, & Animarum Curatoribus è SS. Scripturis oppugnare, & pijs adhortationibus auertere ſit licitum, quorum tamen pia conamina ſi nil proficiant, ijſdem ad Sæcularem Magiſtratum, penes quem remanet vis coactiua recurrendum ſit, ſcientibus hoc etiam, & conſentientibus, ac imò volentibus DD. Ordinarijs. Id quod pro veritatis adſtipulatione hoc publico Inſtrumento publicare, & confirmare voluimus. Datum Veldkurchy ſexto Aprilis milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo quinto.

Loco ††† ſigillorum.

Franciſcus Gugger à Straudach Præfectus &c.
Antonius Dominicus Schmidl à Lebenfeld &c.
Joannes Baptiſta Tatt &c.

Ex Proceſſu Curienſi auctoritate Apoſtolica fabricato.

Num. 6.

Dicta Teſtium ſuper ſolemni Tranſlatione Corporis Ven. Martyris.

De viſu.

I. *Teſtis Perilluſtris, & Admodum Reuerendus Dominus Georgeus de Monte, Sacerdos, & Canonicus Cathedralis Eccleſiæ Curienſis, ætatis annorum 30. ſuper 23. Articulo Proceſſu fol. 145. dixit.*

Narrata huius Articuli vera ſunt, nam & ego cum reliquo Clero Curienſi, & Canonicis omnibus ad portam vſque Ciuitatis allato Corpori vna cum Vexillis, & Cruce obuiam iui, & illic præſentatum Corpus proceſſionaliter, ac Eccleſiaſticis Veſtibus, ſiue ſuperpelliceis induti ad Eccleſiam vſque comitati ſumus, vtique haud ſine Curienſium Ciuium ſtupore, eo quod ſimilis publica proceſſio ab hominum memoria antea nunquam fuerit celebrata.

Et ſuper 24. fol. 145. tergo.

Contenta pariter huius Articuli ex viſu proprio confirmo, nam ſcio, vidi, & perſonaliter interfui, quando Illuſtriſſimus Comes à Sulta Corpus Patris Fidelis de Curru deponi, ac feretro imponi, & elegantibus tapetibus inſterni, & cooperiri curauit. Vidi etiam, quod deſuper inſtratum fuerit ſertum, & palmarum ramus, & quod dictum Corpus præcedebant Crux cum Vexillis, hæc, duo Pueri Choralibus veſtibus induti, in manibus Serta, & Palmarum ramos geſtantes ſubſequebantur; poſt quos dictum Corpus feretro impoſitum à quatuor Officialibus Salisburgenſibus deportabatur. In eadem Comitiua audire erat Cantores loco Requiem Litanias Lauretanas decantantes. Vidi etiam, quod bina feretri latera ſtipabant, aliqui Salisburgenſes manibus intorticia accenſa ferentes, quos præfatus Dominus Comes immediatè pedes, & detecto Capite cum magna pietate, affectu, & ædificatione Populi ſubſequebatur, totamque prædictam Proceſſionem claudebatur tam Rhæti aliquot Catholici, quàm Capitanei nonnulli, cum præſidiario milite, qui expanſo Vexillo, concrepantibuſque Tympanis, & Fiſtulis Vrbem ingreſſi ſunt, & hoc ipſum eſt omninò publicum, & notorium.

Et ſuper 25. fol. 146.

Quod ad primum in Ciuitatem Curienſem ingreſſum omnes Eccleſiæ Cathedralis Campanæ, & ad introitum dictæ Eccleſiæ etiam Organa fuerit compulſata, ſimiliter, quod feretro in Eccleſia collocato, Admodum Reuerendus Dominus meus Ioſeph Mohrus, nunc Commiſſarius Apoſtolicus pro Tribunali ſedens, appoſitum quendam, & conuenientem tali actui ſermonem, ad horæ circiter dimidiæ ſpatium publicè in dicta Eccleſia habuerit, prout etiam quod inter Sepulturæ mandandum Corpus dicti Serui Dei Patris Fidelis in Tumba reconditum, glorioſus Hymnus Te Deum Laudamus &c. alternatim à Choro, & Organo fuerit decantatus vera ſunt, & notoria, nam hæc prædicta omnia ipſemet vidi, & auribus audiui, & quia tunc temporis Fabricæ Procurator extiti, incluſioni ſupradictæ Tumbæ in latericio quodam in crypta etiam num exiſtente Sepulcro ipſemet interfui, ac omnia ordinaui, & non niſi benè, ac probè clauſo, & obſtructo Sepulcro, ſub quo linea Tumba collocata extitit, ex crypta, & Eccleſia diſceſſi.

Et ſuper 26. fol. 146. tergo.

Quod ſæpè dictus Dei Seruus Pater Fidelis, non ſolùm tunc quando Corpus ipſius Tumba incluſum Curiam fuit deportatum, & prout ſupra cum ſolemni Proceſſione in Eccleſia Cathedrali tumulatum, tamquam indubitatus Martyr Dei, & qui pro eius Eccleſia, & fide occubuerit gladijs impiorum fuerit tentus, habitus, & ab omnibus dictæ Proceſſioni præſentibus Catholicis Cultus, ſed etiam quod hactenùs ſemper, & adhuc in tali apud Catholicos, ac me ipſo præſertìm fuerit, ac perſeueret conceptu, & tamquam verus Dei Martyr colatur; & ſpecialiter, quod dies illius obitus à multis obſeruetur, dubium non eſt; nam huiuſmodi ipſe ego obſeruaui, & vidi, nec aliter de ipſo, quàm de Martyre mentionem fieri ab alijs audiui multòties. Experientia porro ipſa conſtat, quod dicti Patris Fidelis Veſtes, & Habitus, ac Reliquiæ adeò magni ab Hominibus fiant, vt fœlicem ſe is putet eſſe, qui huiuſmodi aliquid poteſt nanciſci. Vidi etiam non ſemel ipſius Imaginem, ſeu Effigiem depictam, & ad eius Sepulchrum vnum ſaltem, aut alterum votum ex cera appenſum videre eſt: Et vt paucis multa complectar, de indubitato Patris Fidelis Martyrio, & Sanctitate communis apud Catholicos vox eſt, fama, & reputatio.

Et ſuper 27. fol. 147. in fine.

Quod ad ſæpèdicti Serui Dei Patris Fidelis Populus ſtatim à dicti Sepulturæ tempore flexis genibus orauerit, ac etiam num orare ſoleat, & illum tamquam Sanctum inuocare, patet ipſa experientia, de qua cum mihi, tum alijs conſtat.

De viſu;

II. *Teſtis Admodum Reuerendus Pater Frater Gaudentius ex Lauffenburg, Sacerdos, Capuccinus profeſſus, ætatis annorum 30. ſuper 23. & 24. Articulis fol. 149. tergo dixit.*

Publicum eſt, & notorium, ipſeque ego Teſtis præſens fui, quando Corpus dicti Patris Fidelis Curiam in Comitatu Sultzianorum Militum adductum feretroque pulcris tapetibus inſtrato cum ſpectabili totius Curienſis Cleri pompa præcedentibus Sancta Cruce, & Vexillis Eccleſiaſticis, comitante etiam illud Illuſtriſſimo Domino Comite à Sultz, & quidem detecto capite, vna cum multis Viris principalibus cum Hymnis, & Canticis per mediam Ciuitatem Curienſem proceſſionaliter deportatum Cathedrali Templo tandem illatum fuit,

ſuit, ibidemque ſub crypta, cantantibus interim Organis, & Choro glorioſiſſimum Hymnum Te Deum Laudamus, honorificè fuit tumulatum, prout, vel hodiè viſitur.

Et ſuper 26.fol.150.tergo in principio.

Quod dictus Pater Fidelis hactenùs, & etiam num ab omnibus Catholicis in his Rhætiæ partibus pro vero Dei Martyre, ac Sancto habibitus ſit, & reputetur, colatur, & inuocetur, eiuſdemque Veſtes, & Corpus pro veris Reliquijs habeantur, & venerentur, ſcio ex proprio viſu, & auditu; & quod pro Sancto Martyre etiam in locis alijs Germaniæ, & maximè in noſtro Sancto Ordine Diui Franciſci habeatur, vidi pariter, & audiui, obſeruauique, quod Populus Catholicus, eius obitus diem obſeruet, & Imaginem veneretur.

III. *Teſtis Nobilis Dominus Ioannes Franciſcus Vuerdeman, ætatis annorum 51.ſuper 23.Articulo Proceſſus fol.151.dixit.* De viſu.

Quod concernit Sepulturam Reuerendi Patris, ac Martyris Fidelis præſens fui quando Corpus eius in ligneo Sarchophago à Meyenfelda Curiam allatum fuit. Et vidi, quod ad acceptationem illius omnes Canonici, atque Eccleſiaſtici, qui in hac Ciuitate Curienſi erant, pulchra proceſſione cum Cruce, ac Vexillis Eccleſiæ ad portam, vſque Vrbis venerint, quàm ego cum multis alijs perſonis Catholicis comitatus ſum. Et hoc factum eſt quinta die Nouembris Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo.

Et ſuper 24.fol 151.tergo.

Non minùs ipſemet vidi, quod Belli Dux Dominus Comes à Sultz, qui cum ſibi ſubditis Militum copijs poſt combuſtam Ciuitatem Meyenfeldt Curiam ſe contulit, & dictum Corpus Patris Fidelis ſuper Rhedam, ſeù currum multis militibus accompagnatum ſecum duxit, atque ante Portam ſuper alium Sarchophagum depoſitum, illud Dominis Canonicis, ſeu Clero tradidit, & fine, vt ipſum Corpus in ſuam Eccleſiam Cathedralem ſepelirent. Ad talem præſentationem vidi, quod aliqui Officiales ex Regimento Salisburgico dictum feretrum tapetibus quibuſdam ornatum ſupra ſe ſuſceperint ad deportandum in Eccleſiam Cathedralem. Atque ita in Comitatu præfati Comitis à Sultz, atque principaliorum belli Officialium prædictum Corpus in pulchra proceſſione, atque ordine cum figurali Muſica præcedentibus Crucifixo, atque Vexillis Eccleſiaſticis, vna cum aliquibus intorticijs, comitante inſuper Militum Caterua, Tympanis, & Tibijs, ſecundum Militarem modum perſtrepentibus per mediam Vrbem (non ſine magna Catholicorum Ciuium admiratione, qui eiuſdem Proceſſione ab hominum memoria nunquam viderant) in Cathedralem Eccleſiam delatum eſt. Atque ego ipſe etiam comitatus ſum Proceſſionem, non procul procedens à prædicto D.Comite de Sultz Exercitus Duce, qui detecto erat capite, & iſta tranſlatio peracta fuit quinta die Nouembris Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo.

Et ſuper 25.fol.152.

Vidi etiam, atque audiui, quod quamprimum ad Portas Eccleſiæ cum Sacro Corpore deuentum fuit compulſantibus omnibus Campanis, mox Organa pulſari cæpta ſunt, & poſtquam Admodum Reuerendus Dominus meus Doctor, & Scholaſticus Eccleſiæ Cathedralis, nunc Commiſſarius Apoſtolicus Ioſephus Mohr Sermonem habuiſſet Corpus demùm in cryptam dictæ noſtræ Cathedralis Eccleſiæ

Curienſis delatum, & dum ad Organa decantaretur Hymnus Te Deum Laudamus: honorificè omninò ibi ſepultum fuiſſe. Et de his ſupradictis omnibus conſtat toti Ciuitati Curiæ, præſertim autem Catholicis.

Et ſuper 26. fol. 152. tergo.

Quod item à tempore ſupradictæ ſepelitionis Patris Fidelis, vſque in hodiernam diem Sepulchrum ipſius à multis vtriuſque ſexus perſonis frequentetur, ego ipſe obſeruaui ſæpiùs, atque vidi, qualem autem quiſque inibi deuotionem exercuerit mihi quidem non cenſeat. Hoc autem benè, quod ipſum omnes Catholici vna mecum pro Sancto Viro, ac Martyre Dei, atque ipſius Veſtes, & Reliquias, vti aliorum Sanctorum in magno honore, atque reputatione habeant.

De viſu. IV. *Teſtis Dominus Georgeus Hurbain Organiſta Cathedralis Eccleſiæ Curienſis, ætatis annorum 27. ſuper 23. Articulo fol. 153. tergo dixit.*

Cum Perilluſtris Comes à Sultz Supremus Copiarum Præfectus ad portam huius Vrbis Curiæ cum Corpore Sancti Martyris Patris Fidelis, quod comitantibus ſuis Subditis militibus à Meyenfelda adduxerat perueniſſet, vidi atque ipſi comitatus ſum. Nam Admodum Reuerendum Capitulum Cathedralis Eccleſiæ in ſuis Eccleſiaſticis habitibus, cum reliquo Clero cum Cruce, & Vexillis, atque aliquot facibus in pulchra proceſſione procedentes per Vrbem, vſque ad portam prædictum Corpus ſuſceperunt. Vidi etiam, quod hoc Curienſibus hæreticis valdè alienum, & mirabile videbatur, quia ab hominum memoria eiuſmodi proceſſio per Vrbem nunquam facta eſt. Et hæc omnia conſtant, & palam, ac nota ſunt omnibus, etiam Hæreticis ipſis.

Et ſuper 24 dicto fol. 153. tergo in fine.

Vidi etiam Sarcophagum, ſuper quo Corpus Patris Fidelis depoſitum fuit, nonnullis Tapetibus obductum, à quibuſdam Officialibus Regimenti Salisburgenſis per Ciuitatem in Cathedralem Eccleſiam deportari; Obſeruaui ſimiliter, quod non ſolùm prædicti Canonici, & Clerus præcedentibus Sacra Cruce, & volantibus Eccleſiaſticis Vexillis proceſſerint. Muſici quoque Lauretanas Litanias decantauerint; Verùm etiam, quod immediatè poſt feretrum ſequutus eſt Belli Dux Dominus Comes à Sultz, cum multis alijs primarijs Officialibus, & cæterorum turba denudatis Capitibus, & oſtenſione multæ deuotionis vſque in Cathedralem Eccleſiam. Et hoc omnibus conſtat, & palam eſt, atque peractum quinto Nouembris Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo.

Et ſuper 25. fol. 154.

Non minùs verùm eſt durante Proceſſione omnes Campanas fuiſſe pulſatas. Et quamprimùm dictum Corpus in Eccleſia deportatum fuit. Ego tamquam Organiſta cæpi ex iuſſu Reuerendorum meorum gratioſorum Dominorum Organa pulſare; Et poſtquam ipſe Dominus Doctor Ioſephus Mohr Scholaſticus, nunc Commiſſarius Apoſtolicus Concionem ſuam habuit, nos Muſici (interea dum prædictum Corpus Patris Fidelis in Cryptam ſepeliebatur) Te Deum Laudamus alternatim cantauimus, atque Organa pulſauimus. Et hæc omnia ſunt nota, & manifeſta.

Et ſuper 26. fol. 154. tergo.

Verùm eſt, quod non ſolùm ego pro mea perſona dictum Patrem Fidelem pro Sancto Viro, ac vero Dei Martyre habeam, & qui pro

Bea-

Catholica Fide ſolùm, quàm magno cum zelo prædicauit, atque in Bretigoia, ac Rhætia introducere voluit (vt cunctis notum eſt) ab hæreticis occiſus, & trucidatus eſt. Verùm etiam audio, video, atque aduerto, nihil aliud quam ipſum etiam eſſe in ſimili conceptu apud omnes alios Catholicos Eccleſiaſticos, atque Sæculares: Video enim, quod Teſtes ipſius, & quicquid ab ipſo haberi poteſt in magna veneratione, vt Reliquiæ habeantur, & quod Sepulchrum ipſius à multis ſemper, & adhuc frequentetur, coram quo genibus flexis oratur, & quod multi diem Sepulturæ ipſius, ſingulari cum deuotione celebrent, & eius Imagines emantur à multis, & aſſeruentur.

Ex Proceſſu Conſtantienſi auctoritate Apoſtolica fabricato.

V. *Teſtis Illuſtriſſimus Dominus Centurio Iacobus Staiger, ætatis annorum 60. ſuper 21. Articulo Proceſſu fol. 150. tergo dixit.* De viſu;

Iſtud prætereà à me non ſubticendum. In Pagum Seuis nimirum vna cum Locumtenente quodam Salisburgico nomine Fiderico Popp, & quampluribus alijs Selopetarijs militibus à meo Domino Comite Aluuig de Sultz Exercitus Duce &c. me miſſum, vt Cadauer dicti Patris Fidelis exhumari, & eleuari curarem, ac in Caſtra Meyenfeldæ locata mecum transferrem. Idcòque cum illuc perueniſſem, æditµus ibidem, & dictus Popp, mox locum mihi monſtrarunt, qui erat in Cæmeterio Seuiſiano, vbi Pater Fidelis ſepultus iacebat. Terra itaque è Tumulo effoſſa, Corpus à Nobis repertum fuit, illud magna cum reuerentia è Tumulo leuauimus, & lineæ Arcæ, ſeu Tumbæ incluſimus, ac Meyenfeldum nobiſcum tranſportauimus, dictoque Illuſtriſſimo Comiti de Sultz Copiarum Præfecto præſentauimus. Caput vero illius Capuccinis tradidimus, qui dum Corpus primo exhumaretur, ac Sepulchrum apertum fuit mecum aderant; qui illud ſecum Veldtkurchium aſportarunt; Corpus autem Meyenfeldæ in Domo Capitanei Gugelbergeri, quam dictus Comes de Sultz tunc inhabitabat, collocatum fuit, illicque poſitum remanſit, quouſque deflagrata, & conſumpta per incendium Ciuitate Meyenfeldenſi, ad inſtantiam Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi Curienſis in dictam Ciuitatem Curiam translatum extitit, ſicuti cum meis ſubditis Militibus, imò integro Militum Regimento interfui. Hoc autem peractum fuit quinto die Nouembris Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo, vbi præſertim pulcrum deuotumque fuit, exhibitum ſpectaculum, dum Vniuerſus Clerus Curienſis præfato Corpori, quod elegantibus coopertum erat Tapetibus, pulcra, & à quampluribus annis nunquam habita ampliùs illo in loco Proceſſione ante Portas Ciuitatis occurrit, facibus inſuper, ac Lanternis, præcedente Cruce, ac Vexillis Eccleſiaſticis, comitante ad hæc Domino Comite de Sultz, cum ſuo Militum Regimento ſimul, & Salisburgenſibus Copijs, volantibus ſignis Militaribus, perſtrepentibus Tympanis, ac Tibijs, illud per mediam Ciuitatem deportatum fuit, quod Capite detecto in Templum vſque Cathedrale ſecuti ſumus; Et decantatis Lytanijs Beatæ Mariæ Virginis Lauretanæ loco Requiem, ac Miſſæ funebris, demùm in præfata Cathedrali Eccleſia compulſantibus Organis, ac Campanis, Hymnoque

Te Deum Laudamus dulciter cantato, ac habito à Domino Ioſepho Mohr ibidem Canonico Sermone de laudibus huius Serui Dei ſub Chryptam quandam infra Chorum conditum extitit honorificè:

Ex Proceſſu Mediolanenſi auctoritate Apoſtolica fabricato.

De viſu . V. *Teſtis Illuſtriſſimus Dominus Alphonſus Vareſius, ætatis annorum 26. ſuper 22. Articulo Proceſſu fol. 127. dixit.*

L'Anno ſudetto mille ſeicento ventidue nel principio di Nouembre fù ſtabilito di conchiudere la Campagna noſtra, e mandare li Soldati parte à gli alloggiamenti, parte in Coira, e parte ne luoghi circonuicini. Con tale occaſione deliberò il ſudetto Signore Conte di Sultz noſtro Generale, di transferire il Corpo del Beato Martyre nella Città di Coira. Io fui preſente à queſta Translatione, e fù fatta con publica, e ſolenne Proceſſione, come ſi ſuol fare quando ſi trasferiſcono i Corpi, e le Reliquie de Santi. Si leuò il Sacro Corpo da Maienfelda, e ſi portò nel mezzo dell'Eſercito, auuicinandoſi poi alla Città di Coira fù acconciato quel Sacro Corpo ſopra decente Bara con Tapeti di colori varij, ſopra li Tapeti ſi poſe vn ramo di Palma, & vna Diadema per ſegno della Vittoria, e corona del Martyrio. Li Signori Canonici di Coira vſcirono fuori della Città in Proceſſione ad incontrare, e riceuere il Sacro Corpo, e la Proceſſione fù ordinata in queſto modo. Precedeua la Santa Croce con i ſtendardi bianchi, ſeguiuano gli Eccleſiaſtici ſudetti, frà quali erano alcuni Cantori, che con Muſica cantauano le Litanie della Beatiſſima Vergine, dopo auanti il Corpo ſeguiuano due Giouani, che portauano ciaſcheduno di loro in vna mano vna Palma, e nell'altra mano vna Diadema per ſegno del Martirio, dopo ſeguiua il Corpo portato dalli Officiali Salisburgeſi, & all'intorno vi erano altri Salisburgeſi con torcie acceſe. Dopo il Corpo caminaua il ſudetto Signor Conte di Sultz Noſtro Generale, che per riuerenza del Santo Martire caminò ſempre in quella Proceſſione col capo ſcoperto, dopo veniuano i Capitani, & Officiali di Guerra con altri Nobili Rheti Cattolici, e tutti noi caminaſſimo conforme al Generale col capo ſcoperto, Dopo ſeguiuano i Soldati. All'entrata nella Città ſuonarono molte Campane con ſuono di allegrezza, e ſolennità; E quando paſſaua il Sacro Corpo in quella Proceſſione, io vidi molti di quelli Grigioni, quali erano Cittadini di Coira, & à mio giuditio doueuano eſſere eretici, perche i Cattolici di Coira, oltre li Signori Canonici ſono pochiſſimi, e viddi li dico, che poneuano le mani in Oratione, e ſi inginocchiauano à terra, tanto era grande l'opinione della Santità di Vita, & innocenza di eſſo Beato Martire; Quando poi il Sacro Corpo entrò nella Catedrale, allora io rimaſi di fuori, perche l'hora era aſſai tarda, & il Quartiere mio fù diſegnato fuori di Coira in vn luogo detto Penedoz, diſcoſto da Coira vn hora, e mezza. Tutte le ſudette coſe io le viddi molto diſtintamente, e poi mi auiai al quartiere. Inteſi poi, che quel Sacro Corpo fù ſepolto nella ſteſſa Catedrale di Coira nel Scurolo di detta Chieſa, e di queſto Sepolcro vi era per tutto fama publica, e notoria.

Et ſuper 26. & 27. Articulis fol. 128.

E nel

E nel tempo, che io ſtetti alla Corte di Sua Altezza Sereniſſima, e dapoi tanto nella ricuperatione del Paeſe, quanto già fatta la ricuperatione, e mentre io dimorai in Germania, e dopo eſſere ritornato quà in Milano, ſempre hò viſto, che tutti quelli i quali hanno hauuto cognitione di detto Padre Fedele, e della morte di lui l'hanno riputato, e confeſſato per huomo di Santa Vita, e per vero, e Santo Martire, ne io penſo, che altrimente ſi poſſa dire, ſe non che foſſe, e che ſia vn vero, e Santiſſimo Martire, non hauendo gli Eretici mai hauuto altra occaſione di ammazzarlo, ſe non perche difendeua la Santa Cattolica Romana Fede, e procuraua con ogni ſuo potere di propagarla, ſtirpando l'Ereſie, e conuertendo quelli Eretici all'obedienza della Santa Romana Chieſa, e queſta verità me la confeſsò quell'iſteſſo Eretico, che fù preſente al Martirio, come ſopra hò depoſto.

Dal ſudetto luogo di Penedoz io andai molte volte alla Città di Velchirchio, iui vidi il luogo doue i Padri Capuccini haueuano poſto il Capo di eſſo Beato Martire, e con tale occaſione io viddi la molta deuotione, che tutti quei Popoli, e Cittadini Cattolici portauano ad eſſo Beato Padre Fedele, quali tutti lo riueriuano, & inuocauano per vero, e Santo Martire, teneuano anche l'Imagine di detto Beato Martire, e queſta deuotione, & Imagine io l'hò veduto, e veggo quà in Italia anche tra l'iſteſſi Padri Capuccini, creſcendo ſempre la deuotione delli Cattolici verſo di eſſo Beato Padre, come a vero, e Santo Martire.

VII. *Teſtis Illuſtriſs. Dominus Comes Aloyſius de Sultz ætatis annorum* 40. *ſuper* 22. *Articulo fol.* 167. *tergo dixit.* De viſu.

Hauendo io determinato di leuare il Campo, e mandare li Soldati à gli alloggiamenti, riſolſi anche di translatare il Corpo del Beato Martire Fedele nella Città di Coira: Queſto io feci con quella ſolennità maggiore, che allora mi fù poſſibile. Partendomi duoque da Maienfelda, e giunto preſſo alla Città di Coira, io andai ad auuiſare i Reuerendi Canonici di quella Catedrale, da poi io ritornai fuori della Città, & ordinai, che quel Sacro Corpo, il quale era ſtato portato nel mezzo dell'Eſercito tra li Soldati miei Sulihziani, e Salisburgeſi, allora ſi poneſſe dauanti a tutte le ſquadre, lo feci anche porre ſopra decente Bara con Tapeti, e ſopra vi ſi collocò vna Corona, ò verò Diadema con vn Ramo di Palma. I Signori Canonici ſudetti vennero proceſſionalmente fuori della Città con la Croce, e Stendardi bianchi per incontrare, e riceuere quel Sacro Corpo. Si aunió la Proceſſione, e nel primo luogo caminauano la Croce con i Stendardi; ſeguiuano i Cantori con i Signori Canonici, dopo veniuano due Coriſti portando ciaſcheduno nella mano deſtra vn ramo di Palma, e nella ſiniſtra vna Corona, ò vero Diadema, & i Cantori in vece di Requiem cantauano le Littanie della Beatiſſima Vergine. Dopo veniua quel Sacro Corpo portato dalli Officiali di Saliſburgh con torcie acceſe portate ſimilmente da' Saliſburgenſi. Dopo era il mio luogo, e mi tenni obligato di caminare ſempre col Capo ſcoperto per riuerenza di quel Santo Martire. Dopo me ſeguiuano gli altri Capitani, alcuni Cittadini di Coira, alcuni Rheti Cattolici, e dopo veniuano le Squadre Militari. Al primo ingreſſo della Città ſuonarono le Campane tutte della Catedrale, & oſſeruai, che quando il Corpo del Beato Martire ſi conduceua proceſſionalmente per la Cit-

tà di Coira, allora in atriuando il Corpo anche gli Eretici ſteſſi giongeuano le mani, e ſi poneuano inginocchione. Entrando noi col Sacro Corpo nella Chieſa Catedrale di Coira ſonarono gli Organi, da poi vno di quelli Signori Canonici fece vn Sermone, e perorò in lode del Beato Fedele, come di vero Martire, e queſto fece nella ſteſſa ſolennità publicamente. Finito, che fù quel Sermone ſi preſe il Sacro Corpo, e ſi portò nel ſcurolo di detta Catedrale, & iui ſubito fù rinchiuſo in vn Sepolcro nuouo preparato a poſta, cantandoſi in quel mentre l'Hinno Te Deum Laudamus da' Signori Canonici alternamente con l'Organo. A tutte le ſudette coſe io fui ſempre preſente, e ſuccederono l'anno ſudetto mille ſeicento ventidue nel principio del meſe di Nouembre, che può eſſere alli cinque di detto meſe.

De viſu. VIII. *Teſtis Dominus Chriſtophorus Romer Scriba Centurionis Ioannis Ludouici Stambach, ætatis annorum 28, ſuper 22. Articulo fol. 181. tergo dixit.*

Ante feſtum Sancti Martini de menſe Nouembris eiuſdem anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi ſecundi Illuſtriſſimus Dominus Comes Alwig de Sultz tunc noſter Generalis caſtra mouit è Mayenfelda, & venit cum Exercitu in Curiam, eodem autem tempore ſecum deportauit Corpus Beati Noſtri Martyris Patris Fidelis; Cum autem Sacrum illud Corpus appropinquaret Ciuitati, tunc Domini Canonici Eccleſiæ Cathedralis Curienſis de hoc certiores facti exierunt obuiam Sacro Corpori proceſſionaliter extra portas Ciuitatis, ego autem ſemper præſens fui, & tunc vidi, quod Proceſſio ſic ordinata fuit. Præcedebat ſignum Sanctæ Crucis cum Vexillis, & Inſignibus albis, ſubſequebantur ipſi Domini Canonici cum Cantoribus, qui Cantores voce muſicâ cantabant Litanias Beatiſſimæ Virginis Mariæ, deindè veniebant duo Iuuenes, quorum vnuſquiſque in altera manu portabat Ramum Palmæ, in altera Sertum, ſeu Diadema, poſt ſequebatur Sacrum Corpus, quod deportabatur a quatuor Militibus Officialibus, circum circa Corpus deferebantur Luminaria; Corpus ipſum erat coopertum Tapetibus varij coloris, poſt Corpus ſequebatur dictus Illuſtriſſimus Dominus Comes a Sultz Generalis noſter, qui ob reuerentiam Sancti Martyris, & Reliquiarum, eius non ſolum pedeſter ibat, ſed etiam ſemper detecto Capite. Ad ingreſſum Ciuitatis inſonuerunt Campanæ ſonitu letitiæ, & ſolemnitatis, quando Corpus Sacrum deportabatur per Curiam, tunc Ego vidi multos Hæreticos, qui ſcientes illud eſſe Corpus Patris Fidelis Capuccini, tunc manus iniungebant, & genua flectentes, adorabant Sanctum Martyrem, & Reliquias eius. Hoc fecerunt iſti Hæretici vidente me, quando Sacrum Corpus peruenit ad Eccleſiam Cathedralem, tunc Organa inſonuerunt cum magno iubilo; Poſtea vnus ex Reuerendis Dominis Canonicis Concionem habuit publicam in eadem Eccleſia Cathedrali Curiæ, & laudauit Deum, qui eſt mirabilis in Sanctis ſuis, & de Beato Patre Fideli, tamquam de vero, & Sancto Martyre concionatus eſt. Poſt Concionem ſublatum eſt Sacrum Corpus, & deportatum fuit in Cryptam, ſeu Cappellam ſubterraneam eiuſdem Eccleſiæ Cathedralis, & ibi repoſitum eſt in Monumento de nouo ſuper Terram fabricato, & ſtatim Fabri Cœmentarij ſuper extruxerunt fornicem cum lateribus coctis, & Cęmento, & ita ibidem concluſerunt Sacrum Corpus cum Capſa, vt nec videri, nec auferri poſſit abſque magna violentia, & perfractione, dum autem tumultus ita componeretur, & concluderetur, interim Domini Canonici alterna-

tim

tim cum Organo decantabant Hymnum Te Deum laudamus cum magno Cordis Iubilo; & Ego omnibus ſupradictis a me depoſitis ſemper interfui, & vidi, & reſpectiuè audiui cum maxima ſpirituali conſolatione, adfuit etiam ſemper præfatus Illuſtriſſimus D. Comes a Sultz, & alij.

XIII. *Teſtis Dominus Ioannes Iacobus Froſch Miles, ætatis annorum 37. ſuper 23. Articulo fol. 225. dixit.* De viſu.

Quando il Corpo del Beato Martire Fedele fù portato proceſſionalmente da Mayenfelda in Coira, allora Io ero preſente, e mi ritrouai con gli altri Soldati Cattolici, & ero Tenente del ſudetto Capitano Chriſtofaro Cinto, e viddi, che queſta Translatione fù fatta nel ſeguente modo. Quando ſi appreſſaſſimo alla Città di Coira l'Illuſtriſſimo Signor Conte di Sultz noſtro ColonelloGenerale andò ad auuiſare li Signori Canonici della Chieſa Catedrale di Coira, i quali Signori Canonici vennero ad incontrare quel Sacro Corpo fuori della Porta della Città, e vennero proceſsionalmente. Queſta Proceſſione fù diſtribuita in queſto modo, caminaua nel primo loco la Santa Croce con alcuni panni, ò Stendardi bianchi, dopo erano li Signori Canonici, dopo queſti vi era il Sacro Corpo del Martire, ſopra del quale vi era vna Palma, & vn Diadema, vi erano anche due giouani, ciaſcheduno de quali portaua in mano vn Ramo di Palma, e nell'altra vna Corona, ò Diadema, vi erano anche delli Cantori, li quali con bella Muſica cantauano le Littanie della Beatiſſima Vergine Maria; All'intorno del Sacro Corpo vi erano delli lumi acceſi, dopo il Corpo ſeguitauano il Signor Conte di Sultz, quale andò ſempre col capo ſcoperto, e di poi ſeguitauano gli altri Officiali e Soldati. All'entrare nella Città ſuonarono le Campane della Chieſa Catedrale con ſuono di ſolennità, & allegrezza, e tutte quelle coſe io le viddi, & vdij; Quando poi entrò il Sacro Corpo nella Chieſa, allora io rimaſi fuori, e ſtetti per gouernare li Soldati per la Piazza, Fù poi ſepolto il detto Sacro Corpo in detta Chieſa Catedrale di Coira nella Cappella ſotterranea, ò vero ſcurolo di detta Chieſa in vn Sepolcro fatto a poſta, e ſopra Terra. E queſto Sepolcro l'hò poi veduto io molte volte. Queſta translatione, e proceſſione fù fatta l'anno ſudetto mille ſeicento ventidue nel meſe di Nouēbre auanti la feſta di S. Martino.

Et ſuper 24. Articulo fol. 226.

Dal primo giorno della Rebellione quando fù morto il Beato Padre Fedele, ſempre hò inteſo raggionare di lui, come di vero, e Santo Martire. Queſta voce, e fama commune andò creſcendo di giorno in giorno, tanto che fatta la recuperatione del Paeſe andauano li Cattolici al Sepolcro del Beato Martire per riuerire, e venerare quelle Sante Reliquie. Quando poi il Corpo ſi trasferì in Coira, allora fù riceuuto, e venerato da tutti, come vero, e Santo Martire. In Curia io mi fermai dalla Proceſſione ſino preſſo al Natale dell'anno ſteſſo mille ſeicento ventidue, nel quale tempo Io viſitai molte volte quel Sacro Corpo, e viddi, che altri, maſſime li Signori Canonici faceuano lo ſteſſo. Dopo Io hebbi quartiere preſſo à Velchirchio in vna Terra chiamata Fratſchtar, doue ſtetti quaſi vn'anno, & in queſto tempo io fui molte volte in Velchirchio, e ne contorni, doue ſempre viddi, & vdij, che il Beato Padre Fedele era riuerito, è venerato, come vero, e Santo Martire. Hò inteſo di più, che à molti furono diſtribuite le Reliquie di lui, come in Coſtanza, & altri luoghi, e da tutti furono riceuute, e venerate per Reliquie di vero, e Santo Martire.

Ex

Num. 7.
Particula Inſtrumenti Viſitationis Iudicialis.

Ex Proceſſu Curienſi, auctoritate Apoſtolica fabricato ſuper non Cultu, dato in Summario Poſitionis impreſſa ſuper eodem non Cultu Numero 3. pag. 12. litt. F,

Hunc Sarcophagum cum è Sepulchro extraxiſſent, & iuſſu Reuerendiſſimi Domini aperuiſſent, aliam in eo Ciſtam, ſeù Sarcophagum itidem, ex ligneo quatuor pedibus longum, vno cum dimidio latum, & profundum reperierunt, clauſis æque inſuper, & ligaturis ferreis bene munitum, & ſigillo, quod in cera Hiſpanica, & carta pergamena, circa iuncturas angulares circumducta impreſſum fuerat diligenter obſignatum. Huic Ciſtæ affixa deſuper extitit carta etiam pergamena, cui inſcripta legebantur hæc verbis: *Corpus Beati Fidelis Capuccini Martyrio affecti in Seuis Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo.*

Titulus Beati, & Martyris.

Num. 8.
Particula Animaduerſionum Reuerendiſſimi Promotoris Fidei ſuper Signatura Commiſſionis Reaſſumptionis Cauſæ.

Ex Poſitione impreſſa anno 1689. pro obtinenda Signatura Commiſſionis Reaſſumptionis Cauſæ in Animaduerſionibus pag. 2. poſt medium.

A
Exhibitio publici Cultus.

Vnicum etiam, & quidem graue obſtaculum ex eis reſultare poterat, conſiſtens in Cultu, & Veneratione, cum qua Teſtes deponunt, de eo tempore conſueuiſſe retineri, tàm Corpus Serui Dei in Cappella ſubterranea Eccleſiæ Cathedralis Curienſis in Sepulcro à Terra eleuato, quam Cranium illius in Choro Capucinorum Verchirchij, quod affluentibus oſtendi ſolebat, & ad oſculandum tradi, & ex hoc petita reaſſumptio fuit per tres annos retardata; Siquidem agnito à me in Proceſſibus hoc graui defectu, reſcriptum fuit à Sacra Congregatione ſub die 26. Ianuarij 1686. quod prius conficeretur particularis Proceſſus ſuper paritione Decretis Sanctiſſimæ Inquiſitionis de non Cultu, *Num. 1. litt. C.*

B
Remotio dicti Cultus.

Verum obiectum hoc plenè ſublatum remanſit; reſpectu enim Corporis, iſtud ex dicto Sepulchro remotum extitit, vt in Summario Poſitionis ſuper non Cultu dato 22. Ianuarij proximè præteriti *Num. 3. litt. D. E. & F.* Cranium autem non ſolum, ita fuit recluſum, vt de eo nullum venerationis ſignum appareat, vt in dicto Summario *Num. 4. & 10.* Verum, quia in Decreto huius Sacræ Congregationis ſub dicta die 22. Ianuarij proximè præteriti fuerat appoſita conditio, quod per Fratres Capuccinos Veldchirchij fieret obligatio de illo non oſtendendo ſub pœna excommunicationis, conſtat etiam de dicta obligatione per publicum Inſtrumentum &c.

Quæ dicta ſint &c.

P. Bottinius Archiep. Myren. Fiſci Promotor.

REVISA
Andreas Pierius Subpromotor Fidei.

174
K
21